21. a. 7 - 13 -

A
21

R. 1887

# PARABOLAE EVANGELICAE QVOTQVOT, AB Eccleſia proponuntur moralibus diſcurſibus explicatæ.

*AVTORE R. P. F. IOANNE GRANATA Sacræ Theologiæ profeſſore ordinis Sancti Dominici.*

HOC VOLVMINE PARABOLAE OMNES DE tempore, & aliquot ſententiæ parabolicæ continentur.

Sapiẽtiam antiquorũ exquiret ſapiens, & in Prophetis vacabit: narrationẽ virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. Eccleſi. 39.



CAESARAVGVSTAE,

Apud Pręedicatores. Excudebãt Laurentius, & Didacus Robles Fratres. Anno 1585.

*CVM PRIVILEGIO.*

# ¶ Priuilegio Real dado en Monçon.

NOS DON PHELIPE, por la gracia de Dios,
Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Si-
cilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Hungria, de
Dalmacia, de Goacia, de Nauarra, de Granada, de
Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de
Cerdeña, de Cordoua, de Corſega, de Murcia, de
Iaem, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar,
de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y
Occidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano,
Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Bra
uante, de Milan, de Athenas, y de Neopatria, Con-
de de Abſpurg de Flandes, de Tirol, de Barcelona,
de Roſſellon, y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y
Cõde de Gociano. Por quanto vos el Maeſtro Fray Iuan de Granada, de la orden de
Sancto Domingo reſidente en el monaſterio de Pedricadores, de la nueſtra Ciudad
Caragoça, haueys compueſto con muchas vigilias y trauajo, vn libro intitulado. Pa-
rabolæ Euangelicæ quotquot ab eccleſia proponuntur, moralibus diſcurſibus expli-
catę. Y nos haueys ſuplicado humilmente fueſſemos ſeruido daros licencia de poder
le imprimir en eſtos nueſtros Reynos de la corona de Aragon, por el tiempo que nos
pareciesſe, con prohibicion que nadie (durante aquel) lo pueda hazer ſino vos, o la
perſona que vueſtro poder y drecho tuuiere. E nos por conſideracion de lo ſobredi-
cho, y que hauiendoſe viſto y reconoſcido por nueſtro mandado el dicho libro que
preſentaſtes en eſte nueſtro S. S. R. C. nos han certificado que la obra es Catholica
y prouechoſa, lo hauemos tenido por bien en la manera infraſcripta. Porende por
tenor de las preſentes de nueſtra cierta ſciencia y real autoridad deliberadamente, y
conſulta, damos licencia, permiſſo y facultad, a vos el dicho Fray Iuan de Granada,
y a la perſona o perſonas que vueſtro poder y drecho tuuieren. Que por tiempo de
diez años, que ſe cuenten del dia de la data de las preſentes en adelante, podais o pue
dã imprimir, o hazer imprimir, al impreſſor o impreſſores que quiſieredes el dicho
libro, intitulado. Parabolæ Euangelicæ, quotquot ab Eccleſia proponuntur, morali-
bus diſcurſibus explicatę. En qualeſquier Ciudades, villas y lugares deſtos dichos nue
ſtros Reynos y ſenorios de la corona de Aragon, y venderle en ellos, con tal empe-
ro que primero que ſe venda, ayays de traer a los del dicho nueſtro ſupremo conſe-
jo el primer libro que ſe imprimiere, juntamente con el original que eſta rubricado
y a la fin del ſeñalado de mano de Iuan Maria Serra nueſtro eſcriuano de manda-
miento infraſcripto, para que ſe vea y comprueue ſi la nueua impreſsion eſta con-
forme al dicho original. Prohibiendo y vedando expreſſamente, que ninguna otra
perſona por todo el dicho tiempo le pueda imprimir ni vender ni los impreſſos en
otras partes traerlos a vender en eſtos dichos Reynos y ſeñorios, ſino vos, o quien
vueſtro poder o drecho tuuiere, ſopena de dozientos florines de oro de Aragon,
que ſe ayan de diuidir en tres iguales partes, la primera de las quales ſe aplique a nue
ſtros cofres Reales, y la ſegunda a vos el dicho Fray Iuan de Granada, y la tercera al
acuſador, y demas deſto ſi fuere impreſſor pierda los moldes y libros que ſe huuierẽ
imprimido Ca nos por el meſmo tenor de las preſentes, y de la dicha nueſtra cierta
ſciencia y autoridad, dezimos y mandamos a qualeſquier Lugares tinientes, y Capita
nes generales, Regentes la Cancilleria, Regente el officio y portants vezes de nue-

## ¶ Priuilegio Real dado en Monçon.

ſtro general Gouernador, Alguaziles, Vergueros. Porteros, y otros qualeſquier officiales y miniſtros nueſtros, maiores, y menores en los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios de la corona de Aragon conſtituidos, y conſtituideros, y a ſus Lugares tenientes y Regentes los dichos officios, ſo incurrimiento de nueſtra ira e indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon, de los bienes del que lo contrario hiziere exigideros, y a nueſtros Reales cofres aplicaderos, que la preſente nueſtra licencia, y prohibicion, y todo lo en ella contenido, tengan, guarden, y obſeruen, y hagã tener guardar y obſeruar, ſin hazer ni permitir que ſea hecho lo contrario, en manera alguna, ſi nueſtra gracia les es cara, y de mas de nueſtra ira e indignacion, en la pena ſobredicha deſſean no incurrir. En teſtimonio de lo qual mandamos deſpachar las preſentes, con nueſtro ſello comun en el dorſo selladas. Dat. en la Villa de Monçon a catorze dias del mes de Iulio. Año del Naſcimiento de nueſtro Senor de Mil y Quinientos Ochenta y cinco.

*Yo el Rey.*

| | |
|---|---|
| Vt. Friſola Vicecancellarius. | Vt. Sapena R. |
| Vt. Comes Generalis The. | Vt. Terça R. |
| Vt. Campi R. | Vt. Quintana R. |
| Vt. Marzilla R. | Vt. Gort pro conſer. gene. |

*Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Mariæ Serra viſ per Fr gola Viceeancellarium Comitem generalem theſaurarium Sapena Campi, Terça, Marzilla & Quintana Re, cancellariam, & Gort pro Conſeruatore generali.*



## ¶ APPROBATIO ADMODVM ILLVSTRIS, & Reuerendiſsimi Domini D. Michaelis Cercito Sacræ Theologiæ Licenciati, & Canonici S. Mariæ dei Pilar, electi Epiſcopi Balbaſtrenſis, cui a Regio ſenatu, commiſſum fuit vtriuſq. voluminis examen.

LIBRVM hunc, cui Parabolæ Euangelicæ, titulus eſt, auctore R. P. Fratre Ioanne Granatenſi, Sacræ Theologiæ profeſſore, Ordinis Sancti Dominici, fidei meæ, ab ampliſsimo, Regioq. Senatu ſuperioribus diebus creditum, perlegi ſedulo. Opus ſane, vt ſumma cura, acriq. ſtudio elaboratum, ita citra vllam Chriſtianæ religionis iniuriam, magno legentium commodo inoffenſo pede curſurum. Præter parabolarum enim, de quibus ſermo potiſsimum inſtituitur, catholicam, copioſam, dilucidamq. enarrationem, plurium etiam ac reconditorum, ſanctarum ſcripturarum locorum, perdoctas continet expoſitiones. Quibus euoluendis, ſi vel mediocrem candidus, diligensq. lector adhibuerit operam, multas haud dubie ex eis capiet vtilitates. Cęſarauguſtæ tertio Kalen. Maias. 1585.

Licentiatus Michael Cercito.

ACCESSIT etiam facultas Reuerendiſsimi Patris fr. Marci Valladares Sacræ Theologiæ Magiſtri & Vicarij Generalis, & procuratoris totius Ordinis Predicatorum, Et etiam Reuerendi admodum Patris fr. Ioa. Martinez Magiſtri & Prouintialis Prouintiæ Aragonię.

## Approbationes aliorum theologorum.

EGO Frater Hieronymus Xabierre Sacræ Thæologiæ in Vniuerſitate Cæſarauguſtana primarius profeſſor, librum, quem doctiſsimus pater, & eloquens declamator, F. Ioãnes Granata Magiſter de Parabolis Euangelicis, conſcripſit diligenter perlegi, in quo nihil ſanę doctrinę repugnans, aut diſonum deprehendi, ſed eximiam eruditionem, & ſelectiſsimos ad concionandum diſcurſus, grauiſsimis ſacrę doctrinę auctoritatibus & exemplis, & a rebus corporalibus mutuatis ſimilitudinibus refertos: quos taliter elegantiſsimo facundę orationis decurſu diſponit, vt legentes admiratione magna, & voluptate afficiant, ideo ad communem vtilitatem volumen hoc publicandum, & typis mandandum iudico, quod cum magna literarum iniuria, fidelium damno, concionatorum penuria occultaretur.

Frater Hieronimus Xabierre
Magiſter.

EGO Frater Franciſcus Maldonado. Sacrę Theologię profeſſor & in Academia Cæſarauguſtana cathredę Theologiæ moderator iniunctum mihi munus a Reuerendis admodum patribus Prouintiali & diffinitoribus huius noſtrę Prouintię Aragoniæ perlegendi librum de Parabolis Euangelicis, quem Reuerendus pater Magiſter Fr. Ioannes Granatenſis compoſuit, iuxta decreta ſancti Concilij Tridentini exequens, nihil in eo, quod catholicum lectorem vel leuiter offendere poſsit, reperi. Quinpotius prętér ſingularem doctrinam, exquiſitas vtriuſq. teſtamenti auctoritates eleganter ad propoſitum accõmodatas, quibus parabolarum partes ingenioſe connectuntur, vehementer ſum admiratus. Stili vero elegantiam & venuſtatem non ſatis laudauerim. Ea propter iure typis mandandum & promulgandum cenſuerim. Vt concionatores omnes verbi diuini etiam exercitatiſsimi, hos tanta ingenij dexteritate elaboratos fructus decerpant.

F. Franciſcus Maldonado
Magiſter.

EXpoſitiones parabolarum admodum R. P. & ſapiẽtiſsimi magiſtri egregijq. cõcionatoris fratris Ioãnis Granada, atentiſsime perlegi in quibus nihil reperi quod ſanctę Romanæ vniuerſaliq. eccleſiæ repugnaret, nec quod pias aures, vel leuiter offenderet, quare opus hoc iudicio meo, catholicum, pium, doctum, & ipſis concionatoribus etiam maxime elegãtibus vtiliſsimum eſt. Nã prętérquam quod ſolida doctrina refertum eſt, abditiſsimum parabolarum ſenſum, luce clarius explicat, & earum miram conexionem aperiens pluribus & ſingularibus ſelectiſq. ſacræ ſcripturæ teſtimonijs eas exornat, quæ omnia autoris pietatem, diligentiam, indeffeſſumq. in ſacris litteris ſanctiſq. autoribus laborem redolent. In quorum fidem his ſubſcripſi. in Prædicatorum Cenobio Cæſarauguſtæ, 3. ka. Februarii. 1585.

*F. Io. Perez Magiſter.*

## ¶ Licentia Ordinarij.

LICENTIATVS Illefonſus Gregorio Vicarius Generalis in ſpiritualibus & temporalibus pro Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo domino Don Andrea Sanctos Dei & Sanctæ ſedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopo Cæſarauguſtano Regioq. conſiliario &c. Cum per examen, & approbationem. Licentiati Michaelis Cercito, Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari, & Fratrum Ioannis Perez Prioris monaſterii ſancti Dominici huius ciuitatis, Frãciſci Maldonado, & Hieronymi Xabierre, ſacræ Theologiæ magiſtrorum ordinis ſancti Dominici Prædicatorum, appareat nihil eſſe, in libro intitulato. Parabolæ Euangelicæ, quotquot ab eccleſia proponuntur, moralibus concionibus explicatæ, autore admodum Reuerendo Magiſtro F. Ioanne Granata dicti ordinis ſancti Dominici, quod chriſtiane religioni aduerſetur, concedimus licentiam, vt poſsit, typis mandari: dummodo aliquod ex voluminibus quæ imprimentur, coram nobis afferatur, antequam venalia exponantur ad videndum & recognoſcendum, vtrum cum ſuo originali concordet. Datt. in dicta ciuitate Cæſarauguſtæ, die quinta menſis Iulii. Anno domini 1585.

Licentiatus A. Gregorius.

De dicti domini Vicarii Generalis mandato.

*Ludouicus Capdeuilla Not.*

## Petrus Cenedo decretorum doctor, & Canonicus Sanctæ Mariæ, vulgo del Pilar dictæ, diuini verbi cōcionatoribus.

Quis quis pro roſtris populo diuina profaris
Et reſeras legis, pectore verba pio
Perlege ſupræmi diſcuſſa ænigmata regis,
Diuinum, & doctis non leue, lector, opus
Nāq. figurata quidquid ſub imagine Chriſtus
Protulit, & turbis nube recluſit atra,
Explicat excuſsis, iniecta luce tenebris,
Quo ſenſu celebres expoſuere patres.
Multa ſimul veterū inuenies oracula vatum,
Queq. noue legis, ſcripta volumen habet
Granada, hæc mira contexuit arte diſertus,
Cuius perpetuo, viuet in orbe decus.

## ¶ ILLVSTRISSIMO AC REuerēdiſsimo Domino, D. Antonio Auguſtin Archiepiſcopo Tarraconenſi. F. Ioannes Granata ſacræ Theologiæ profeſſor ſempiternam fælicitatem.

QVEMADMODVM qui vniones indicos expiſcantur Illuſtriſsime Eccleſiæ Princeps, intra mare ſe vrinantes demergunt, vt conchas, quibus mira naturæ ſagacitate continentur, a fundo maris extractas ſcrutētur: ita eos, qui diuini numinis adorand.. myſteria intelligere cupiunt, vaſtiſsimum doctrinę euangelicę pelagus ingredi, Parabolaſq., quibus quaſi conchis includuntur, euoluere oportet, vt pretioſiſsimas cæleſtis philoſophiæ gemmas, multo indicis præſtantiores expiſcati diuites euadāt. In ipſis enim Saluator quaſi in theatro accerſitis perſonis, & rerum corporalium imaginibus vtens, cum altiſsima credendorum fere omnium ſecreta, tum agendarum rerum præcepta propoſuit, vt velut ſimulacra quædam ſtudioſos viros ad vitam ſecundum Dei normam inſtituendam commonefaciant. Nil enim rem euidentius ob oculos ponit, vel efficacius perſuadet, vel iocundius oblectat, quam apposita ſimilitudo, qua languentes excitantur, & rudiores inſtruuntur. Has ego omnes irrequieto labore, hiſce duobus annis, quibus ab animarum cura liber omne meum ſtudium ad priſtina litterarum exercicia reuocare licuit, morali, & ad concionés accommodata interpretatione diſcuſsi. Quas vel ob id nomini tuo cō

 ſecraui,

ſecraui, quod tibi iure optimo, ſi cui alij, illa Salomonis ſententia conueniat: Intelligens gubernacula poſsidebit, animaduertet parabolam, & interpretationem eius: Quid enim tibi ad ſummam intelligẽtiam deeſſe poteſt, cui tot corporis & animi dotes natura contulit? Nam cum Salmanticę, & Bononiæ candidiſsimis moribus, & exquiſito literarum delectu, genium pariter & ingenium grauiter excolueris, adeo ab innata prudentia cautus & circumſpectus, diſciplinarumq. omnium diues euaſiſti; vt ſuprẹmi iudicij arbiter, Illerdenſiſq. pontifex, & Tarraconenſis paucorum annorũ curriculo fueris renuntiatus. In quo munere gerendo qualem te omnibus exhibeas, totis, quam amplę ſunt, Hiſpanijs, & quoque gentium nominis tui fama peruenit, notiſsimum eſt. Quando moderata familia, minimeq. inaniter exculta, vno virtutis nomine decora contentus, maximam annui redditus partem, pijs beneficentiæ operibus liberaliter abſumas. Nam præter ea, quæ monaſterijs, ſacratiſq. virginibus, quæ ſe Deo intra cęcos parietes perpetuo deuouerunt, alijſq. nuptui tradendis, hoſpitalibuſq. domibus continenter tribuis, aliorum quorumcumq. miſerorum calamitatibus adeo permouẹris, vt hoc anno (vt de reliquis taceam) quo fames terra non reddente debitum vbiq. fere locorum incubuit, innumeros vndiq. pauperes fame pene exeſſos, propriosq. lares præ inopia deſerentes Tarraconem tanto paſtore nobilem, quaſi ſecuriſsimum vitæ refugium, turmatim petere, quo liberalitatis tuæ theſauris aliti, quandiu agri vberem gratiam non referunt, vitã producant, celebris nũquãque interitura fama crebreſcat. Quam vero prudẽter in alijs moderati paſtoris officium exequaris, non facile dixerim: cum nullum aliud ſuperciliũ, ſed omnium etiam infimæ conditionis hominum preces benigne ad aures admittas, omnibuſq. ſine diſcrimine ouibus proſpicias. Nec ob id iocun-

 diſsimam



diſsimam ſtudiorum conſuetudinem, in copioſiſsima & inęſtimabili ſelectiſsimorum codicum bibliotheca prętermittas. Quinpotius Iuris Pontificij, noui ſemper aliquid ad communem vtilitatem, typographis, quaſi intentis obſtetricibus committendum parturias. Ad te ergo, cui propter exactiſsimam rerum intelligentiam tot gubernacula contigerunt, parabolas euoluere ſpectat, noſtramq. qualemcunq. interpræpretationem, honeſtis certe, ſi non gratis laboribus editam iudicare. Ea enim eſt D. T. apud omnes æſtimatio, vt quod ipſe probaueris, vel certe non improbaueris, nequaquam aliorum iudicium reformidet. Si ergo in his meorum ſtudiorum fructibus aliquot eruditionis, & elegantiæ igniculos collucere videris, non modicum mihi honeſtæ laudis decus, etiam apud poſteros afferent. Si vero nihil in eis, quod tuo ingenio tot diſciplinis exculto reſpondeat, depræhenderis: exactiorem forſitam eruditionem, & eloquentiam requires: meum certe erga te obſequium, amorem, & pietatem, flagitare non poteris. Vale.

# Ad Lectorem.

QVONIAM ſublatentis animi certus eſt ſermo nuntius amice lector, ſtatui in ipſo huius operis limine, inſtituti mei rationem reddere, nequid forte habeas, quod mihi ſuccenſeas, vel quod iure in eo repræhendas.

Scito ergo, me parabolas omnes, tam de tempore, quam de Sanctis ſimul edere decreuiſſe: nam omnes ſimul examinatę & approbatæ fuerunt, & pro omnibus mihi priuilegium Regis conceſſum eſt, ſed ad aliquorum petitionem, quibus longum videbatur omnes expectare, parabolas de tempore, hoc volumine contentas edere conſtitui, alias vero, quæ in ſanctorum ferijs leguntur, propediem (ſi vita comes fuerit) publicabo.

Literalem vero parabolarum ſenſum a grauiſsimis Doctoribus diligenter quęſitum, quem certiſsimum eſſe comperi, in primis quaſi fundamentum ſtatui, quo ſuper tota moralis doctrinę ſtructura cō ſurgit. Quam taliter diſpoſui, vt accurata oratione, auctoritatibus & exemplis contexta, tota parabolę ſeries exponatur; non quidem eam membratim diſcerpendo, ſed quaſi poſitis nexibus coniungendo. Cōquiſitę enim auctoritates non ſolum, id quod verſatur in cauſa, cōfirmant, ſed ſequentem parabolæ partem accerſunt, & quod auctoritatibus fieri non potuit, exemplis & ſimilitudinibus effeci: et cum nec iſta in promptu eſſent, quod potui elegantius, parabolę partes intexui: nihil enim æque ingenioſos auditores delectat, quam ſi exculta minimeq. interciſſa moralis doctrinæ oratione parabolā nihil ab ea diſiunctus perſtrinxeris.

Cum vero excitatos diſcurſus longius multis mihi occurrentibus extendere poſſem, conſulto, vt prolixitatem vitarem, repręſsi. Illa enim ſolummodo propoſui, quæ mihi ſuggeſtu digna viſa ſunt, et quilibet viri graues concionari poſſunt. Nolui autem inanem verborum, et inutilium rerum turbam profundere, quę legentes magnopere offendere ſolet. Poteram certe quadruplo maius volumen, vel breuiſsimo temporis ſpacio currente calamo perficere, ſi talibus delectarer. Sed elaboratos tantum meorum ſtudiorum labores, ex abditiſsimis ſacrę ſcripturę, et antiquiſsimorum patrum locis detractos in medium protuli.

Non



Non ſolum autem parabolas, ſed ſententias etiam parabolicas aliquot in gratiam concionatorum, totam euangelij literam percurrendo iuſtis concionibus explicaui, ſicut illam, Arundinem vento agitatum, et Dirigite viam domini, et Soluite templum hoc, et Si quis ſitit, et Nonne duodecim horæ ſunt diei, & alias complures. Aliæ vero reliquis intermixtæ explicantur.

Vtriuſq. vero teſtamenti auctoritates, quas non vulgares eſſe volui, ſed exquiſitas, et propoſito maxime accommodatas, (id quod in hoc opere maxime ſpectari debet) ſecundum ſenſum literalem, raro vero ſecundum ſpiritualem exponuntur, et ad vtrumq. eiſdem in principio verbis vtor. Scilicet. Qua ſi dicat. Quandoq. vero clarioribus ſolum verbis auctoritates explico.

Cum autem aliquę parabolę a pluribus Euangeliſtis referuntur, ipſe illius ſeriem ſecutus ſum, qui nobis ab Eccleſia proponitur.

Aliquot vero parabolas Saluator repetit, ſicut eam, qua ſe luci comparat, nam Io. 1. et 4. et 8. et 9. et alibi refertur, ſimiliter eam, qua ſe paſtorem nominat, et eam qua prædicatio Euangelij meſsi comparatur, et aliquot alias, has ergo ſufficiat ſemel explicaſſe.

Ne igitur graueris ingenioſe lector noſtras has parabolas legere, ſpero enim magno tibi vſui ad concionandum futuras, nam ſiquando non tibi tota parabola placuerit, ſaltem exordium, & aliquot exquiſitas auctoritates ſat ſcio placituras, ſi vero nihil tibi forſitan arriſerit, laborem obſecro noſtrum, ſi non fœliciter, ingenue certe ſuſceptum boni conſulas Vale.

## PARABOLAE, ET ALIQVOT SENTENtiæ parabolicæ, quæ in hoc volumine integris concionibus explicantur.


VIDETE ficulneam & omnes arbores. 24.
Arundinem vento agitatam. 42.
Dirigite viam domini. 53.
Omnis vallis implebitur. 57.
Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis. 82.
Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit. 69.
Simile eſt regnum cælorum homini patri familias qui exijt primo mane. 95.
Exit qui ſeminat. 113.
Cum fortis armatus. 155.
Homo erat paterfamilias qui plantauit. 129.
Homo quidam habuit duos filios. 145.
Soluite templum hoc. 182.
Omnis plantatio quam non plantauit. 168.
Nonne duodecim horę ſunt diei. 191.
Ego ſum lux mundi. 206.
Siquis ſitit veniat ad me & bibat. 216.
Ego ſum paſtor bonus. 226.
Mulier cũ parit triſtitiã habet quia venit hora ei[9]. 239.
Quis veſtrum habebit amicum. 250.
Qui nõ intrat per oſtiũ. 263.
Homo quidam fecit cænam magnam &c.
Quis ex vobis homo qui habet centum oues. 284.
Menſuram bonam. 295.
Attendite a falſis Prophetis. 208.
Homo quidã erat diues qui habebat villicum. 320.
Homo qui iam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico. 334.
Duo homines aſcenderunt in templum. 347.
Docebat ad inuitatos parabolam. 359.
Simile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias. 373.
Simile eſt regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere. 388.


DO-

## DOMINICI ET FERIALES DIES QVIbus expoſita parabolica Euangelia conducunt ſecundum vſum Romanum.


DOMINICA prima aduen. 24.
Dominica ſecunda adu. 36.
Dominica tertia aduen. 46.
Dominica quarta adu. 57.
Dominica quinta poſt octauas Epiph. 69.
Dominica ſexta poſt octauas Epiph. 82.
Dominica in ſeptuageſsima. 95.
Dominica in ſexageſsima. 113.
Feria ſexta poſt ſecũdam dominicam quadra. 129.
Sabbato poſt ſecundam domi. quadra. 145.
Dominica tertia quadra. 155.
Feria quarta poſt tertiã domini. quadra. 168.
Feria ſecunda poſt quartam domi. quadra. 182.
Feria ſexta poſt quartam domini. quadra. 191.
Sabbato poſt quartam domini. quadra. 206.
Feria ſecunda poſt dominicam in paſsi. 216.
Dominica ſecunda poſt paſcha. 226.
Dominica tertia poſt paſcha. 239.
Feria ſecunda in rogationibus. 250.
Feria tertia poſt penthecoſ. 262.
Dominica prima poſt penthecoſt. 272.
Dominica ſecunda poſt penthecoſt. 284.
Dominica tertia poſt penthecoſt. 295.
Dominica ſeptima poſt penthecoſt. 308.
Dominica octaua poſt penthecoſt. 320.
Dominica decima poſt penthecoſt. 334.
Dominica duodecima poſt penthecoſt. 347.
Dominica ſextadecima poſt penthecoſt. 359.
Dominica decimanona poſt penthecoſt. 373.
Dominica vigeſsima prima poſt penthecoſt. 388.


SEN-

## ❡SENTENTIAE PARABOLICAE quæ inter mixtæ alijs in hoc volumine explicantur.

SIMILIS eſt homini qui ædificauit domũ ſupra petram. 351.
Fulgebũt iuſti ſicut Sol. 212.
Implete menſuram patrum veſtrorum. 79.
Attendite a fermento Phariſæorum. 23.
Fili vade laborare in vineã meam. 311.
Sicut fulgur exit ab oriente. 30.
Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. 30.
Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens. 231.
Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi homo iaciat. 90.
Similes ſunt pueris ludentibus in foro. 162.
Ignem veni mittere in terram. 210.
Baptiſmo habeo baptizari. 219.
Ite dicite vulpi illi. Ecce Dęmonia &c. 218.
Arborem ficci habebat homo. 318.
Facite vobis ſaccuios qui nõ veteraſcunt. 333.
Quis habet ſeruum arãtem. 372.
Iudex erat in quadam ciuitate. 258.
Edatis & bibatis ſuper menſam meam. 274.
Qui habet ſponſam ſponſus eſt. 377.
Meus cibus eſt vt faciam voluntatem. 289.
Qui non vident videant & qui vident &c. 123.
Ego ſum via veritas & vita. 215.

FINIS.



# PRAELVDIA.

## Occulta prouerbiorum exquiret ſapiens & in abſconditis parabolarum conuerſabitur Eccleſiaſtici. Capite 39.

INTELLIGENDI vis mẽtibus humanis a natura indita quãdiu anguſtis corporis ſpacijs circũſcribitur, per ſimilitudines rerũ ſenſibus exceptas exercetur. Hęc enim interiores animæ potentias penetrantes, puriores euadunt, memoriamq. fæcundant, quibus interiori lumine colluſtratis, mens ad intelligendum afficitur. Iſte nobis intelligendi modus (quamdiu carneis vinculis conſtringimur) competit: nam animus corpore ſolutus, ſuperne illuminatus per altiores ſpecies in Dei, & creaturarum cognitionem aſſurgit. Hinc fit vt intellectus etiam cum graui corporis ſarcina præmitur, figuratis locutionibus, & mutuatis a rebus corporalibus imaginibus delectetur: nec delectatur ſolum, ſed ad res difficiles intelligendũ magnopere adiuuatur: fit enim multoties, quę difficilia aliàs iudicantur, ab intellectu, propoſita ſimilitudine percipi. Propterea Philoſophorum grauiſsimi Pythagoras, Demophoõ, Diogenes, Plato, Ariſtoteles, Theophaſtrus maximam & præſtantiorem philoſophiæ partem, parabolis condiderunt. Sed vt prophanos omittamus, omnia fere ſcripturę ſacrę volumina, intermixtis methaphoris ſcatere videntur. Nam antiqui illorum ſcriptores Spiritu Sancto perfuſi, diuina myſteria parabolis incluſerunt, in quibus eruendis tantorum virorum ingenia deſudarunt. Moſes ſæpiſsime parabolice loquitur, veluti cum canit, concreſcat



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE

Deu. vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ: Et Fel
22. draconum vinum eorum, venenum aſpidum inſanabile. Ba-
Nu. 24. laam aſſumpta parabola loquebatur. Sanſon dicebat, De co
Iudi. medente exit cibus &c. Quanuis propriæ hoc ænigma ſit,
14. quale etiam illud eſt iudicum. Ierunt ligna, vt vngerent ſibi
iudi. 9. regem. Iob innumeras & tot pene parabolas protulit quot
ſententias. Dauid omnibus fere pſalmis parabolice loqui-
tur, imó cum calamum ad ſcribendum appulit, per para-
bolas pſalere incepit dicens. Beatus vir &c. in via peccato
rum non ſtetit, & erit tanquam lignum, non ſic impij ſed tã-
quam puluis &c. Salomon tria milia parabolarum protulit
2. Re. vt legitur 2. Re. 4. Eſaias multis in locis parabolice loquitur
4. vt cap. 5. Vinea fuit dilecto in cornu filio Dei. Hieremias
Eſa. 5. ca. 1. Cõſtitui te vt ædifices, euellas, & plantes, & ca. 2. Me de
Hie. 1. reliquerũt fontem aquæ &c. Ezechiel etiam, & alij fere om
nes ſacri voluminis autores, in quibus olim nobis Deus (vt
ait Paulus) multifarie, multiſq. modis, nempe allegorijs, æ-
1. Re. 19. nigmatibus, prouerbijs, parabolis, apertis figuratiſq. ſermo
nibus locutus eſt, ſecreta cæleſtia metaphoris condiderunt.

Saluator vero Dei claritatis ſplendor, quem Deus nobis hoc extremo tempore doctorem adhibuit, nequaquam hoc dicendi genus exhorruit, quinimo adeó frequenter figuratis ſermonibus vſus eſt, vt omnia pene noui teſtamenti myſteria, & quæ ad hominum mores pertinebant, mutuatis a rebus inferioribus metaphoris, inuoluerit. In quo inæſtimabiles ſapientiæ, bonitatis, & patientiæ Saluatoris diuitias intueri licet. Sapientiæ quidem, eo quod talem tamq. aptum ad rudes hominum mentes inſtruendum, modum ad inuenerit, quo altiſsima archani numinis ſacramenta perciperentur. Bonitatis autem, quia ſi Chriſtus verbum patris, in quo theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi erant, cuiuſq. ſapientiæ non eſt numerus, myſteria abſcondita,

& quæ



& quæ nemo princ pum huius ſeculi cognouit, cum ſupremę hierarchię ſpiritibus, per altiſsimas cauſas locutus eſſet, ſe profecto admodum demiſiſſet: Quid ergo d cemus, cum ipſũ hominem factum mortales viderint, cum infimę conditionis hominibus colloquentem, & myſteria illis per metaphoras declarantem, quæ mundi ſapientes attonitos reddiderunt? Adeo, vt cum ſyris & paleſtinis commune fuerit per parabolas loqui taliter ſe accõmodauit, vt nequaquam dedignatus fuerit ad minimas quaſq. res, nempe ad ſeminantem, ad vitem, ad granum ſinapis imó ad puerorum ludos ſermonem demittere, vt in ſantiſsimas diſcipulorum mentes inſtitueret. Patientię vero, qnia cum rudes diſcipulos iuſtituẽdos ſuſcepiſſet, non indignabatur, quod craſſa plerunq. minerua, vel res clariſsimas importunè quęrerent, ſed comiter eos quaſi mater compellans ſeorſum parabolas exponebat, quas turbis prędicauerat, dicens. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei &c. Et ita illis minutiſſimas res, quibus doctrinam incluſerat exponebat. Sed quia turba, cui Saluator loquebatur non vnius erat ſententiæ, diuerſis parabolis vtebatur, vt quiſq. ex rebus, quę verſabãtur in corde ſuo, poſſet adjuuari ad myſteria intelligenda, & iuxta volũtates, diuerſas diſciplinas acciperẽt. Ideo Matthęus Math.
dicebat. Hęc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis, & ſine pa 13.
rabolis, nõ loquebatur. Propterea illa ſẽtẽtia. Aperiã in pa Pſ.
rabolis os meũ, eructabo abſcõdita a cõſtitutione mũdi, perfectiſsime impleta fuit in Chriſto, eo quod in parabolis, quę vere parabolę erant & propriè os ſuum aperuit. Ad has igitur inueſtigandas prædicta Eccleſiaſtici verba hortãtur: Ille enim vere ſapiens eſt, qui prouerbiorũ occulta exquirit, & in parabolis cõuerſatur. Prouerbia nãq. nõ vetuſtæ filoſophię reliquiæ ſolum, ſed cõpẽdia cenſeri debent. Quemadmodum enim diuina myſteria, minimis in ſpeciem cære

 monisi

monijs ſignificari ſolent, ita breuibus prouerbiorum dictis
continentur; quæ Antiqui illi Philoſophiæ principes mul-
tis voluminibus tradiderunt. Quorum vſus multis ſacræ
Ge.11. ſcripturæ locis apparet. Sicut Gene. 11. Nume. 21, 1. Re. 19.
nu.21. & 24. & Pro. 22. Propterea dicebat Eccleſiaſticus. Senſati
1.Re.19. in verbis & ipſi ſapienter egerunt, & intellexerunt verita-
pro.22 tem, & implorauerunt prouerbia & iudicia. Viri enim ſen
Eccle. ſati præſertim verborum continentes, & qui ſapientes vo
13. cari poſſunt cum prudenter cuncta per tractent, præter ve-
ritatem & iuſtitiam prouerbia etiam in quirunt, in quibus
Philoſophorum diuitiæ continentur. Similiter idem Eccle
Eccle. ſiaſticus dicebat. Ne deſpicias narrationem præſbiterorum
8. ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare: Quia vide
licet in illis ſapientiæ monimenta ſplendere videntur. Nec
prouerbia ſolum ſapientem exquirere oportet, ſed in abſ-
conditis parabolarum conuerſari. Ad ſapientes enim ſpe-
pro.26 ctad ſolummodo, non ad alios, ſicut in prouerbijs dicitur
Quomodo fruſtra habet pulchras claudus tibias, ſic inde-
cens eſt in ore ſtulti parabola: Quanuis enim loripedem pul
chras oſtendere tibias axterius videamus, parum prodeſt;
quia cum incedere vult, non recte ſed oblique incedit: Sic e
tiam ſtultis qui parabolas euoluere neſciunt, quiq. illarum
proportionem ignorãt, indecorum eſt illarum ſecreta ſcru
tari, licet enim ſententias proferre videantur, oblique pro
fecto id faciunt, quia illarum proportionem ignorantes i-
neptiſsime aptant, cum vna alteri minime cohæreat: Soli ve
ro ſapientes rite eas euoluere ſciunt. Adeo vero ipſis fami
liares parabolæ eſſe debent, vt in illarum ſecretis conuer-
ſari videantur, ſic enim fiet, vt illas rite penetrantes in-
telligant. Sed quid parabola ſit, quæ eius vtilitas,
quæq. eius difficultas, & quomodo expo-
ni debeat, videamus.

Quid



## Quid ſit parabola & quomodo ab alijs quibus cum ſimilitudinem gerit differat.

PARABOLA Græce παραβολὴ ἀ παραβάλλω quod
eſt comparo dicitur, pro qua interpretes ſimilitu
dinem reddunt. Sed quia late patet; diuerſis in
ſcriptura modis accipitur. Quandoq; enim pro-
uerbium ſignificat; nã paremiæ Salamonis parabolæ dicun
tur. Accipitur etiam pro figura ſicut Paulus dicebat Abra- Hebre.
ham acepit Iſaac in parabolam, hoc eſt in typum & figurã 11.
Chriſti occidendi & reſuſcitandi. Non vnquã vero pro ænig
mate accipitur, ſicut aput Ezechielem duarum aqailarum Ezech.
ænigma parabola vocatur. Sententiæ etiam graues, quæ non 17.
a quolibet intelliguntur, parabolæ nuncupantur; qualis illa
eſt, non quod intrat in os coinquinat hominẽ; quã ſententiã
cum Petrus non intelligeret parabolam appellauit. Ad eũ
dem modum accipitur, cum multis in locis dicitur. Iob aſſu-
mens parabolam ſuam locutus eſt, quod etiam de Balaan di
citur. Significat etiam parabola vulgatum ſermonem, & fa
bulam, ſicud dicebat Dauid. Factus ſum illis in parabolam, id
eſt factus ſum illis fabula, ac mei paſsim cum irriſione men
tionem fecerunt. Sic etiam Hieremias. Dicebat, daboq. eos Hie.24.
in opprobrium & in parabolam. Et Micheas ſimiliter. In die Mich.2.
illa aſſumetur ſuper vos parabola; & Abachuh Nunquid nõ Aba.2.
omnes iſti ſuper eum parabolam ſument? Proprie vero pa-
rabolæ nomen ſumitur, cum collationem ſignificat, qua res
diuerſæ in aliquo oſtenduntur eſſe ſimiles, vt cum Saluator
regnum cœlorum alicui rei comparabat, ſicut fermento, &
grano ſinapis. Sic vero accepta parabola in hunc modum ſi
nitu. Parabola eſt rerum fictarum per collationem ad aliud

 ſigni

Difinitio parabolę ſignificandum veriſimilis narratio. Quibus proprietatibus & differentiis ab alijs omnibus, quibus cum ſimilitudinem gerere videtur, diſtinguitur, in eo enim quod rerum fictarũ eſt, ab exemplo difert; quod rem geſtam refferre ſolet, quale eſt illud quod Saluator adduxit ſuos diſcipulos defendẽs, quod ſpicas vellerent, de Dauid qui panes propoſitionis comedit. In eo vero quod dicitur ad aliud ſignificandum, difert ab Allegoria; in qua verus ſemper & conſtans manet literalis ſenſus. Exempli gratia, illud Exo. Os non confringetis ex eo, Allegoria Chriſti erat per agnum ſignificati, cuius oſſa minime confringenda erant: ſecundum vero literalem ſenſum præceptum erat, quo Iudæi tenebantur oſſa Agni paſchalis minime cõfringere. In parabolis vero illius ſenſus quem primo litera ſignificat, nulla fere eſt habenda ratio, ſed eius qui per parabolam intelligitur: verbi gratia. In parabola patris familias qui operarios conduxit, ſenſus literalis non eſt, qui parabolæ narratione continetur, ſed is eſt qui per res ſignificatur, ſcilicet per patrem familias, per vineam, per operarios &c. In eo vero quod in difinitione dicitur veriſimilis narratio, a fabula parabola difert neq. enim veriſimilia ſunt, quæ in fabulis referuntur. In eo vero quod per collationem dicitur a tropicis alijs, & figuratis locutionibus difert, quæ ſine collatione enunciantur; cuiuſmodi multæ in ſcriptura reperiuntur. Sicut ſuſcipiant montes pacem: & ſtillabunt montes dulcedinem: tange montes & fumigabunt, & aliæ multę quę quidẽ proprijs nominibus minime referũtur, ſed per alia. Parabola vero eſt, cũ res proprio nomine ſignificata alteri cõparatur, et cũ voce ſimilitudinis explicatur, ſicut Fluat vt ros eloquiũ meũ, et Sicut ſagittę in manu potẽtis ita filij excuſſorũ, & Quemadmodũ deſiderat ceruus &ct. & Qui ſunt iſti qui vt nubes volãt, & alia id genus: quãuis iſta frequentiſsime cõfundãtur. In eo vero quod narra-

Exo. 12.

Matt. 20.

Pſal.

Pſal.

Deu.

Pſal.



narratio dicitur, a Prouerbio Sententia Apophthegmate difert. A prouerbio quidẽ, nã Prouerbiũ eſt celebre quoddã dictũ ſcita quadã nouitate inſigne; ſicut illud In portu naufragiũ; & illud, Omnis res eſt iã in vado; Similiter illud Chriſti Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Sẽtẽtia vero cõmune dictũ eſt, et ab omnibus approbatũ, quale illud eſt, Corrũpũt bonos mores colloquia praua; & illud Obſequiũ amicos veritas odiũ parit. Apophthegma vero eſt dictũ breue, & acutũ dimiũq. pũgẽs: quale eſt quod Iuuenis interrogãti Auguſto nũ mater eius Romę quãdoq. cõmorata eſſet? reſpõdit. Mater nũquã pater perſæpe. Et illud quod Cicero filiæ ſuæ corã marito dixit. Ambula vt vir, vtrũq. ſcilicet filiã & generũ notans, quod filia celerius quã mulierem, & maritus tardius quã virũ deceret, ambularet. Iſta tria quãuis eo pacto, quo diximus, diſtinguãtur quia aliquod dictũ ita Apophthegma eſt, quod nec Prouerbiũ, nec Sentẽtia eſt, qualia ſunt, quæ adduximus: tamẽ quãdoq. id, quod eſt prouerbiũ, eſt etiã Sententia, & Apophthegma; quale eſt illud Amicus vſq. ad aras, eſt enim Prouerbiũ, Sententia, & Apophthegma.

## ¶ De vtilitate parabolarum.

MVlti vero fructus qui ex parabolarũ vſu eliciũtur, recẽſeri poſſet. Inprimis parabolę intellectũ noſtrũ adiuuãt, nã cũ intelligẽtẽ oporteat ſimilitudines intueri (vt Ariſt. ait) cũ artificioſe etiã proponũtur, intellectus eas ãplectitur, quaſi naturaliter erga illas affectus. Ita multæ res alioquin obſcuræ, & intellectu difficiles, mutuatis à rebus inferioribus metaphoris intelligũtur. Athanaſius incarnati verbi Sacramẽtũ, quod humanos diſcurſus trãſcẽdit, nẽpe quomodo Chriſtus Deus ſit & homo, accerſita ab homine ſimilitudine declarauit, nã ait. Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo &c. Quod theologi alijs metaphoris expo-

similitudo. ris exponunt. Quarum non inepta eſt, quæ ab inſertione de
ſumitur: nam ſi Mali trunco Pyrum inſerueris, Pyraq. ſimul
cum malis producat, tunc truncus vnus duas naturas conti-
net, quarum vna Mala, altera vero Pyra gignit, ſed non qua
tenus Pyrus Mala producit, nec quatenus Malum Pyra: ad
hunc modum Chriſtus cum vna ſit perſona, duas naturas ha
bet ſcilicet diuinam & humanam, ex quibus diuerſa opera
procedebant. Diuinę etiam generationis myſterium Paulus
Hebr. ſplendoris ſimilitudine ęxponit dicens. Qui cum ſit ſplēdor
1. gloriæ &c. Dauid etiam eandem eternam generationem vte
ri metaphora declarauit dicens, inſplendoribus ſanctorum
ex vtero ante Luciferum genuite. Innumeræ aliæ ſparſim
in ſacra ſcriptura ſimilitudines reperiuntur, quibus intellec
tus adiuuatur ad diuina myſteria, alioquin occulta intelligē
da. Præterea parabolæ voluntatem noſtram vehementer al
liciunt, ita vt ſepius contingat, aliquid, propoſita ſimilitudi
ne facilius perſuaderi, quam multis autoritatibus in mediū
adductis, imo rationes & autoritates metaphoris fulciūtur.
Sicut Demoſthenes qui Athonienſium populo, quod mul-
tis rationibus & autoritatibus adductis non potuit; propoſi
2.Re. ta humani corporis ſimilitudine perſuaſit. Nathan Dauidi
ſui pecati grauitatem, propoſita hominis, qui ouiculam vnā
habebat ſimilitudine exaggerauit. Eidem mulier accurata
2.Re. ſimilitudine duorum fratrum qui in agro Rixati fuerāt, per
ſuaſit, vt contra Abſalon indignationē deponeret, ipſumq.
ab exilio reuocaret. Saluator vero multis Euangelij locis
per parabolas voluntates hominum alliciens, perſuadebat.
Deinde parabolæ ad memoriam ditandam magnopere con
ducunt. Ea enim quæ propoſitis parabolis ęxponuntur, vel
ad perſuadendum adducuntur, facilius memoria retinētur.
Demum ad myſteria indignis occultanda parabolæ deſer-
uiunt. Sicut Chriſtus Phariſæis, quibus quaſi indignis ſecre





ta ſuæ ſapientiæ abſcondebat, prout ipſe ſuis diſcipulis dice
bat. Ceteris in parabolis vt videntes non videant &c. Siquā Lucæ.
do vero ſtudioſis myſteria parabolis & inextricabili verbo 8.
rum cortice occultantur, id fit, vt laborioſius ea inueſtigan
tes auidius guſtent, & pluris æſtiment. Quemadmodum e- Simile
nim præcioſæ res raritate inſignes, ita a natura abſcondun-
tur, vt magno eas labore conquiri oporteat, ſicut auri & ar
genti venas: & ſicut pulchram imaginem ſuperpoſito vela- Simile
mine pictores cooperire ſolent, ita Saluator cœleſtis doc-
trinæ ſecreta parabolis, vt pluris ea homines æſtimarent, oc
cultabat. Innumeri alij parabolarum fructus recenſeri poſ-
ſent, quorum aliquos ſapiens annumerat dicens. Parabolæ Pro.1.
Salomonis filij Dauid regis Iſrael ad ſciendam ſapientiam,
& diſciplinam ad intelligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiē
dam eruditionem doctrinæ, iuſtitiam, & iudicium, & æqui-
tatem, vt detur paruulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia & in
tellectus. Quibus verbis pręcioſiſsimi parabolarum fructus
explicantur. Conducunt enim parabolæ, Primo ad ſciendā
ſapientiam ſcilicet fidei (vt interlinealis exponit) Nihil e-
nim penè nobis credendum proponitur quod non parabo-
lis contineatur. Omnes enim inprimis diuinæ triadis perſo
næ in ipſis explicantur. Perſona quidem patris in illa para- Mat.21
bola. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam. & in
illa. Simile eſt regnum cœlorum homini regi qui fecit nup- Mat.22
tias filio ſuo: & in ea. Ego ſum vitis vera, & pater meus agri Io.15.
cola eſt, & in alijs compluribus. Perſona filij in eiſdem & in
omnibus fere alijs. Eius diuinitas ibi. Verebuntur filium Mat.21
meum & hic eſt hæres venite occidamus eum & habebimus
hæreditatem. Perſona Spiritus Sancti in illa. Si in digito Dei
eijcio dæmonia: & in ea. Huic oſtiarius aperit. Incarnatio Lucæ.
verbi declaratur in ea. Qui habet ſponſam ſponſus eſt, ami- 11.
cus autem ſponſi gaudet: & in illa. Simile eſt regnum Io.10.
Io.3.

mat.22 cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Et in illa.
Luc.11. Nemo accendit lucernam &c. Mors Chriſti & eius paſ-
Io.12. ſio in illa. Niſi granum frumenti, & in illa. Cum exal
Io.16. taueritis. Reſurrectio in illa. Mulier cum parit triſtitiam
habet. Aſcenſio oſtenditur in ea. Homo quidam peregre
mat.25 proficiſcens. Eccleſia in illa de ſagena miſſa in mare, & in
mat.18 alijs fere omnibus. Remiſsio peccatorum in illa. Duo de-
Lucę.7 bitores erant. Mors incerta in illa. Illud autem ſcitote,
Luc.12. quia ſi ſciret pater familias &ct. & in ea. Hac nocte repe-
tent &c. Iudicium in multis exprimitur; vt in ea. Sint lum
mat.25 bi veſtri &c. Et in ea de decem virginibus, & in ea de ſa
mat.13. gena. Primatus Petri & cathreda in ea. Tu es Petrus, &
Io.12. portæ inferi, & in ea. Paſce oues meas. Fœlicitas ſuprema
Luc.14 in ea, homo quidam fecit cenam. Ecce quomodo fidei
ſcientia per parabolas adquiritur. Diſciplina etiam ad vi-
tam rite inſtituendam, ea enim quæ ad mores pertinent, &
omnes virtutum numeri vſq. ad ciuilia documenta, & om
nia quæ vel fugienda, vel proſequenda ſunt, parabolis con-
Lucæ. tinentur. Fides quidem in illa de grano ſinapis, & in alijs.
21. Spes in illa de filio prodigo, & alijs excitatur; Charitas in
mat.21 illa de veſte nuptiali: & de illo qui incidit in latrones &c.
Virtutes etiam morales, & in primis prudentia: nam, vt
ſequitur, ſuſcipitur per parabolas eruditio prudentiæ: ſi-
Mat.25. cut in illa de decem virginibus, ſuntq. verba prudentiæ,
nam tradita documenta a ſummis ingenijs, quibus ad pro-
ficiendum homines erudiuntur, abunde in parabolis per
cipiuntur. Iuſtitia etiam: ad ea quæ deo & proximis de
mat.18 bemus tribuendum: ſicut in ea. De rege qui voluit ra-
tionem ponere cum ſeruis ſuis. Iudicium etiam ad rite iu
dicandum. Equitas quoq. vt in his quæ iudicamus, & a-
gimus, ſoli Deo placere ſtudeamus. Vel per temperan-
Luc.12. tiam, quę oſtenditur in ea, ſint lumbi veſtri præcincti, da
tur



eſt: nam ſic ex illa ſimilitudine inferendum videtur, ſicut pater familias, qui ſciret horam, qua fur venturus eſſet vigilarent, ita vos cum ſciatis horam, eſtote parati: Saluator vero contrarium infert ſcilicet ideo paratos nos eſſe oportere, quia neſcimus horam, qua filius hominis venturus ſit. His & alijs multis difficultatibus Chriſti parabolæ ſcatere videntur, ita vt vna ſuccisa innumerabiles aliæ velud Hydræ capita ſuccreſcant, nulluſq. modus erit, niſi quis eas viuaciſsimo mentis igne coherceat & ideo in ſequentibus qualiter exponendę ſint ſecundum vnius cuiuſque exigentiam qua potero breuitatæ & facilitatę explicabo.

## De expoſitione Parabolarum.

VT igitur, qualiter parabolæ exponendæ ſint, intelligamus, ſcire prius oportet, duo eſſe parabolarum genera, vnum eſt cum Parabolę adhibentur ſecundum aliquam ſimilitudiné argumento ſumpto per locum a ſimilibus, quales multę in ſacra ſcriptura reperiuntur. Quemadmodum qui perſuadere vel docere volunt, vtuntur hac dialecticorum regula ſi illud, ita & illud. Aliud uero genus eſt, cũ aſsignantur parabolæ ex diſsimilitudine, argumento ſumpto a minori ad maius affirmando, ſicut ſi hoc quanto magis illud? ſicut dicebat Chri-
ſtus Matthæi ſexto. Si fenum quod hodie eſt & cras in Mat.6.
clibanum mittitur Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? Vel etiam argumento ſumpto a maiori ad

 minus

minus negando, ſicut ſi non hoc quanto minus illud?
PRIMI generis parabolæ arebus aſſumũtur, quandoq.
ad perſuadendum regni cœleſtis valorem, Sicut cum regnũ
Mat. 13 cœlorum comparatur theſauro abſcondito inagro. Aliquã
Mat. 13. do vero ad oſtendendum regni cœleſtis incrementum ve
luti cum comparatur grano ſinapis, & fermento, quæ cum
parua ſint quantitate, magna ſunt virtute &c: Interdum ve
ro ad demonſtrandum ipſius regni cœlorum tranſmutatio
nẽ in aliũ ſtatum, ſicut cũ Saluator ſuis dicebat. Nolite time
Lucæ. re puſilus grex, quia complacuit patri meo dare vobis reg-
Mat. 5. num: & illud, Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris
mei, Vel ad ſignificandũ ipſius regni in alium populũ con
uerſionem, prout in parabola patris familias qui plantauit
Mat. 21. vineam, dicitur. Auferetur a vobis regnũ Dei. Nonunquã
ad declarandam ipſius regis prouidentiam, ſicut in eadem
parabola commemorantur beneficia vineę & colonis præ-
ſtita. Vel ad oſtendendam regis ipſius bonitatem, ſicut in pa
rabola perditæ ouis. Aut ad demonſtrandam eius miſericor
Lucæ. diam ſicut in parabola filij prodigi. Vel ad ſignificandam
15. regis ipſius ſupſtinẽtiam, velut in parabola patris familias,
Mat. qui ſero ad laborandum venientes primis æquauit. Vel ip-
ſius iuſticiam ſicut in multis parabolis. Vel ad declarandum
in ipſo regno malos bonis permixtos eſſe. Interdum ad inti
mandum ipſius regis ex improuiſo aduentum, ſicut in para
Lucæ. bola qua ſeruos vigilare hortatur. Quæ quidem parabolæ
12. omnes per collationem fiunt, in quibus Euangelicę verita
tis myſteria, & officia declarantur:
Aliud vero genus eſt in quibus talia quędã oſtenduntur,
non quidem per ſimilitudinem, ſed ex diſsimilitudine, neq.
enim aſſumptæ res illarum perſonas gerunt, quas ſignifi-
care videntur. Quemadmodum cũ Saluator docet oporte
re nos ſemper orare & non deficere adducit parabolam de
iniquo



rent; neq. enim beati in cœlo accipientes mercedem vllo
pacto murmurare poterunt. Similiter quod maior filius in- Lucæ.
dignetur, quod ſuus pater prodigum adeo benigne recepe 15.
rit, difficile ſpirituali ſenſui accommodatur. In parabola Mathę.
etiam de decem virginibus, quód euntibus ad comparan- 25.
dũ oleum ianua claudatur. Præterea illud. Laudauit domi Lucæ.
nus villicum iniquitatis, nam difficile eſt explicare quomo 18.
do illum nos villicum imitari debeamus. Imó aliqua ſunt
quæ non ſolum egrę applicantur ſed nec applicari poſſe vi
dentur, ſicut in parabola illius qui talenta ſeruis ad negociã Mathę.
dum tradidit, de inutili ſeruo dicitur integrum talentum 25.
domino reddidiſſe, quod de ſpirituali talento dici non po-
teſt, nam quanuis talentum materiale ſeruatum integrum
ſeruus reddere poſſet, id de gratia Dei fieri nequit, quia gra
tia dei accepta, qui quaſi talento non vtitur quando & quo
modo oportet, nequaquam Deo integram reddere poteſt.
Ad eundem modum in parabola patris familias, qui opera- Mathę.
rios conduxit, omnibus denarius diurnus cõceſſus eſt, quod
in beatitudine minime fit, non enim omnium æquale eſt prę
mium.
ALIA vero in parabolarum narrationibus reperiuntur,
quæ quanuis apte ſecundum ſpiritualem ſenſum applicen
tur adductis exemplis minime accõmoda videntur; Sicut
quod granum ſinapis minimum ſit omnibus ſeminibus, & Mathę.
in arborem aſſurgat magnam; in qua volucres cœli habi- 13.
tent. Similiter non videtur veriſsimile eum qui ſeminat, in
Petris, & in via, & inter ſpinas ſeminare, cum in elaborata
terra prius, & aratro proſciſa, ſemen mittere homines ſo- Lucæ.
leant. 8.
ALIA vero in parabolis legimus, quę neq. aſſumpto e-
xemplo, neq. ſpirituali intelligentiæ congruere videntur,
quale illud eſt, quod in parabola regis qui voluit rationem

Matt. 18. ponere cum ſeruis ſuis dicitur: iuſsit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios &c. Non enim veriſsimile videtur pro viri debitis vxores & filios vendi, præſertim in populo Dei. Sed nec qua ratione iſta ſecundum ſpiritualem intelligentiam applicari poſsint apparet, Quę enim eſt iſta vxor? qui filij? quos Deus vendere iubet? Similiter in illa parabola qua Chriſtus diſcipulos admonuit vt præcincti, &
Lucæ. 21. cum lucernis expectarent, de domino ſeruos vigilantes inveniente dicitur, quod pręcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, et tranſiens miniſtrabit illis; rariſsime enim accidit, quod dominus ſeruis quantumuis dilectis, accinctus miniſtret. Sed & quomodo Saluator ſic ſe erga beatos habeat non ſatis apparet.

NON parua etiam in parabolis difficultas oritur ex eo quod Saluator ſępe diuerſum ab eo quod in narratione pro
Lucæ. 7. ponit, inferre videtur, ſicut in parabola de duobus debitoribus cum iuxta exemplum deberet inferre dilexit multum quoniam dimiſſa ſunt ei peccata multa, ęcontrario intulit dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Simi
Matt. 20. liter in parabola patris familias conducentis operarios infert Saluator. Multi ſunt vocati pauci vero electi, cum contrarium appareat ex parabola, nam omnes quot quot vocati ſunt, electi fuerunt, quia omnes eandem mercedem receperunt. Ad eundem modum in parabola Regis, qui fecit nup
Matt. 21. tias filio ſuo id ipſum intulit, nempe. Multi ſunt vocati pauci vero electi, cum vnus tantum eiectus fuerit, qui indecore indutus apparuit. Quandoq. etiam Saluator contrarium aſſumere videtur eius quod probare intendit, ſicut ad pro
Lucæ. 12. bandum hoc. Ideo & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis &c. Aſſumpſit, quoniam ſi ſciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq. &c. Ex qua parabola videtur ſequi homines ſcire horam, qua Saluator venturus eſt.



tur etiam paruulis aſtutia, qui nuper aurem diſciplinæ accõmodarunt, qua prudenter gubernantur, per conſtantiam, quæ oſtenditur in illa. Mittens manum ſuam ad ara- Luc. 14.
trum, & in illa. Quis volens turrim ædificare. Aliæ etiam virtutes quas longum eſſet recenſere per parabolas oſtenduntur. Cum igitur tot ſint parabolarum fructus non mirum eſt Chriſtum tot propoſuiſſe.

## ¶ De difficultate parabolarum.

INTER alia ſcripturæ loca, quæ legentibus difficultatem ingerunt, Parabolæ vel ob id iure connumerari poſſunt, quod eas antiqui patres, & recentiores non ſolum varie exponunt, ſed in illis exponendis magnopere diſcruciantur. Nã cũ res, ex quibus literalis parabolæ ſenſus elicitur, ad diuerſa transferri poſſint, varie aptantur. Et ita vnius & eiuſdem parabolæ non vnam, ſed plures expoſitiones a patribus & doctoribus traditas, intuemur. Sicut cum regnum cœlorum grano ſinapis comparatur, aliqui doctrinam æuangelicam, alij Mat. 13.
fidem, alij Chriſtum nomine regni cœlorum intelligunt; quia iſtorum quodlibet, grano ſinapis comparari poteſt. Similiter cum regnum cœlorum comparatur fermento, nomine enim fermenti multa ſignificari poſſunt. Id ipſum de multis alijs parabolis, quæ in ſcriptura, & in æuangelio reperiuntur, dici poteſt; in quibus quia aſſumptæ res ad alias ſignificandum, pluribus & diuerſis rebus aptari poſſunt ita (vt ſunt varia Sanctorum Patrum ingenia,) diuer-

diuerſimode exponuntur nec facile eſt literalem ſenſum in illis inuenire.

Naſcitur etiam parabolarum difficultas ex eo quod ignoti nobis ſunt Paleſtinæ & terræ promiſsionis mores, ex quibus Saluator veriſimiles narrationes frequenter aſ-
Mat.25 ſumebat ad aliquid inſinuandum: quale illud eſt, quod virgines acceptis lampadibus exirent obuiam ſponſo, veriſſimile enim eſt moris inter Paleſtinos & Iudæos fuiſſe, vt ſponſus veſpertino tempore adoleſcentibus comitatus adiret ſponſæ ſuæ domum ad nuptias celebrandas, & virgines aliæ, ſponſæ vt ſociȩ aſsidentes ſponſiq. aduentum cum ipſa ſponſa præſtolantes è domo ſponſæ prodirent cum lampadibus ipſi ſponſo obuiam ad ducendum illum in domum ſponſæ, vt ibi cum illo nuptialibus delitijs fruerentur, & ita commoditati exempli obeſt illud, quod in latinis codicibus legitur ſponſo & ſponſæ: quanuis hoc ſpirituali ſenſui non obſtet. Similiter rationi conſenta-
Lucæ. 12. neum videtur inter Paleſtinos & Iudæos moris fuiſſe, vt ſerui accincti, & cum lucernis accenſis dominos ſuos noctu venientes expectarent. Et etiam complures alios mores inter Paleſtinos & Iudæos fuiſſe credendum eſt no-
Lucæ. 7. bis incognitos, qualis erat puerorum ludentium, qui dicebant cantauimus vobis & non ſaltaſtis, nam fuiſſe quod-
Theophilatus. dam ludi genus apud Iudæos (Theophilatus ait) vt pueri multi in duas partes diuiderentur, qui huius vitȩ transmutationem deridentes nonnulli lȩta canerent, alij vero lamentarentur.

ILLVD etiam in parabolis difficultatem ingerit quod in ipſius exempli narratione multa continentur, quæ quanuis ipſi exemplo accommoda ſint, ita ſpirituali intelligentiæ obſunt, vt ægre applicari poſſe videantur;
Mat.20 ſicut quod operarij contra patrem familias murmurarent;



iniquo iudice, qui quanuis nec Deum timeret, nec homines Lucæ. 18.
reuereretur, victus tamē cuiuſdam mulieris importunitate, ceſsit, ne ſibi tȩdium ab illa fieret, in qua parabola iudex nequaquam perſonam Dei gerit, ſed per ipſum intelligere poſſumus quantum Deus iuſtus & bonus curet deprȩcantes. Si enim apud iniquum iudicem tantum valuit mulieris deprecantis perſeuerantia, quantum apud Deum fontem iuſtitiæ & miſericordiæ Eccleſiæ præces valebunt cum in tribulatione perſeueranter deprecabitur? Eiuſmo Lucæ. 11.
di eſt parabola de homine, ad quem veniens amicus eius media nocte panes petit. Eſt enim argumentū a minori, ſi enim amicus homo ſurgit decubili, & cōcedit panes, quos alter petit, nō propter amiciciā ſed propter moleſtiā, quanto magis Deus, qui nos vt filios diligit, quiq. nos ad petēdū hortatur, dabit bona ſi perſeuerāter petamus? Eadē eſt ratio de Luc.18.
villico, quem dominus ſolum laudauit propter aſtutiam, quā eā exercēs habuit. Nā ſi laudatus eſt is, qui domino ſuo fraudē fecit in futurū ſibi prouidēs, quāto magis laudari merebitur a Deo, qui nullū dānū ſuſtinere poteſt, qui cūq. de diuitijs ſibi creditis per eleemoſinā amicos ſibi conciliat in cœleſti palatio? Prȩterea obſeruādū eſt dari apud græcos Proparabolā, Parabolā, & Epiparabolā. Proparabola eſt ipſius parabolȩ ſumma ſeu argumētū. Parabola vero eſt ipſa ſimilitudinis narratio et explicatio. Epiparabola autē eſt parabolȩ cōcluſio. Sicut exēpli gratia in parabola de Phariſȩo Luc.14
& Publicano, qui in tēplū orationis gratia cōſcēderūt, Proparabola eſt, dixit Ieſus ad quoſdā, qui in ſe cōfidebant tanquā iuſti, & aſpernabantur cæteros. Parabola vero eſt tota narrationis ſeries. Epiparabola autē, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Sic etiā in parabola quā ad inuitatos propoſuit, Proparabola eſt, dixit ad inuitatos parabolā intendens, quomodo primos accubi- Luc.14


tus

tuseligeret,Epiparabola vero.Omnis qui ſe exaltat,humilbitur,& qui ſe humiliat,exaltabitur. In aliquibus autẽ Epi- [Lucæ. 12.] parabola quidem reperitur,ſed non Proparabola,ſicut in ea ſint lūbi veſtri pręcincti, cuius Epiparabola eſt,Ideo & vos [Lucæ. 19.] eſtote parati.In alijs autẽ Proparabola,apparet ſed nō Epiparabola,in quibus in ipſo limine ſcopus oſtẽditur. Sicut in illa.Homo quidã nobilis,nã pręmittitur.Dixit parabolã,eo quod eſſet prope Hieruſalẽ, & quia exiſtimarent, quod cō feſtim regnũ Dei manifeſtaretur, quaſi dicat. Propoſuit ſequentem parabolam,vt oſtenderet non eſſe manifeſtãdum regnum Dei vſq. ad diem iudicij,in quo Saluator glorioſus apparebit, rationem exacturus eorum quę commiſit. In ali- [Matt. 20.] quibus vero eadem eſt Proparabola & Epiparabola, ſicut in parabola patris familias, qui operarios conduxit,pręmittitur enim.Erunt nouiſsimi primi &c. & idipſum etiam infertur. In aliquibus vero nec Proparabola, nec Epiparabola ponuntur, & iſtę difficiles ſunt, quia ex pręcedentibus & ſubſequentibus expiſcari debent, cuiuſmodi eſt parabola de zizanis,& de ſeminante,& alię multę.

CIRCA literę vero corticem eatenus immorandum eſt, quatenus ad ſpiritualem intelligentiam conducere videbitur. Nonnulli enim adeó prolixe vocabulorum ſignificationes elucidare nituntur, vt nauſeam legentibus moueant,ſicut quid Mina ſignificet,& quomodo Mina Hebræa à Græca differat,quod quidem perparum ad Chriſti mentem facit, ad id enim ſufficit intelligere, Minam certam pecuniæ ſummam ſignificare. Iſta vero dicimus, non vt illorum laborem ſugillemus, ſed quia non admodum ad ſpiritualem intelligentiam conducere videntur. Si quando vero litera obſcura ſit, & ob id ſpiritualem intelligentiam obſcurã reddit, tunc in eius explicatione laborandum eſt, & ad minutas etiam vocum ſignificationes, deſcen-



cendendum vt omnia illuſtriora ſint. Circa interprætationem vero, illud maxime cauendum eſt, ne parabolæ ſeries trunca, aut imperfecta remaneat, hoc enim auditores magnó pere offendere ſolet, eo quod ſuſpenſi exitum expectantes relinquntur. Quanuis enim in alijs Euangelijs,tale aliquid fieri poſsit,vt vna eius parte explicata,reliquæ prætermittantur, in parabolis certe,id eſſet valde indecens,nam cum omnia quæ in parabolis referuntur ad vnum Saluatoris ſcopum dirigantur, vna earũ parte tantum explicata minime intelligerentur. Veluti ſiquis illam parabolam exponens de patre familias,qui plantauit vineam, explicaret ſolum vineæ plantationem & locationem,ſuſpenſos certe auditores relinqueret, & minime quæ ſui muneris ſunt adimpleret, nam cum ſcopus parabolæ ſit iuſtam Iudęorũ damnationem oſtendere, & gentiles in eorum locum ſuffectos, oportet præter vineę locationem, & plantationem explicare, quomodo pater familias nuntios miſit ad exigendos fructus, & poſtea filium, deinde agricolarum ſupplicium propter in iuſtiſsimam nuntiorum & filij occiſionem. Id ipſum de alijs parabolis dicendum eſt, ſic enim ſcopus a Chriſto intentus explicatur ad quem alia diriguntur.

Deinde etiam obſeruandũ eſt, quod cum omnis parabola obliquo & figurato modo aliquarum rerum conditionem oſtendat, nō oportet vt in omnibus aſsimiletur rei, ad quam explicandã adducitur. Nam quemadmodũ qui in veteri teſtamẽto figurã Chriſti geſſerunt, ſicut Iſaac, Sanſom. Dauid, Salomon, minime Chriſtum in omnibus ſuis actibus figurarũt, ſic non oportet res ſecundũ omnes ſuas proprietates applicare. Sicut etiam in allegoricis locutionibus, non oportet ſingularium dictionum requirere intelligentiam, ſed ſatis eſt explicare, quid tota oratione ſignificetur. Ita etiam

 in para-

Chryſoſtomus. in parabolis (vt Chryſoſtomus ait) non oportet nimia cura diſcruciari, & in ſingulis earum verbis anxium eſſe, neq. ea, quæ dicuntur in eis, in totum accommodare ei rei ob quam parabola ſummitur. Quanquam enim in parabolis nihil ſuperfluum aut minus ponatur, non oportet ob id vt omnia myſterium aliquod ſignificent, multa enim in parabolis admiſcentur, tantum vt conſtet narrationis ordo.

ANTE omnia ergo parabolæ ſcopus perſpiciendus eſt, & quod Saluator intenderit, & quorſum, & qua occaſione dicta ſit, ex præcedentibus & ſubſequentibus cognoſci debet, & ita generaliter omnia aptari debent, nec nimia curioſitate de ſingulis ſolicitum eſſe oportet: ſed eatenus ea, quæ in parabolis dicuntur, ei rei ob quam dicuntur, accõmodanda ſunt, quatenus intentioni & ſcopo a Chriſto intento conuenire videantur; nam ſi ſingula quiſpiam velit curioſius perſcrutari, laborioſa res erit, & nimis curioſa.

TRIPLEX ergo exponendi parabolas modus eſt, in primis eas generaliter applicando ſpirituali rei, propter quam adducuntur, quantum ad Saluatoris intentionem explicandam conducere videbitur. Et qui ita parabolas exponunt, facili negotio a multis quæ obrepere ſolent difficultatibus ſe expediunt. Vno enim Chriſti ſcopo ob oculos poſito, alia parum curant, quaſi ad ornatum parabolæ adducta ſolum, non autem vt per ea aliqua myſteria ſignificentur.

ALTER vero exponendi modus eſt, ſingulas partes diligenter perſcrutando, quæ præcipuæ ſunt; & ad ſpiritualem intelligentiam applicando. Quem modum Doctiſsimi & Sanctiſsimi patres obſeruarunt, & iſte communior modus eſt, dummodo exponentes caueant (vt ſuperius diximus) ne dum curioſe nimis aptare cuncta nituntur, in aliquot incommoda abducantur. Sed vt vterq. modus clarius explicetur exemplum proponam. Parabolam illius hominis, qui peregre proficiſcens talenta ſeruis ad negotiandum credidit, aliqui generaliter exponunt, nam ſcopo Chriſti præfixo, nempe ſuis edicere ne acceptis ab eo gratijs ocio torpeant, quandiu ipſe ad iudicandum venire differt; ſolum exponunt quid homo ſignificet, quique ſerui ſint, quibus talenta credidit vni quidem quinque, quia plus: alteri vero duo quia minus: alteri vnum quia ad huc minus: quorum duo conduplicant, quia ingenue laborant, alter abſcondit, quia ocio torpet: adueniens vero Saluator primum & ſecundum collaudat, tertium reprehendit, quod ignauus fuerit. Alij vero diligentius omnes parabolæ partes applicando exponunt. Non ſolum enim explicant, quis ille homo ſit, ſed quid ſit peregre proficiſci, qui ſerui, & quæ ſint quæ per quinq. talenta ſignificantur, quid ſit pecuniam abſcondere, quid ſit poſt multum temporis redire, quidq. ſeruum confidenter accedere, quid intrare in gaudium, quid euge, quidq. ſit timere inutilem ſeruũ domini auſteritatem, & quomodo Deus metat vbi non ſeminauit, quid ſit dare pecuniam ad menſam, & quomodo ab inutili ſeruo talentum auferatur, & quomodo integrum ſeruauerit, & quo pacto omni habenti detur, & quid ſit inutilem ſeruum in tenebras deturbare.

TERTIVS explicandi parabolas modus eſt, cum exponuntur, non ſecundum illam primam & præcipuam intentionem, ſecundum quã a Chriſto ſunt propoſitæ, ſed vel allegorice, vel ſecundum modum quo a doctoribus ad mores hominum componendos & fideles inſtruendos accõmodantur. Exẽpli gratia, præcipua Chriſti intentio in parabola patris familias plantantis vineã, eſt iuſtam Iudæorũ dãnationẽ oſtendere: et ita de ſinagoga & Iudæis primo expo- Matt. 21.

exponitur. Aliqui tamē doctores ſacri de Eccleſia etiam & fidelibus interpraetantur. Hunc ego exponendi modum in aliquibus parabolis ſeruaui, in quibus pręfixo literali ſenſu allegoricum quandoq. & moralem proſecutus ſum. Sicut in prædicta parabola, & in ea de homine qui incidit in latrones, & in illa de Demonæ eunte & redeunte, & in aliquot alijs. Hiſce igitur tribus modis ſecundum parabolarum exigentiam in ſequentibus vſus ſum.

Cum mecum reputarē quo ordinē parabolas proponere deberē, num videlicet eo ordine quo a Chriſto & Euangeliſtis referuntur, an eo quo ab Eccleſia proponūtur, viſum eſt mihi Eccleſię ordinē ſeruare, & ita eas prius quæ dominicis & profeſtis diebus, deinde quę in ſanctorum feriis ſecundū vſum Romanū leguntur, proponam.



# DIXIT ILLIS SIMILITVDINEM VIDETE FIculneam & omnes arbores cum producunt ex ſe fructū dicitis quia prope eſt æſtas ita vos cum videritis hæc fieri ſcitote quia prope eſt regnū Dei. Lucæ. 21.

CIRCA literalem huius parabolæ ſenſum, non eſt quod in moremur, eo quod facilis ſit. Prædixerat Saluator diſcipulis horribilia multa, quæ iudicium pręcedere debent, quibus nequaquam eos debere turbari dixit, tunc enim propinquam fore illorum redemptionem aſſeruit. Vt igitur timorem illis eriperet, certoſq. beatitudinis conſequendę faceret; ſimilitudinē proponit ex his quæ a natura proueniunt, veluti ab arboribus pręſertim a ficu quā in terra promiſsionis primogerminare dicunt. Quemadmodum enim cum gemmas foliaq. arboribus erumpere videmus, adeſſe æſtatem cognoſcimus: ita cū ſigna illa quæ Saluator prædixit, apparuerint inſtare bonorum redemptionem fœlicitatemq. intelligamus. De ficu vero Matthæus & Marcus dicunt. Cū ramus eius tener fuerit. Mat. 24 Quia hieme arborum rami frigore rigent & dureſcunt, Mar. 13 ita vt commode flecti non poſsint, æſtate vero repleti ſucco molles & flexibiles redduntur ad folia & fructus producēdos. Cum vero a Luca dicitur. Cum producunt ex ſe fructum,

tum, (quanuis vt refert Ianſenius nulla fiat apud Græcos de fructu mentio) nomine fructus quæcumq. ab arbore procedunt intelliguntur: in quibus flores etiam & folia comprehenduntur. Aeſtatis vero nomen hic, non prout a Vere diſtinguitur, ſed vt ipſum includit accipitur. Significat ergo Saluator hac ſimilitudine, breue temporis ſpacium futurum inter horribilia ſigna quæ prædixit & fœlicitatem, ſicut inter gemmas arborum & æſtatem non multum temporis intercedit. Deinde oſtendit certiſsime poſt horribilia regnũ dei affuturum; ſicut poſt arborum gemmas æſtas ſequitur. Poſtea indicat ſigna illa nequaquam perfectis malorum tẽpeſtatem prædicere, ſed potius malorum inmelius commutationem. Sed iſta late in contione explicantur.

## CONCIO.

SI grauiſsimarum rerum euentus cordati homines maturis præuenire conſilijs conſueuerunt, iureq. imprudentes iudicantur, quibus incautis nihilq, tale expectantibus ſuperueniunt. Diſtrictum longeq. acerrimum anteactorum examen ante tribunal Chriſti, ad quod mortales omnes certiſsimis Euangelij verbis citati ſumus, cautiſsimam profecto (ſi quod aliud in hac vita negotium) præuentionem requiret. Ea res adeo grauis eſt, vt ſi reliqua huius vitę negotia, cum illa conferas longe grauior apparebit. Nam ſi vltimum terribilium mors eſt, ea iudicium Dei terribilius iudicatur. Quæ cum ita ſint, dictu mirum quantum a ſe homines huius diei memoriam ablegarint, qui nihil de eius diſcrimine cogitantes, ad noua indies ſcælera æfreni libidine rapiuntur. Nonnulli iuſtitiæ Dei fines adeo coarctant, & miſericordię dilatant, vt quantũuis ſceleratos & in pænitentes, iudicium ſe euaſuros exiſtiment, & intra



& intra miſeriordiæ dei clauſtra, ſibi receptum promittat. Hæc vero extremæ dementiæ deceptio eſt, nam ſi ſacris oraculis, & patrum decretis credimus, iuſtitia cum Dei magnitudine comparatur, ſicut & reliqua attributa, cum Deus ſua ſit iuſtitia: ſi igitur magnus Deus eſt ſapientia, & miſericordia magnus etiam erit iuſtitia. Quod quidem apertiſsime Iob indicauit dicẽs. Columnę cœli contremiſcunt adnutũ eius, in fortitudine illius maria congregata ſunt, prudentia eius percuſsit ſuperbum, ſpiritus eius ornauit cœlos, & obſtetricante manu eius egreſſus eſt coluber tortuoſus, ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius, & cum vix paruã ſcintillam ſermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Quaſi dicat Si vultis eius magnitudinẽ reſcire, Ipſe eſt, ad cuius nutum firmiſsimę cœli poteſtates tremunt dexteraq. eius aquas in vnum congregauit ſupraq; terram ſuſpendit, & æthera tot aſtris micantibus variauit, & diabolum a ſummo cœlorũ deturbauit, & manus eius ſerpentem, humum tortuoſe lambentem æduxit, & hęc omnia, minima operum eius pars cenſentur: cum ergo quãdo iſta auribus excipimus, vix paruam ſcintillam inmenſi eius luminis audimus, quis poterit (ait Iob) Iuſtitiæ eius tonitruum, magnitudini comparatum intueri? Adeo vero ipſi Deo propria Iuſtitia eſt, vt nequid ipſi derogaret, filium ſuum hominem fieri, & crudeliter interfici ſuſtinuit, atq. nobiliſsimarum creaturarum iacturam fecit, Angelos in Dęmones conuertendo, vt per Eſaiam dicebat. Inebriatus eſt in cælo gladius meus; Cum refugas ſcilicet Angelos violenter percuſsit. Si his igitur minime Deus pepercit, ſed in baratrum detruſos, perpetuis tenebrarũ vinculis alligauit, qua inſania nos viliſsimi omnium, eius minas ludos puerorũ æſtimantes flocci pendimus? Fugite (ait Iob) a facie gladij quia vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium.

Iob. 29.

Eſa. 34

Iob. 19

Ac ſi dicat Timete pænitentes, & euitate gladium quem
Deus continenter vibrat, ferire cupiens, quo veſtras iniqui
tates vlciſcatur, adulteria, blaſphemias, vſuras, & ſcitote, nō
dubijs rumoribus, ſed infallibili ſcientia certitudinem & e-
uidentiam Chriſtianam habente, iudicium acerrimum eſſe
futurum.

SVNT alij quos nulla huius diei formīdo perculit, quod
videant, poſt tot annorum curricula nondum aduenisſe, ob
idq. ſine aliquo Dei timore vitiorum dulcedini ſuccūbunt.
Iob.41 De quibus dicebat Iob, Aeſtimauit abiſſū ſeneſcentē. Quaſi
dicat, non timet, quia iudicium Dei ſeneſcere putat. Simili-
Eccle. ter ſapiens dicebat. Quia non profertur cito contra malos
8. ſententia, abſq. timore vllo filij hominum perpetrant mala.
2.Pe.3. De talibus etiam Petrus in ſua canonica loquebatur. Erunt
in nouiſsimis diebus viri illuſores, poſt cōcupiſcentias ſuas
ambulantes, & dicētes. Vbi eſt promiſsio & aduentus eius?
ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerāt ab ini
tio creaturæ; latet enim eos hæc volentes, nam & cœli erāt
prius, & terra de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo,
per quæ ille qui tunc erat mundus aqua inundatus perijt.
Quaſi dicat. Nō defficient viri peſsimi in nouiſsimo tempo
re, ſe & alios decipientes, effuſe vitijs indulgētes, qui dicēt,
quo vſq. tādē promiſſa & aduentū eius, tot patrū vanis ter
roribus repetitū expectabimus? ipſis nāq. demortuis, ſtatæ
ſine mutatione perſeuerant temporū viciſsitudines, Annus,
Mēſis, Dies, Nox, Hiems, Ver, Pluuiæ, Serenū &c. Stolidiſsi
ma autē iſtorū exiſtimatio, vel ob id manifeſta eſt, quod cū
omnia hæc prius ante diluuiū extitiſſent, ſceleribus morta-
liū iuſtitiā Dei aſsiduis veluti vocibus interpellātibus, viuē
tia cūcta prodigioſa inundatione, ſtagnante ſolo perierunt;
Nō igitur aliud de hoc morbido mūdo ſentiēdū eſt, ſed cū
electorū merita a Deo præfixā metā attingēt, & perditiſsi
mo-



morum hominum ſcelera, iuſtam menſuram impleuerint,
iuſtitiam Dei vtriſq. debita largiturum mundo conflagran
te certiſsimum eſt. Quod Propheta Ioel grauiſsimis, & ad Ioel.3.
propoſitum accōmodatis verbis explicauit dicens. Mittite
falces, quoniam maturæ ſunt ſegetes, venite deſcedite, quia
plenum eſt torcular, exuberant torcularia, completa eſt ma
litia eorum, Populi Populi in valle conciſsionis, Sol & Lu-
na obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt ſplendorē ſuum;
Quaſi diceret præſto ſint mortis falces, quoniam adulta eſ
tate bonorum merita ad maturitatem peruenerunt, & ipſi
ad Dei ſunt horrea deportandi, iniquorum etiā ſcelera, præ
terlabuntur menſurāq. excedunt: adulteria, homicidia, blaſ-
phemiæ, Populi Populi bonorum ſcilicet & malorum con-
ueniant in valle conciſionis, quæ ideo conciſionis appellata
eſt, quia (vt exponit Rupertus) in ea Iudæi & Moabitæ col Ruper
latis ſignis ad præliandum cōgreſsi, Moabitę quidē propriis tus.
mucronibus confoſsi ceciderunt, Iudæi vero Deum lauda-
uerūt, ita in iudicio praui homines ſuis conſcientiæ gladijs
veluti iugulati corruent, iuſti vero liberi Deum laudantes
euadēt. Ante vero Sol, & Luna, & Stellæ (vt Propheta Ioel Erunt
ait) plendorē amittent. Moriente Chriſto veluti mūdo ſigna
flagitiū deteſtante, Sol & elementa ſignis manifeſtis quaſi inſole
cōſternata indoluerunt, in fine ſimiliter, ad oſtendēdū Deū &c.
in cordibus damnatorum perpetuo veluti mori, quem num
quam propitium habebunt, ſed ſuo malo ſeuerum iudicem
experientur. Grauiſsimam vero homines iacturam facere
manifeſtum eſt, quando nobiles adeó creaturæ færalibus in
dutæ veſtibus, quaſi eorum vicem dolentes, iuſta perſol-
uunt. Propterea Deus per Ezechielem dicebat. Omnia lu- Ezech.
minaria cœli merere faciē ſuperte, & dabo tenebras ſuper 32.
terram, cum ceciderint vulnerati tui. Quaſi dicat, efficiam
vt præclara cœli luminaria, tenebroſis amicta veſtibus inge

 miſcant

miſcant ſuper te, terramq. tenebris inuoluam. Ecce qualiter
creaturæ inſenſibiles, Sol & Luna, & ſtellæ, hominum vicē
dolentes, ingemiſcunt, & merent, ipſorum quaſi damnatio-
nem auerſantes. O quam ferreus es peccator, quam durus,
quam tibi crudelis, qui te damnandū videns, & ęternæ mor
ti adiudicandam, nequaquam ingemiſcis, tuam creaturę dā
nationem lamentantur, tu qui mala cūcta perpetraſti, quiq.
lacrymis ea reſarcire potes, ingemiſce in præſentia, & do
le ne perpetuo doleas. O ſaxeū pectus, o adamantinū cor,
o inſenſibilis profecto mens peccatoris, quæ talibus nō per
mouetur: hi poſtea incaſſum perpetuo lamentabuntur. Iſta
Apo. 6 ſunt quæ Ioannes inſinuare voluit Apo. 6. dicens. Sol factus
eſt niger ſicut ſaccus cilicinus, & Luna facta eſt ſicut ſan-
guis, & ſtellę de cœlo ceciderunt ſuper terram, & omnis
mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt, & Reges terræ &
principes, & tribuni, & diuites & fortes, abſconderunt ſe in
ſpeluncis & in petris montium, & dicunt montibus, cadite
ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis in throno, & ab
ira agni. Tūc ſiquidem Sol quaſi luctuoſas veſtes indutus ni
ger apparebit, veluti Sacco nigro præ dolore amictus, Lu-
na etiam ſanguinea, veluti cruentam de peccatoribus Dei
vindictam exprimens, Stellæ vero ita ſplendorem amittēt,
In ter- vt cecidiſſe de cœlo videantur, Exhalationeſq. a terrę viſce
ris pręſuragē- ribus erumpentes, per inuſitatos terremotus montes & in-
tium. ſulas a locis ſuis in ſublime rapientes excindent. Tunc mor
tales omnes & præcipue potētes Reges videlicet, & Tribu
ni & Nobilęs horribilia iſta videntes; mareq. prodigioſis
orbibus agitari, reſq. omnes conſternatas quaſi antiquum
Chaos præ confuſione repetentes, non in lacrymas aut ſin
gultus erumpent, ſed areſcent, & veluti exeſsi per membra
Ezech. corrumpētur. Sicut Propheta Ezechiel dicebat. Non plan
24. geris neq. flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, &
vnuſ-



vnuſquiſq. gemet ad fratrē ſuū. Tunc enim minime ad pæni
tentiæ lacrymas conuertentur, ſed præ timore tabeſcēt pra
ui homines videntes tot ſe iniquitates cōmiſiſſe, & veluti Areſcē-
inopes conſilij, vnuſquiſq. cum tribulibus ſuis ſuſpirabit. tibus
Idem etiam propheta alibi dicebat. Tabeſcet omne cor, diſ homi-
ſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus. nibus.
Interrogatus enim Propheta Ezechiel quare gemeret reſ- Ezech.
pondit. Pro eo quod a domino audierat, quo omne cor ta 21.
beſcet, cum audierit, & præ timore manus omnium diſſol
uentur, & ſpiritus omnium talia audientium deficient. Si cū ſimile.
tonitrua horrendo ſtrepitu fulguribus intermicantibus, au-
res feriunt, homines cauernas quęritantes ſupra modū tur-
bantur. cum eliſum fulmen, ingenti fragore edito, ędificia
& turrita templa deformare conſpexerint, quo terrore cō
cutientur? Si ea quæ diximus ſigna, quæ Chriſtum (quaſi
tonitrua & fulgura fulmen) præcedēt, homines præ timore
areſcere faciēt, viſo Chriſto quaſi fulmine in nube veniēte Vide-
quo timore afficientur? Montibus profecto dicent cadite ſu bunt Fi
per nos, & collibus vt eos a facie ſedentis in throno, vel liū ho
tantisper operiat deprecabuntur. Certe quos huius diei for minis.
mido non perculit, mortui vel inſenſibiles iudicandi ſunt, Apo.
præcipue quos mali conſcia mens, aſſiduis ictibus cruciat. 19.
Ioannes vidit cælum apertum, & ecce equus albus, & qui
ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis & verax, oculi eius ſi-
cut flamma ignis, in capite eius diademata multa, veſtis aſ
perſa ſanguine; vocabatur Verbum Dei, & exercitus cœli
ſequebatur eū, & de ore eius exibat gladius vtraq. parte acu
tus. Chriſtus Dei verbū a patre procedās, equus albus huma
nitas, veſtis aſperſa ſanguine, corpus liuens propter vulnera,
vocabatur fidelis & verax, fidelis bonis, quibus cumulatiſſi-
me promiſſa cōplet, verax malis quib⁹ omnia quę intermina
tus eſt ad eorū pernitiem immitet, quia cū æquitate, gentes

 iudicat

iudicat, oculi eius flamma ignis, ad territandos malos; in e-
ius capite diademata multa ad electos ſcilicet coronandos;
Prælatos qui literarum ſplendore & morum probitate er
ga ſubditos claruerunt, Eccleſiaſticos qui cum honeſtate &
modeſtia, vitã tranſigerunt. Coniugatos, qui maritalis tho-
ri fidem ſeruauerunt, iudices quibus æquitatis decor ſem-
per placuit; pænitentes qui in melius vitam commutantes
ex animo indoluerunt; & alios quoſq. electos ſua dignos
corona. Gladius biceps ex ore eius ſignificat terribilem ſen
Baſi. tentiam, qua malos feriet. Quibus (vt Baſilius ait ſuper pſal
lius. mum 23.) fortaſsis magis horrenda erit confuſio, quam tene
bræ & ignis æternus, ſemper ob oculos habentes veſtigia
peccatorum, quos quidem ſubitus & inexcogitatus Salua-
toris aduentus, ſummopere territauit, cum in expectatus ad
iudicãdũ apparebit. Quod aptiſsima Chriſtus parabola de
Matt. clarauit. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſq. in occi-
24. dẽtẽ, ita erit & aduentus filij hominis, ſcilicet ſubitus & in
expectatus & glorioſus, & omnibus manifeſtus: quia fulgur
ab omnib[9] videtur, minimeq. latere poteſt, ita Saluator ma
nifeſtus omnibus erit. Fulgur apparens terrere ſolet, ita Sal
uatoris aduẽtus, peruerſis hominibus erit terribilis, fulgur
tenebroſa illuminarę ſolet, ita Chriſti aduẽtus occultiſsima
cordiũ palã faciet. Fulgur veluti a nictãte nube procedens,
breuiſsime durat, ita Saluatoris aduẽtus cõfeſtim abſolue-
tur, nullaq. erit, vel appellatio, vel excuſatio, ſed vnuſquiſq.
prout geſsit recipiet. Nulla res aduentũ fulguris impedire
ſolet, ita manifeſtũ Saluatoris aduẽtũ impediri non poteſt.
Demũ fulgur territat & ſplẽdet, ita Saluator, qui peruerſos
homines perterrefaciet, ſereniſsimus ſuis electis effulgebit;
qui ad ipſum cõfeſtim cõgregabũtur. Quod parabolica alia
Matt. ſentẽtia Saluator explicauit dicẽs Matt. 24. Vbi fuerit cor-
24. pus ibi congregabuntur & Aquilæ, quia ſicut vbi cadauer
fuerit



fuerit aquilę etiã cõgregãtur, quę lõge quãuis diſtẽt ipſum
olfactu perſentiũt, ita electi viri Chriſto protinus cũ vene
rit cõiungẽtur, quaſi ei a quo paſci debẽt & refici. Tria igi-
tur hac Saluatoris ſentẽtia ſignificãtur. Primo electos om-
nes ad Chriſtũ celeriter congregãdos veluti per aera ſicut
Paulus dicebat. Rapiemur cũ illis in nubibus &c. Secũdo id 1. The. 4.
fieri debere ſine eo quod electi ductore indigeãt. Tertio ſi
cut Aquilę ad cibum auidiſsime cõgregantur, ita electi ſum
mo deſiderio ad Chriſtum quaſi ad cibum congregabun-
tur. Saluator vero ſuos non vulturibus ſed aquilis compara
uit, eſt enim aquila quaſi alitum regina, quæ altiſsime vo-
lans iter minime veluti alas mouẽdo radit eſtq. perſpicaciſ
ſimi viſus, id vero Saluator effecit, vt vel inde intelligam[9],
eos tãtũ ad Chriſtũ cõgregandos ad ipſo fruẽdum, qui ſuis
deſiderijs quaſi reges dominantur, terrenaq. contemnen-
tes in ſublime per contemplationem abripiuntur:

Suis igitur electis Chriſtus qui velut aquilę perſpicaciſ- His au
ſimi viſus ſunt, dicet. His autẽ fieri incipientibus, reſpicite. tem fi
Tunc enim multa quę nobis in pręſencia occulta ſunt, vide eri in
re licebit. Quandiu enim viuimus vaſtiſsimum iudiciorum cipien
Dei pelagus, & cõſiliorũ ſecreta cognoſcere non valemus, tibus
ideo admiramur videntes impios impune cõuerſari. Tunc reſpi-
igitur (ait Saluator) reſpicite quia quæ hic videre mini- cite.
me licuit, apertiſsime reſpicietis, ſcilicet impios ante acto
rum penas dãtes. Tũc tyrãnos qui martires exquiſitiſsimis
tormẽtis excruciarũt, lõge atrocioribus tormẽtis expoſitos
videbitis. Tũc homicidas humano ſanguine ſaginatos. Adul
teros, qui maritales thoros deturparũt. Inceſtuoſos qui nec
cõſanguineis pepercerũt fornicarios omnia libidinibus fœ
dãtes, ſuperbos qui tumidiſsime proximos vilipẽdũt; Domi
nos qui iniquiſsime ſubditis, quaſi iuris domini imperarũt.
Auaros qui proximos uſuris & cãbijs expilarũt. Iracũdos,
inuidos, hos inquam omnes crudeliſsimis traditos carnifici
bus

bus videre licebit. Sic Dauid dicebat. Veruntamē oculis
tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis?
Sicut filij Iſrael, qui mare rubrum ſicco pede & ſine impe-
dimēto tranſierāt, iam trans mare conſtituti, ſecuri AEgip
tios ſubmergi videbant. Ita electi qui ſecuri iudicij Dei exa
men mortemq. euaſerunt, videbunt eos a quibus tot detri-
mentis affecti ſunt, quiq. ſe anguſtiauerunt, aquis ſubmergi,
veluti cladibus quas Deus ipſis iratus immittet. Ideo dice-
Iob. bat Iob. Erit omnipotens cōtra hoſtes tuos, & eleuabis ad
22. eum faciem tuā. Quaſi dicat. Erit Deus, qui tuos coram te
leuate hoſtes proteret, tuq. cōfidenter ad ipſum faciem eleuare po
capita teris. Quia Dei famuli demiſſo capite incedentes, impios
veſtra in hac vita quaſi inſultantes ſuſtinent. Propterea Abacuh
Aba.1. dicebat. Cur taces cōculcante impio iuſtiorem ſe? tunc ve-
Pſal. ro capita eleuabunt ſtantes in magna conſtantia, ideo Da-
uid canebat. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio. Peruerſo
rum enim boni quaſi ſedes ſunt, a quibus opreſsi tenentur,
ſed in iudicio ſedes ſedebunt iudicantes alios. Propterea e-
Pſal. tiam Dauid dicebat. Quo vſq. iuſtitia conuertatur in iudi-
cium, & qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde. Quod
perinde eſt acſi dicat (vt interlinealis exponit) quo vſq. iu
ſtitia qua boni ſplendent, conuertatur (cum Chriſtus vene
rit) in iudicium, quia propter illam electi cum Chriſto iu
dicabunt, & qui iuxta illam, id eſt illam habentes ſunt, qui-
cunq. mundum cor habent, hi enim ſedebunt iudicantes. Iſ-
ta etiam dicuntur, quia poſt tot labores pręmia ſuſcipiētes
appro requieſcent, Quæ Saluator redemptionem vocat, nam inter
pin- præmia connumerari poteſt, libertas a ſeruitute carnis. Pro
quat pterea Paulus dicebat. Expectatio creaturæ, reuelationem
redēp filiorum Dei expectat, vanitati enim creatura ſubiecta eſt
tio ve non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, nam ip
ſtra. ſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatē
Ro.8. glo-



gloriæ filiorum Dei. Quibus verbis Paulus probare ſtudet
non eſſe condignas huius temporis paſsiones, ad futurā glo
riam, oſtendit vero ex vehementi expectatione, non ſolū A
poſtolorum, ſed totius in communi creaturæ, nam magnitu
do boni quod noſtri appetitus obiectum eſt cognoſcitur ex
vehemēti expectatione, ſecundum verę philoſophię ratio-
nem, verbis vero maxime ſignificantibus Paulus vſus eſt, nō
enim voluntatē imperfectum dixit, quę quandoq. rerum im
poſsibilium eſſe ſolet, neq. deſiderium dixit, quod etiam re-
rum quę dubiæ ſunt eſſe ſolet, ſed expectationem, quia ex-
pectatio eius rei eſt quæ certo ventura eſt, quæ quidem ne-
quaquam ad huius temporis bona, ſed ad reuelationem filio
rum Dei tendit, ſcilicet ad ſtatum quo filij Dei manifeſtādi
erunt. Nam creatura quandiu viuit, harum rerum mutabili-
tati ſubijcitur, quam quidem nequaquam volens ſufert, ſed
propter Deum qui eam mutabilitati rerum ſubiecit, vt ex-
pectaret libertatem, quam tandem completo huius peregri
nationis tempore, ab hac ſeruitute corruptionis liberabi-
tur, cōſequeturq. libertatem gloriæ quæ filijs Dei per adop
tionem communicabitur, quam quidem Paulus ſequenti-
bus verbis corporis redemptionem, id eſt libertatem a cor
pore appellat quæ hiſce horribilibus quæ a Chriſto expo-
ſita ſunt, propinquiſsima erit.

ET hoc eſt quod Saluator propoſita ſimilitudine decla
rauit. Sicut enim arbores quæ pertinaci rigore horreſcere Dixit il
hyeme videbantur, cum ſuaui iocunditate floreſcunt, pro- lis ſi-
pinquam æſtatem indicant, non aliter cum omnia quæ præ- militu
dixi euenire inceperint, veſtram a mūdo libertatem, & reg dinē.
ni Dei aduentū ſignificabunt. Tria vero hac Saluatoris pa-
rabola ſignificantur. Primo aduentus eius certitudo, poſt
horribilia quę predixit, ſicut ęſtas poſt arborū gēmas quę ra
dicibus erūpunt. Quemadmodū enim inpoſsibile eſt, arbori

bus flores emittentibus, æſtatem minime aduenire. Ita horribilibus ijs quæ Chriſtus expoſuit apparentibus, certiſsime ipſe Saluator glorioſus & maieſtate plenus ad iudicãdũ veniet. Secundo breue tẽporis ſpaciũ oſtenditur fore, inter Mundi conſternationẽ, & Chriſti aduentũ, ſicut inter arborũ flores & æſtatem. Quod Ioannes inſinuare voluit Apo. 10. Nam cum ſex Angeli tubis prius præcinißent, & ad vnius cuiuſq. cantum prodigia ſequerentur, antequam ſeptimus tuba caneret, apparuit Angelus quidam fortis, amictus nube, & Iris erat in capite eius, & poſuit pedem dextrum ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terrã, & leuauit manum in cœlum, & iurauit per viuẽtem in omnia ſecula ſeculorũ, quod tempus non erit amplius, ſed ad vocem ſeptimi Angeli, cõſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas. Quibus omnibus voluit Ioannes ſignificare, poſt ſigna, quæ in Euangelio expreſſa ſunt, (quę quidem ſignificantur per prodigia poſt Angelorum tubas ſecuta) Chriſtum appariturum. Qui eſt Angelus magni conſilij, nube vero amictus videtur quia glorioſus apparebit, & Iridẽ (ſignũ quidem fœderis) in capite portabit, ad electos conſolandos quibus cum fœdus inijt, oculi eius vt Sol, quia omnia ſicut Sol manifeſtabit, pedes vero ſuper mare & terram ponit manumq. ad cœlum leuat, vt oſtenderet (vt Rupertus exponit) ſe omnia illa creaſſe, iurat vero per viuentem in omnia ſecula ſeculorum, videlicet per ſe ipſum, qui mortuus quidem fuit, ſed in ſempiternum viuit, iuratq. quod tẽpus non erit amplius ad pænitendum; ſed ad vocem ſeptimi Angeli, ſcilicet illius qui nouiſsima tuba canens dicet ſurgite mortui &c. conſũmabitur myſterium Dei, id eſt ſecretũ conſilij ſui, quo vſus eſt peccatores ad pænitentiam expectando. Tertio hac Chriſtus parabola electorum fœlicitatem & laborum in melius commutationem oſtendit, quaſi dice-

Apo. 10.

Rupertus.



diceret. Hac huius miſerabilis vitæ hyeme, corpora veſtra quæ tot laboribus expoſita, quaſi arbores horreſcere vidiſtis, adulta æſtate floreſcere ſuaui iocunditate videbitis. Praui vero homines qui hic ſuam æſtatem habuerunt, effuſe vitijs indulgendo, in malorum omnium tempeſtatem incidẽt. Ecõtra vero electi poſt laborum hyemem, ad iocũdioris tẽporis æſtatem deuenient Sicut Canticorum 2. dicitur. Iam enim hyems tranſijt Imber abijt & receſsit. Quod profecto magnum ſeruorum Dei ſolatium eſt, quos nunquam in mũdo defuturos, quo vſq. omnia iſta perfici videantur Chriſtus ait. In quorum gratiam perditis hominibus, Deus multa diſsimulat, expectans vt præfixus electorum numerus cõpleatur. Tunc vero verborum Chriſti infalibilis euentus, apparebit, quæ cœlis & terra firmiora ſunt. Immo cum omnia iſta tempore illo tranſmutari debeant, conſtantia Dei verba perſiſtent. Sicut ſapiens ait. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Sic etiam Eſaias. Montes conmouebuntur, & colles contremiſcent, anima autem mea non recedet a te, & fœdus pacis meæ nõ mouebitur. Quanuis enim montes & elementa commoueantur, Deus nunquam ab electis in perpetuum ſeparabitur, nec pactum quo cum illis paciſci voluit, vnquam irritum apparebit. Sed cũ ipſis gratię & gloriæ pace conſtantiſsime coniungetur.

(?)

Cãc. 2.

Cœlũ & terra trãſibunt

Pro. 12.

Eſa. 54.

# QVID EXISTIS IN DESERtum videre arundinem vento agitatam? ſed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus. Matth. 11.

QVANVIS ex huius Euangelij litera, quam nobis concionatorum gratia moraliter exponere placuit, aliquot dubitationes oriantur: ſententia tamen parabolica a Chriſto aſſumpta non eſt difficilis. Eius vero ſcopus eſt Ioannem propter conſtantiam laudare, apud turbas, quæ ex diſcipulorum interrogatione, forſam dubitare poterant, an Ieſus eſſet Chriſtus. Poſtquam ergo diſcipuli Ioannes receſſerant (quibus coram ipſum laudare non erat decens) Chriſtus, Ioannis conſtantiam commendans ait. Quid exiſtis in deſertum videre? &c. Quaſi non ex ſua ſententia ſolum, ſed ex hominum opinione id oſtendat, dicens. Cur omiſsis laribus, tanto ſtudio deſertum turmatim petere ſtatuiſtis? num gratia videndi calamum a ventis circum actũ? profecto niſi Ioannem calamo diſsimilem putaretis magnumq. & conſtantiſsimum virum, nequaquam ad ipſum ita auide relictis domibus pergeretis. Illi igitur calamo ſimiles ſunt qui mobilitate mentis, diuerſa ſentiunt, & quæ antea probare videbantur poſtea damnant, qualis non erat Ioannes. Cętera in concione patent.

## CONCIO.

INTER alia priuilegia, quibus virtus eumqui ſe poſsidet, illuſtrat, illud eſt quod verendum ipſum facit non ſtudioſis tantum, qui virtutem quaſi reginam





am vbiq. colunt, ſed impijs etiam, quia nullus adeó ſceleſtus euadit, cui non ſtudioſus horrorem quendam, & timorem incutiat. Oleum & aqua nunquam miſcentur, ſed oleũ ſupereminet. Boni & impij raro amicicia coniũguntur, impij autem eminentiam quandam a virtute procedentem in bonis vel inuiti cognoſcũt. Propterea dicebat ſapiens. Fortitudo ſimplicis via domini, & pauor his qui operantur malum. Tota enim ſimplicis hominis alioquin prudentis fortitudo a virtute & via Dei procedit, quæ praue operantibus timorem incutit. Iſta in Hærode & Ioanne intueri licet. Herodes vir omnibus modis peſsimus, Ioannem ab hominum conſortio ſeparatum, nec prophanis negotijs ſe immiſcentem, metuebat (vt Marcus ait) ſciens eum virum Sanctũ. Hinc liuidus ardor prouenit quo peruerſi bonos perſequũtur, quia illorum vita ſua eſt repræhenſio, ipſorum mores quaſi fulgor oſtendens. Qui noctu in ſanis amoribus vacantes, vel latrocinia exercentes, per cancellos & angiportus diſcurrunt, obuiam quamcumq. facem deteſtantur, ipſamq. extinguere nituntur, ne ipſos prodat. Ita Herodes tenebrarum filius erat, Ioannes autem lucerna ardens & lucens (vt Chriſtus ait) ardens quidem quia charitate flagrans, proximorum ſalutem ſitiebat, lucens vero doctrina, & ad proximos exemplo, ea propter Herodes ipſum extinguere cupiens incarcerem recluſerat. Vbi vinculatus nequaquã Chriſti oblitus eſt, nec eorum quæ ſuis diſcipulis expedire præuidebat. O Sanctiſsime Baptiſta, damnati in die iuditij audient. In carcere eram & non viſitaſtis me, & ipſe audies etiam tu de carcere viſitaſti me. Non ita multi, qui vel minima tribulatione pulſati, animum deſpondent; & Chriſti obliuiſcuntur, immo tribulationibus, quas Deus immittit, ad eorum ſaluté deteriores euadunt. Quos aptiſsime Ezechiel depingit dicés. Omnes iſti facti ſunt mihi Aes, Stannũ, Ferrum,

Simile

Pro. 10

Simile

Ioannes in vinculis.

Ezec. 22.

rum, & Plumbũ in medio fornacis, Quaſi dicat hos omn
in tribulationis fornacem a terrenorum rubigine expurgan
dos immiſeram ſed exierunt, aliqui quidem ęs ſonorum ad
uerſus benigniſsimi patris flagella murmurãtes: Aliqui fer-
rũ duritia ſuperantes qui minime tot ictibus permouẽtur,
ſed duriores ſemper ipſo ferro perſiſtũt. De quibus Hiere.
Hie.5. Percuſiſti eos, & nõ doluerũt: Alij vero plumbũ peccatorũ
põdere ad inferiora ſemper etiã cum tribulantur inclinati:
Aliqui ſtannum: ſpeciem quidem exterius virtutis & patien
tię oſtendentes, cũ impatiẽtiſsimi ſint. De quibus etiã omni
Hie.2. bus dicebat Hieremias. Fruſtra percuſsi filios veſtros, diſci-
plinã non receperunt. Ioannes vero tribulatione ſe ipſo pu
rior euaſit; cum enim corã iniquiſsimo iudice, vel inſõs cau
ſam dicere cogeretur vt veritatis aſſertor, ſuę vitæ prorſus
oblitus de diſcipulorum ſalute ſolicitus fuit, ipſoſq. ad Cri
Simile ſtum legatos miſit dicens. Tu es &c. Si quando Rex epiſto
lã a tabellario traditã perlegẽs cõmoueatur, aulici eius fa-
Tu es qui vẽturus ſimile es. miliares circũſtãtes diuerſis ſentẽtijs epiſtolã interpretãtur,
Ita Christo legationẽ excipiẽte Ioãnis exterius quidẽ diuer
ſam ab eo quod antea de Chriſto prædicauerat, non eſt mi-
rum diuerſis, eam patres ſententijs explicare. Ambroſius
Ambroſius. quoſdam dixiſſe ait. Ioannem Pietate quadam motum in-
terrogaſſe. Sicut ſi mater filio ad interitũ pergẽti diceret Fi
li mi tu ne is perditũ? Ita Ioãnes Pietate admirãs dicebat, tu
Grego simile es &c. Gregorius vero, an Chriſtus ad inferos eſſet deſcẽſu
rus Ioannẽ interrogaſſe ait. Quaſi ſi Regẽ captiuos redime
re ſtatuẽrẽ, percõtaretur aliquis, an ipſemet profecturus eſ
Chryſoſtomus. ſet, an prætiũ tãtũ modo trãſmiſſurus. Chryſoſtomus & nõ
nulli alij, diſcipulorũ gratia, quos ad Chriſtũ mittebat, fe-
ciſſe ait. Ipſi enim plus æquo magiſtro ſuo tribuentes pa-
rem vel ſuperiorẽ Chriſto credebãt, quo igitur falſam æſti
mationem deponerent, ad Chriſtum miſit, non ipſe dubi-
tans,



tans, ſed nẽ poſtea vlla in diſcipulis cũctatio remaneret, aut
in poſterũ dubitarent. Viderat Eliſæus magiſtrum ſuum in
ſublime abrripi, filij vero Prophetarum, importunis eum 4 Rẽ. 4
vocibus ad quęrendum Heliam hortabantur, dicentes eum
in aliquo montium conſediſſe. Ipſe non quaſi dubitans, ſed
vt illi falſam æſtimationem deponerent, dixit. Abite vos.
Viderat Ioannes Spiritum Sãctum in Iordane ſuper caput
Chriſti, vocem etiam patris audierat naturalem ſuum eſſe
filium declarantem; quomodo dubius eſſe poterat? Immo
quo pacto dubitare poterat, cuius omnia membra Salua-
torem prædicabant. Oculi eius Spiritum Sanctum viderãt,
manus eius ad Iordanis vndas baptizauerant, digiti oſten-
derant, aures vocem patris audierant, lingua agnum dei no-
minauerat, immo ante quam naſceretur motus eius & ge-
ſtus in vtero Chriſti præſentiam celebrarũt; nulla ergo
in ipſo fidei cunctatio eſſe potuit, ſed diſcipulorum gratia
Saluatorem interrogauit. Fuit autem magnæ confidentiæ
interrogatio. Ei namq. nos magnopere confidere oſtendi
mus, a quo ſepe idipſum vel inauditi ẽxpoſtulamus nũquã
id nos conſecuturos fore deſperantes. Quoquidem euidẽn
ter cognoſcitur, maxime nos mundo confidere, a quo to-
ties exploſi ipſum repetimus. Quotidie a vita deſerũtur ho
mines, tot incerta morte pereuntibus, & nos nihilominus
lõgioris vitę ſpẽ nutrimus. Quotidie pulchritudo nos deſe
rit, ſenectute & infirmitatibus nos indies deformantibus,
noſq. ſemper placere uolumus. Quotidie nos homines de
ferunt ſuis mendacijs & fucatis verbis decipientes, & nos
ſemper in eis confidimus. Parum vero nos in Deo confi-
dere vel ob id manifeſtum eſt, quia ſi confeſtim ab ipſo nõ
exaudimur, & petita non conſequimur, ſtatim orationem
bonoſq. mores animum deſpondentes deſerimus. Ioan-
nes vero Baptiſta maximam ſe in Chriſto fiduciam
habu-

habuiſſe,hoc facto declarauit; nam ſuis diſcipulis id quod
interrogare eos iubet, prædixiſſe & obteſtatum fuiſſe cre-
dendum eſt,immo ſæpius pro ipſis Deum exoraſſe certiſsi-
mum eſt,repulſam vero paſſus, non ſua culpa,ſed Dei iudi-
cio & voluntate,nunc idipſum petens confidenter ad Chri
ſtum mittit,orans corde ac dicens.Chriſte Ieſu qui mihi tuā
in Iordane diuinitatem declaraſti,da eis ſui magiſtri fidem.
Fuit etiam magnę deuotionis interrogatio. Quia eos quos
materia de qua loquuntur, delectat ſæpe ea quæ nouerunt
interrogare videmus. Sicut Beata virgo,quæ Angelum ea,
quæ ſciebat,interrogabat,dicēs.Quomodo fiet iſtud? Vole
bat ſiquidem ipſa ab ore Angeli audire,& vt mundus con-
ceptionis ordinem ab Angelo expoſitam intelligeret, ip-
ſaq. audiens voluptatem captaret, rei de qua ſummopere
delectabatur.Eodē pacto Ioannes, quem aduentus & mors
Chriſti maxime delectabat,quæ ſciebat immo quæ ipſe prę
dixerat,interrogat,vt reſponſionem Chriſti ſibi dulciſsimā
audiens,effuſiſsime lætaretur. Ardentiſsime vero charita-
Rō.9. tis interrogationē fuiſſe cōſtat,Paulus ex charitate anathe-
Exo. ma eſſe pro fratribus cupiebat, Moſes amore Iſraelitici po
32. puli deleri ſe de libro petebat, Saluator etiam in cruce ex
charitate delicta noſtra pro quibus patiebatur ſuadicebat.
Longe a ſalute mea verba delictorum meorum;Ita etiā Ioā
nes propter ſuos diſcipulos dubitantis perſonam accipit,&
interrogationem a ſua fide alienam, propriam facit,vt diſ-
cipulos ad ſanitatem perduceret. Propterea dicebat. Pau-
lus omnibus omnia factus ſum,vt omnes lucrifacerem. Ita
beatiſsimus Ioannes cum ignorantibus diſcipulis ignorans
Cæci factus eſt,vt eos lucrifaceret. Chriſtus vero ſufficiētiſsime
vidēt ſatiſfecit miraculoſis operibus: Diſcipuli enim Ioannis ver
&c. ba non admittebant,ea ſiquidem non ſemel a ſuo magiſtro
audierant; operibus igitur oportebat eos conuinci. Quæ
Chri-



Chriſtus eadem hora (vt Lucas ait) mirabiliter operatus
eſt.Ea vero in ſpecie fuerunt quæ longe ante Eſaias prædi- Eſa.53.
xerat ca.53.& 61. Quod vero talia efficaciſsime Chriſti di- 61.
uinitatem oſtenderent,manifeſtum eſt.Sed dices,Si aliquis Simile
per veſtem cognoſci debet,nullus eam veſtem induere de-
bet,ſi ergo Chriſtus per illa miracula ab Eſaia prædicta cog
noſcēdus erat,nullus ea prius efficere debebat. Obſerua D. D.Th.
Thomæ efficaciſsimam rationem,miracula veritatis teſti-
monia eſſe certum eſt,nam id etiam infideles concederent.
Chriſtus vero ſe Deum appellabat,& Deo æqualem,vt Io. Io.5.8.
5.& 8.& 10.& multis alijs locis oſtenditur,propter quod Iu 10.
dæi eum ſaxis impetere tentarunt; in illius ergo veritatis
teſtimonium prodigioſa quæ Matthæus refert & alij E-
uangeliſtæ, opera faciebat, vel ergo Deum falſitatis te-
ſtem dicere, vel vera eſſe quæ Chriſtus prædicabat, con
fiteri oportet, nempe Deum & Redemptorem fuiſſe. Si
enim ſuſcitabat mortuos vita erat, ſi cæcis lumen præbe
bat lux erat;ſi claudis greſſum, rectus erat,ſi ſurdis auditū,
verbum erat;ſi leproſos mundabat, mundus erat; ſi paupe-
ribus euangelizabat,veritas ęterna erat humilitatis velo cō
tecta. Propterea beatos appellauit qui in eius humilitate
minime eſcandalizarentur. Quibus verbis Saluator diſcipu Beatus
lorum Ioannis conſcientiam pungēs,veluti momordit; qui qui nō
tacti humilitate eius, quod cum hominibus conuerſabatur, fuerit ſ
ſcandalizabantur, quod non in confragoſis deſerti receſsi- canda
bus habitaret ſicut magiſter eorum. Mira vero Saluatoris lizatus
benignitas & ſapientia in his verbis quibus Ioannis diſci-
pulos notat oſtenditur; nam cum occulta cordium ſe cog-
noſcere probaret,ſe Deū oſtendit,nec tamē alijs indiſcretū
eorum zelum,& incogitantiam declarauit,ſed illorum cōſ
cientiæ dereliquit occulta tantū reprehenſione cōtētus, vt
eos benigne ad ſe alliceret:ea propter nihil amplius quam
 beatus

beatus qui nõ fuerit ſcandalizatus in me, dixit. Sed ne gẽtes a
liæ audita Ioãnis legatione idipſum efficerent exiſtimãtes,
non idem quod antea, Ioannem ſentire: propterea Chriſtus
diſcipulis recedentibus ( ne crederent aſſentando Ioan-
Cepit dicere ad turbas de Ioanne: nis gratiam captare) cepit Ioannem laudibus extollere. Et
primo a ſtabilitate & conſtantia, quadam parabolica ſenten
tia a diſsimilitudine ipſum commendans. Non enim arundo
quolibet vento mota Ioannes erat, qui conſtantiſsime veri-
tatem aſtruebat, vitæq. ſeueriſsimam diſciplinam, vſq. ad
mortem ſuſtinuit minimeq. deſeruit. Non ita multi, qui vt
inconſtantes ad diuerſa prout fert libido, rapiuntur, præ-
ſertim hæretici leuiſsimi omnium qui huc illucq. citra de-
lectum feruntur, quiq. velut paruuli fluctuantes circumfe-
runtur omni vento doctrinę (vt Paulus ait). Iſti ſunt ſiccę a
Ephe. 4. rundines, ſine humore gratiæ, æternis ignibus deputatæ,
Arundinem vento agitatam. vento vanitatis & ſuperbiæ agitatæ, qui quod prius de Chri
ſto confeſsi fuerant, modo negant, immo impugnant. Qui
bus dicebat Paulus. Miror quod tam cito transferimini,
ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti: ſed potius ad
eoidem inferius. O inſenſati quis vos faſcinauit, non o-
Gala. 1. bedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſ-
Gala. 3. criptus eſt, & in vobis crucifixus? Quod faſcinantes in
ſenſu, id hæretici in intellectu efficiunt, ita namq. eum lu
dificantes immutant, vt aliter quam prius ipſum ſentire fa-
ciant. Id eſt ergo quod Paulus ait. Quis ita veſtrum intel
lectum immutauit vt diuerſus vobis modo Chriſtus videa
tur? qui ita a vobis cognoſcebatur (vt Caietanus exponit)
ac ſi corã vobis ſcriptus eſſet, & ideo intolerabile eſt, vos cir
ca illũ quem quaſi ſcriptum vidiſtis ludificari, immo cũ mul
ta pro Chriſto paſsi fueritis, veluti in vobis crucifixus fuit.
Faſcinum pueris maxime nocere ſolet, ita hæretici eos qui
velut paruuli fluctuant, facile ſubuertunt. Sed (vt hære-
ticos



ticos omitamus,) multi calamo ſimiles, quouis vento a recti
tudine intentionis deuiantes huc atq. illuc faciliime ferun-
tur. Virtutem vero conſtantiæ præſtantiſsimam eſſe, vel ob
id manifeſtum eſt, quod ſine ea incaſſum reliquæ exercentur.
Quid enim prodeſt numeros omnes virtutum implere, ſi cõ
ſtantia deſit? Nihil profecto bene vixiſſe proderit, ſi ante
mortem virtutem deſerueris, conſtantia namq. virtutes
omnes totamq. vitam coronat. Propterea de ſe Iob di- Iob. 27
cebat. Donec deficiam, non recedam ab inocencia mea, iu
ſtificationem quam cepi tenere non deſeram. Sola inconſtã
tia homines a Dei gratia & intima familiaritate deiicit, ſicut
dicebat Hieremias. Viuo ego (dicit dominus) quoniã ſi fue-
rit Ieconias vt annulus in manu dextera mea, inde extraham
eum. Solent homines, annulum cũ adamante vel ſmaragdo, ſimile
in digito quaſi rem chariſsimã geſtare, & ob oculos ſemper
habere. Quamuis ergo (ait Deus) homo ita charus mihi ſit,
ſicut annulus homini eſſe ſolet, ſi virtutem abiecerit per in-
conſtantiam peccatum admittens, quaſi a digito meo ipſum
abſtrahens, longiſsime proiiciam. Propterea dicebat Pau
lus. Itaq. fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, 1. co. 15
abundantes in omni opere domini ſemper, ſcientes quod la
bor veſter nõ eſt inanis coram domino. Quaſi dicat; Ne mo
neamini per incõſtantiam, ſed in virtute & bonis operibus
perſiſtite. Sic Ioannes effecit, qui adamantinis lapidibus fir
mior, in eadem vitæ ſinceritate & confeſsione Chriſti vſq. Matt. 6.
ad mortem perſtitit. Neq. enim conſcientiæ domum, ſuper
arenam fundauerat, ſicut inconſtantes, quorum vel leuis
aura perflans, ſtructuram deiicit, ſed ſuper firmam petram
quam nec venti, nec pluuię, nec fluuius deiecerunt. De eo di- Pro 15.
cebat ſapiens. Domus iuſti plurima fortitudo. Et alibi iuſtus Pro. 10.
quaſi fundamentum ſempiternum, quod quidem nunquam
deiicitur. Hoc ipſum Paulus hebręos hortabatur dicens

Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profue
Hebre. 13. runt ambulantibus in eis. Acſi dicat cum detur bonum me
lius, & optimum; hoc optimum eſt, cor per Dei gratiã ſta-
bilire & cõfirmare, nõ eſcis quas mũdani homines inquirũt,
vt comenſationibus indulgeat. Non ſic Ioannes qui gratia
Dei innitebatur, nõ eſcis aut alijs delitijs; nã ipſe mel ſilueſ-
tre & locuſtas comedebat, & indutus camelorũ pellibus au
Homi nẽ mol libus veſti- tum. ſteriſsime vitã trãſigebat, & ita nequaquã mollibus, vt mũda
ni & preçioſis veſtibus vtebatur. Sicut multos videas, coe-
mẽdis veſtibus deditos vt perſonati ſẽper, & curioſe induti
omnib⁹ appareãt preſertim feminę. Cõtrariũ ſuadebat Pau
1. Ti. 2. lus cũ de oratione loqueretur dicẽs. Mulieres in habitu or
nato, cũ modeſtia & verecũdia ornãtes ſe ipſas, &c.

Aliqui vero hęc Chriſti verba, hominem mollibus veſti
tum, alio modo interpretantur, quaſi Saluator Ioannis con
feſsionem commendaret dicens. Cum me Ioannes confeſ-
ſus eſt, nequaquã vt adulator id effecit, vt mihi fucum face-
ret, tales enim aſſentatores, nõ in deſertis ſemoti a propha-
na multitudine habitant, ſed aulici ſunt in domibus regũ cõ
morantes. Execrãdũ profecto vitium, ipſiſq. Regibus & no
bilibus exitiale damnum afferens. Nocet enim male & be-
ne operantibus; bene operantibus, quia ſæpe in ſuperbiam
Ezech. 13. eriguntur aſſentatoribus ipſos laudantibus; male vero ope
rantibus, quia nunquam corriguntur. De his Propheta E-
zechiel loquebatur. Vę qui conſuunt puluillos in omni cu-
bito manus & ceruicalia in capite vniuerſæ carnis. Pului
lli & ceruicalia ad molliciem apponũtur, illi ergo pul-
uillos incubitis conſuunt, qui opera qualia cumq. ſint, molli
bus & aſſentatoriis verbis collaudant. Et ceruicalia in ca-
pite, qui elatos ſpiritus nobilium adulando extollunt. Et
inde fit, nobiles quibus veritas exoſa eſt, valde aſſentato-
ribus delectari, qui quaſi domorum peſtes longe fugari





deberent. Hirundines Garrulę Tobiam excecarũt. Ita aſſen Tob. 2.
tatores eos quibus adulantur. Hirundo adulatorem ſigni-
ficat, quæ neq. a Miluo neq. ab Accipitre neq. a Cane, aut ab
aliqua ex rapacibus alitibus impetitur, in domibus ſemper
nidificat. Ita Adulator in domibus diuitum cõmoratur &
veluti ſupra eorum capita nidificat, quia ipſis vt plurimũ
dominatur, quia eos ad id quod vult facile pertrahit nũquã
vitia in eis vituperat ſed plerunq. laudat. Aſſentatorem ve
ro nemo perſequitur, ſed ipſi veluti obſequi omnes ſtudẽt,
quia dominorũ gratiam promerentur, illorum certe qui mi
nime veritate delectantur. De quibus dicebat Eſa. Filij mẽda Eſa. 30.
ces, filij nolentes audire verbum domini, qui dicunt videnti
bus nolite videre, & audientibus, nolite audire, loquimini
nobis placentia. Santiſsimus vero Ioannes minime eiuſmo
di erat, quin potius peccatores acerrime reprehendebat, ſi
cut Phariſæos & Herodẽ. De Chriſto vero quę audiuit, &
vidit teſtatus eſt, ſicut ipſe dicebat Io. 1. Ego vidi, & teſtimo
niũ perhibui. Quia hic eſt filius Dei, quẽ etiã digito oſtẽdit.
Et propterea eũ Saluator, non Prophetã ſolũ, ſed pluſquã
Prophetã nominauit. Quia quæ alij lõge præcinerunt, ipſe
vidẽs digito oſtẽdit, & præſentẽ Saluatorem demõſtrauit.
Qui tela ad ſignũ dirigũnt, non qui ſupra aut qui infra, nec simile
qui ad dextrã, vel ad ſiniſtrã mittũt, ſed qui ſignũ tãgit, præ
cellit & lucratur. Prophetę omnes Chriſtũ præcinerunt, & Pluſ- quam
in ipſum quaſi ſignũ intẽdebãt, ſed quidã de diuinitate locu Pro-
ti ſunt, alij de humanitate, de miraculis alij, de paſsione nõ pheta
nulli, &c. Sed Ioãnes quaſi cooperiẽs ſignũ, Deũ & hominẽ &c.
demõſtrauit dicens. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata
mundi, quia vt agnus homo eſt, vt vero peccata tollit Deus
eſt. Dicitur etiã pluſquã Prohecta, quia nõ ſolũm Propheta-
uit, ſed ipſe fuit ab alijs prænuntiatus, quia de ipſo ſcriptum
eſt. Ecce mitto Angelum meum, qui preparauit viam tuam

antę te. Ecce qualiter Saluator Ioãnẽ cõmẽdat, eius virtutes
aperiẽdo. Omnibus enim cardinalibus virtutibus eũ prædi-
tũ demõſtrat; Fortitudine quidẽ, cũ eũ nõ calamũ a vẽto mo
tum eſſe dicit, ſed cõſtantẽ & inexpugnabilẽ. Tẽperãtia ve
ro, cũ eũ nequaquã mollibus veſtitũ, vt aulici qui in domi-
bus regũ cõmorãtur, ſed aſperrimis veſtimẽtis & cibis eum
vſum ait. Prudẽtia autẽ, cũ eũ pluſquã Prophetã nominauit;
quia Prophetæ eſt vẽtura præſcire, quæ pręcipua prudẽtiæ
pars eſt, in futurũ ſcilicet prouidere. Iuſtitia vero, quia eũ An
mala. 3 gelũ vocat quẽ vẽturũ Malachias Propheta prędixerat; an
Simile gelicã enim Ioannes vitã habuit tot virtutibus prędiitã. Que
madmodũ in horologio, foris quide nihil pręter ſagittã aut
digitum, qui circumfertur, horas oſtẽdẽtẽ aſpicimus, ſi ve
ro intus ipſum videas, lõgã rotarũ ſeriẽ latẽtẽ inuenies, mag
nãq. inſtrumẽtorũ harmoniã; Ita exterius quidẽ turbæ Ioã
nẽ Saluatorẽ oſtẽdẽtẽ digito tãtũ viderãt; quaſi dicẽtẽ. Ho
Rom. ra eſt iã nos de ſomno ſurgere &c. Sed Chriſtus, quæ in ip-
13. ſo latebat, virtutũ ſtructurã, veluti apperiens omnibus decla
rauit, nẽpe eius cõſtantiam, Prophetiam, angelicam vitam,
& temperantiam. Quibus virtutibus præditus, Chriſto viã
præparauit. Populoſq. ad pænitentiam excitabat dicen, pæ-
nitentiam agite &c.

## VOX CLAMANTIS IN DEſerto dirigite viam Domini. Ioan. 1.

### CONCIO.

FALSA multorum exiſtimatio per incogitantiã
ex defectu diſcretionis prouenies, ſuperuacaneæ,
& importunę quãdoq. interrogationis eſt cauſa,
ideo



Saluator Sadducęis falſa opinione deceptis, & indiſcrete in
terrogãtibus dixit. Erratis neſciẽtes ſcripturas. Tale quip- Matt.
piã Hieroſolimytis accidit, qui magna in Ioãne cernẽtes, in 22.
Chriſto vero mediocria, miſere (ipſorũ malicia exp etẽte)
hallucinati ſunt. Ioãnem ſiquidẽ ſeueriſsimę auſteritatis vi
tam, inuſitato cibi & amictus genere, in confragoſis deſer-
ti receſsibus agentem, exiſtimabant ſui ipſius gratia id effi-
cere, quaſi prophanam multitudinem vitaret, ad continen
tiam conſeruandam. In quo apertiſsime a veritate exorbita
bant. Ioannes enim in vtero ſanctificatus, & in gratia con-
firmatus, nequaquam lethaliter peccare poterat. Talia ergo
gratia Chriſti, cuius erat pręcurſos pręcipue efficiebat. Nã simili
magnitudo ſerui Domini maieſtatem declarat; immo do tudo.
meſtici dominorum ſuorum mores, ſuis moribus oſtẽdere
ſolent. Qui ſacram Eucharistiam ſępe ſe a delictis per con
feſsionẽ expiãtes ſuſcipiũt, quiq. cõciones frequẽter audiũt,
& diuinis officijs interſunt, talẽ dominorũ ſuorũ eſſe volũ-
tatẽ, taleſq. mores inſinuãt. Ecõtra vero qui ludis lenociniis,
cõpotationibus, & alijs vitijs ſe dedũt, dominis non obſtãti
bus, quinimmo permittẽtibus, tales ſuos eſſe dominos oſtẽ
dũt. Ioãnis igitur excellẽtia, & vitę integritas Chriſti maie
ſtatẽ & volũtatẽ oſtẽdebat. In eo enim quod in eremo ſemo
tus cõmorabatur, declarabat Chriſtũ his qui ſolitudinem a-
mãt delectari. In eo vero quod pellibus camelorũ indueba-
tur, Chriſtũ veſtiũ prophanã curioſitatẽ deteſtari. In auſte-
ritate cibi Chriſtũ abſtinẽtiã diligere demõſtrabat. Talibus
ergo & Saluatoris celſitudinẽ, cuius erat ſeruus, & volũtatẽ
aſtruebat. Pręterea Ioãnes altiſsimę & qua maior intelligi
nõ poteſt, nẽpe deitatis Chriſti teſtis erat, oportebat igitur
talibus eũ moribꝰ & gratia prędiitũ fuiſſe, et lõge ſupra mor
tales omnes aſſurgeret. Gratia ergo domini ſui magna il-
la auſteritatis portenta efficiebat, & vt ſibi inaudita prius
aſtruen-

aſtruenti fides adhiberetur. De Chriſto etiam Iudæi falſiſſime ſentiebant, exiſtimantes mediocria illa nempe ſe facilem exhibere hominibus quibus cum comedebat & conuerſabatur, ſui ipſius gratia facere, mollioris vitæ amore, eo quod prædurę auſteritatis continentiam ferre non poſſet. O ſtultitiam, non poterat in eremo concludi, qui totam diuinitatis maieſtatem, humanitate contectam, in paruiſsimo virginis aluo recluſit? Non poterat ab hominum conſortio ſeparari, qui ita moriens ſe anguſtauit in cruce? Non poterat camelorum pellibus indui, qui ad ludribium purpura & veſte alba indui voluit? Non poterat locuſtis pro cibo vti, qui fel guſtauit in cruce? Non ſui ergo ſed noſtri gratia cũ hominibus cõuerſabatur; quibus facilem ad ſe acceſſum præbebat, vt per ipſum omnes ad patrem facilem acceſſum haberent. Cum peccatoribus vero comędebat & conuerſabatur vt medicus, & etiam quia ad ipſum pertinebat, omnibus viuendi modum præſcribere, & ideo cum omnibus oportuit ipſum conuerſari.

Similitudo.

Magna differẽtia eſt inter particulares duces exercitus & ſupremum, qui cum imperio toti exercitui præeſt; nam peculiares duces veluti Centuriones, ſuæ vnuſquiſq. centuriæ curam habent, & ab ea nunquam recedunt, ipſamq. quocunq. pergat præcedunt. Imperator vero qui omnibus munus præſcribere debet, nequaquam in vno loco conſiſtit, ſed omnia luſtrat; modo in primo agmine verſatur, quid ipſi faciendum eſt edicens, modo vero in poſtremo agmine, quandoq. in medio; ſæpe cum equitibus, aliquando impedimenta inuiſet, deniq. irrequieto labore cum omnibus conuerſatur, vt omnes dirigat, & quid vnicuiq. faciendum eſt præſcribat. Ita dę Saluatore & alijs, qui ipſum præceſſerunt dicere poſſumus. Nam Chriſtus ſupremus erat omnium fidelium dux, alij vero particulares ſicut Ioannes; & ideo in deſerto ſeueriſsimæ vitæ auſteritatem ferens

com-



commorabatur. Saluator vero omnibus officia diſtribuere debebat, & cuiuſq. ſtatus homines ad beatitudinem dirigere; & ideo mediocrẽ oportuit ipſũ vitã agere, & cũ omnibus conuerſari. Si ergo Hieroſolimytę magna quæ Ioannes operabatur, nõ ſui ſed Chriſti gratia fieri cognouiſſent, & Chriſtum mediocritatem conuictus noſtri gratia, quibus legem daturus erat habuiſſe, nequaquã ad Ioannem legatos, ſed ad Chriſtũ miſiſſent, cuius Ioannes erat miniſter. Sed iã illorũ mẽtes liuor inuaſerat, odioq. Saluatorẽ proſequebãtur, qui ſuos mores inſectabatur. Ea propter legatos ad Ioãnẽ miſerũt, nõ quod eũ Meſsiã crederẽt, qui neq. in Bethleẽ, neq. de virgine natus erat; ſed quia eo magis qnã Chriſto delectabãtur. Propter quod ipſis Saluator dicebat. Voluiſtis ad horã exultare ad lucẽ eius. Ac ſi diceret quanuis Ioannes lucerna eſſet tam inſignis, vos tamen ad breue tempus ad lumen eius exultare voluiſtis, quia eius vobis prædicatio ad horam magis quam mea placuit, & ideo ad ipſum legatos miſiſtis.

Miſerunt ab Hieroſolymis

Huc vſq. hominum peruerſitas peruenire potuit, vt Deũ pro libidine & ſua voluntate ſibi eligerent. Deteſtandum profecto facimus, longeq. atrox. Huiuſmodi ſunt hęretici, qui talẽ ſibi Chriſtũ fingũt qualẽ ipſi volũt, talẽq. ſibi Eccleſiã faciũt, quæ ſuo genio ſuiſq. moribus reſpõdeat, & quæ ſacroſanctis patrũ decretis, & Chriſti veri ſanctionibus cõtradicat.

mile

Et quemadmodũ turpis meretrix pretioſis veſtibus, auro & margoritis ornatur, vt ſuã turpitudinẽ tegat; Ita hæretici Eccleſiã adulterinã quã fingunt, immo potius Synagogã ſatanæ, Sacrę Scripturæ autoritatibus, a vero & catholico ſenſu detortis eã ornare ſtudent, quo ſuos mores, fœdãque turpitudinẽ abſcõdant, quaſi pretioſis; Scripturæ veſtibus & gẽmis. Sed (vt hæreticos omittamus) cũ ingenium mũdi idẽ vbiq. locorũ perſiſtat, in numera ſcelera quę nobis

H indies

indies noua videbuntur parturiet. Multos nãmq. etiã modo
prolibidine Deum eligentes cernimus, qui talem Deum vo
lũt, quales ipſi ſunt. Nonulli Deũ ſiae juſtitia, quo illorũ ani
mũ in peccatis obfirmatũ diſsimulet, volũt. Alij ignorãtẽ vel
lent, ne vſuras, adulteria, & alia infanda cognoſcat. Sed quid
de his qui iniquas leges introducunt ſuæ potius auaritiæ,
quam proximorum vtilitati cõuenientes? Deniq. vnuſquiſq.
4. Re. ſuo genioſimilẽ Deũ vellet ſicut dicitur 4. Rę. 17. Vnaquęq.
17. gẽs fabricata eſt Deũ ſuum. Abſente Moſe hebręorũ popu
Exo. lus ſibi Deum fabricauit, conceſsis ad id nephas ſuis fortu-
nis; ita multi tales ſibi Deos fabricant quales ipſi ſunt, qui-
bus cultum quaſi dijs dant. Ioannes vero talem ſibi hono-
rem deferentibus, hirtas excuſsit animi ſetas, ipſis pilis ca-
melorum quibus exterius erat indutus, multo aſperiores, in
Cõfeſ dignatus talia de ſe mundum ſentire quæ apertam impieta-
ſus eſt tẽ ſaperẽt. Negando vero affirmat & cõfitetur, ſi vero affir
& non maſſet negaſſet, ideo Euãgeliſta negationẽ eius cõfeſ ionẽ
nega- vocat, & negationem eſſe negat; Quia negãdo ſe eſſe Chri-
uit. ſtũ cõfeſſus eſt Chriſtũ. Voce eius dicebat Iob. Si vidi ſolẽ
Iob. 31. cũ fulgeret; & lunã incedẽtẽ clare, & lætatũ eſt in abſcondi
to cor meũ, & oſculatus ſum manum meam, quæ eſt iniqui-
tas maxima & ab negatio cõtra Deũ altiſsimũ. Sol fulget
cũ fauor mundanus nobis veluti blandiendo aplaudit, lu-
na incedit clare quando gloria mundana nobis fauet. Tunc
ergo minime lætari debemus, & in noſtris nobis operibus
complacere, quod eſt manus noſtras deoſculari; hoc enim
eſt iniquitas maxima. Eſt enim a Deo ſubtrahere, quod
ſibi debetur, ſcilicet honorem quem ſibi Deus, reſeruat.
Gene. Propterea Ioſeph noluit cum ægiptia congrẽdi, immo
39. conſtanter eam a ſe repellebat, quia omnibus ſibi a do-
mino ſuo traditis, eam ſibi (vt par erat) reſeruauerat.
Sic debitum Deo honorem vſurpare impium eſt. Ea prop
ter,



ter Ioannes diuinos honores depulit, neguando ſe eſſe
Chriſtum. Sed eius modeſtiam ſpectare licet, qui nec
tantillum gloriæ ex tanta comparatione ſuſcepit; immo
Heliam & Prophetam ſe eſſe negauit, cum liquido poſſet
aſſerere. Ezechias nuntiis regis Babilonis omnia, quæ ha- 4. Re.
beat in domo ſua, oſtentauit propterea iuſto Dei iudicio 20.
amiſit omnia. Iſti qui ad Ioannem miſsi ſunt, nuntij e-
rant Babiloniæ; & proptera ipſis cuncta veluti ſeris obſ
truxit, ne anſam illis hallucinandi daret. Id etiam effecit,
quo ſe anguſtaret, & demitteret; vt Chriſti maieſtatem e-
leuaret. Propterea quanuis ſe Heliam profiteri poterat de
quo Saluator. Si vultis recipere ipſe eſt Helias Matthe. 11. & Matt.
Prophetã ſe etiã dicere poterat, qui pluſquã Propheta e- .11
rat, ſed vt diximꝰ quo ſe magis demitteret, tria de quibus in
terrogatus fuit negauit. Ter Ioãnes Euangeliſta de diuino
verbo dicit, erat. In principio erat verbũ, & verbum erat a
pud Deũ, & Deus erat verbũ; Ter Ioannes Baptiſta deſe di Non
cit, nõ ſum; Quaſi dicat. Illud verbum erat in principio quia ſum
Deo coęternũ, erat apud Deũ quia diſtinctũ in perſona, e- ego
rat Deus, propter vnitatẽ eſſentię; Ipſe vero ter nõ ſũ quia Chri-
nec Chriſti dignitatẽ, nec Helię virtutẽ, nec Prophetę ſa- ſtus.
piẽtiã habeo: Preterquam quod nec Helias in perſona, nec
proprie Propheta ſũ; quia nõ futura ſicut alij, ſed preſentẽ
Chriſtũ oſtẽdi, in cuius cõparatione ipſe nihil ſum. Sic Eſa Eſa. 40
ias dicebat. Omnes gẽtes ſic ſunt, quaſi nõ ſint coram eo, &
quaſi nihilum & inane reputatę ſunt ei. Cum oculos a ſolis ſimili
ſplendore ad alia ſub oſcura deflectimus, nihil videre poſ- tudo.
ſumus; Ita ſi mẽtis oculos a Deo ad homines deflectas quaſi
nõ ſint & inane quodã reputabũtur. Talẽ ſe Ioannes reſpe
ctu Chriſti fatebatur. Quod quidẽ expreſsius, cũ obdurata
fronte importunius eum Phariſæi interrogauerunt, decla-
rauit, ſe vocem appellans Vox enim inane quoddam & Ego
H 2 aereum vox.

aereum nempe ſonus eſt, quæ quanuis præcedat verbũ, pro
lato tamen verbo, & quaſi ad audientium aures delato, pro
tinus euaneſcit. Talis Ioannes fuit erga Dei verbum incar-
natum; nam ipſum præceſsit, monſtrauit, prædicauit, & ve-
luti ad aures hominum detulit; cum eum digito oſtendit,
ſed ipſe vt vox prolato verbo veluti euanuit, nam ab iniquiſ
ſimo Herode ſecuri percuſſus fuit. Chriſtum vero præſen-
tem demonſtrauit eius ſe vocem oſtendens. Cum enim ali
quem expectamus eius vocem audientes, ipſum aduenisſe
cognoſcimus. Ita Ioannes quaſi vox Chriſtum præſentem
indicabat. Vox vero & non habens vocem Ioannes dicitur,
quia totus Chriſtum prædicabat, ſcilicet voce, vita, & mori
bus. Nam omnia eius membra Saluatorem oſtendebant. Sic
nos non voce ſolum, ſed vita & moribus Chriſtum oſtende
re debemus, quem in baptiſmate induti ſumns, & ita ſecun-
dum eius legem vitam iuſtituere nos oportet, vt Chriſtum
vita noſtra oſtendat & prædicet, quilibetq. fidelis viuum
Chriſti Euangelium cenſeatur, & chriſtianorum mo-
res veluti libri eſſe deberent, in quibus infideles Chriſtum
noſtramq. legem perdiſcerent, vt vere de Chriſti populo il
Ba.3. lud Baruh. dici poſſet. Hic eſt liber mandatorum Dei. Si e-
nim ſecundum Euangelium vitam inſtituimns, vbi nam quę
1.Ti.4. ſo Chriſtus clarius apparebit? Ideo Paulus Timotheo dice
bat. Opus fac Euangeliſtę ac ſi dicat. Opus fac vt Euangeliũ
1.Ti.2. commonſtretur. Et alibi. Solicite cura te ipſum probabilẽ
Deo exhibere, operarium inconfuſibilem, recte tractantem
verbum veritatis. Quaſi dicat. Sic viue vt dignus ſis Dei
approbatione interius, exteriuſq. ſine cõfuſione vitam inſti
tue, rite verbum Dei adminiſtrando, vt ſcilicet in tuis mori
bus verbũ Dei ſplendeat. Ideo Ioannes totus erat vox. Nos
vero non toti voces vt Ioannes, ſed totaliter voces ſumus,
quia nil præter voces habemus, Chriſtum enim voce ſolem
& non



& non operibus oſtendimus. In orationibus quidem voces
ſumus, quia ſine attentione & mentis deſiderio oramus, ſo-
lis vocibus perſtrepentes. In aduerſitatibus impatiẽter que
relas emittentes. Nõnulli etiam in confeſsionibus cũ a pec
catis expiantur voces ſunt, quia multa promittunt. In amici
cijs etiam verbis tantum vti ſolent, ad alios alliciendos. Cir
ca conciones etiam verba ſunt, quam belle (dicentes) con-
cionatus eſt, cum opere nihil compleant: obſecro vel præ-
dicat tibi vel ſibi? ſi ſibi prædicat ſtipendium profecto ei le
ue concedis, ſi tibi quare non vitam tuam illius verbis accõ
modas? Dolendum vero eſt chriſtianos ita viuere, vt infide
les viſis eorum moribus, noſtram religionem deteſtentur.
Quibus dicebat Paulus. Qui gloriaris in lege per pręuarica Rom. 2.
tionẽ legis Deum inhonoras, nomen enim Dei per vos blaſ-
phematur inter gẽtes. Multi ſiquidem ita peruerſe viuunt,
vt infideles prauis eorum moribus moti, Deũ bleſphement
ſic Petrus cũ de pſeudo prophetis loqueretur dicebat. Mul- 2.pe.2.
ti ſequẽtur illorũ luxurias per quos via veritatis blaſphema
bitur. Non ſic Ioannes qui totus Chriſtũ prędicabat, quia
vox erat Chriſti per ipſum clamantis vt aliqui interprætan
tur. Sed melius Hebræorum more vox clamantis, id eſt vox
clamans. Clamabat vero non Iudæis tantum, quibus Chriſ-
tum oſtendebat, ſed nobis etiam inclamat. Sicut Eſaias dice Eſa.30.
bat. Aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis; Hæc
eſt via ambulate in ea, & non declinetis neq. ad dexteram Dirigite viã domini.
neq. ad ſiniſtram, Ac ſi diceret aures veſtræ illius vocẽ qui
tot retro annis clamabat, audient quaſi poſt tergum; Quæ
quidem vox admonet viæ dicens. Hæc eſt via ſcilicet man-
datorum Dei, ſicut Dauid dicebat. Viam mãdatorum tuorũ
cucurri. Hac nobis via incedendum eſt, ſcilicet vt nec per
proſpera mundi ambulãtes eam deſeramus, nec per aduerſa;
ita vt nec dilitijs allecti, aut tribulationibus pulſati, quod re

 ctum

Job.31. ctum eſt abijciamus. Propterea Iob dicebat de ſe. Si declina
uit pes meus a via & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meũ. Qui
bus verbis inſinuare videtur, ſe viam Dei non deſeruiſſe, vt
appetitui & mundi Delitijs obtemperaret, quia oculus ra-
tionis rectæ, deſi deria cordis minime ſecutus eſt. Sicut non
Oſee. 4. nulli faciunt de quibus Oſeas dicebat. Sicut vacca laſciuiens
declinauit Iſrael. Quaſi diceret Effrenes impetus viam Dei
1. Tim. 5. eam deſerere fecerunt. Propterea Paulus dicebat. Teſtor
coram Deo & Chriſto Ieſu & Angelis eius, vt hæc cuſto-
dias ſine præiudicio, nihil faciens in alterutram partem de-
clinando. Quibus verbis Paulus Timotheum hortatur, vt
illa quæ ipſe præſens docuerat, ſine ſcandalo & præiudicio
populi cuſtudiret, nihilq. efficeret a via Dei declinando in
alterutram partem, videlicet odio vel amore diſtractus, ſed
recta in Deum procederet. Et nos ſimiliter, ſi obliquis itine
ribus deuiauimus ad viam reuerſi, ipſos ad Deum diriga-
mus, Sic enim viam Dei ad nos etiam dirigimus. Propterea
Hie.31 Hieremias dicebat. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amari-
tudines, dirige cor tuum in viam rectam in qua ambula-
ſti, reuertere virgo Iſrael ad ciuitates tuas; vſquæquo de
litijs diſſolueris filia vaga? Quibus verbis (vt gloſa exponit)
Propheta ad pœnitentiam prouocat, qua homines ad priſti-
nã gratiã reuertuntur. Ait ergo ſtatue tibi ſpeculam, id eſt
arcem tibi contemplationes fac, ex qua quæ longe diſtant,
contemplare poteris, ſcilicet mortem, iudiciũ, infernum;
Aſſume etiam pænitentiæ amaritudines ex animo indolen-
do, poſt peccati dulcedinẽ, conſiderans atrociſsimas damna-
torum pænas, & cor tuũ, quod vagis voluptatibus obliq. de
uiauit, ad Deum verte, & ad rectiſsimã eius viam, in qua an
te peccatum commiſſum ambulaſti; reuertere ergo vir-
go Iſrael, id eſt in baptiſmate deſponſata, vt Deum vide-
res, ad ciuitates tuas videlicet militantem & triumphan-
tem,



tem; quouſq. tandem effrenes impetus ſecuta, & perdi-
tiſsimis delitijs dedita, ſcilicet adulterijs, ludis, lenoci-
nijs & compotationibus, diſſolute extra viam auiis itine-
neribus vagaris? Multi enim huiuſmodi ſunt, qui vitiis
dediti, oblique extra mandatorum Dei viam incedunt:
talibus etiam Hieremias dicebat (vt Cyrillus ſuper hoc Hiere. 6.
loco adducit) State in via & querite vias Domini ſempi
ternas, & videte, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & Cyrillus.
inuenietis purificationem animarum veſtrarum. Quaſi di
car; Perſiſtite fixo pede in via Dei nec faciliter vos tenta-
tio ab ea dimoueat, & inquirite ex ſcripturis, & prædica-
toribus vias Dei, antiquas, quas eius amici calcarunt; Inuen
ta vero via Dei quæ bona vtiq. eſt, ad ſupremum bonũ du-
cens, ambulate in ea & inuenietis purificationẽ, id eſt mundi
tiam animabus veſtris. Pura & munda eſt Dei via & ita ani Ego
mas veſtras purificabit. Hanc munditiam ſuo Ioannes bap- baptizo in a
tiſmate ſignificabat, nam corpora abluendo, verã a Chriſto qua.
purgationem peccatorũ faciendam inſinuabat, ſicut ipſe ob
iurgantibus Phariſæis expoſuit. Nam legati veluti rugata
fronte Ioannẽ reprehẽdere ceperunt dicentes. Vt quid tibi
ſine Sacerdotũ conſenſu, ius baptizandi populum aſſumis?
cũ autoritatẽ iſtã neq. a Deo, neq. a Sacerdotibus habeas, quo
rum iuriſdictionem tuis nouis ritibus non obſcuras tantum,
ſed conuellis? Quibus Ioannes reſpondit, ſe in aqua tantum
abluere: Quaſi dicat. Meus baptiſmus talis eſt, qualis mea
doctrina, & prędicatio. Nã quemadmodũ prędicatio mea tã
tũ animos veſtros pręparat Euangelicę Philoſophicæ; ita
baptiſmus meus, qui aqua tãtũ cõſtat, nõ abluit ſordes m̃etiũ,
ſed vt quædã veri baptiſmi imago pręparat rudes, vt capa
ces ſint illius baptiſmi, quo Meſsias per ſpiritũ ſanctũ abluet
illorũ omnium ſordes; qui ipſius cœleſti doctrinę credide-
rint, Et is quidem minime longe eſt, ſed medius veſtrum
ſtetit,

[library stamp]

ſtetit, quem vos neſcitis; Quibus verbis eius diuinitatē declarat, quæ omnibus præſens eſt. Et etiam mediatorem eſſe inter Deum & homines. Vel iuxta omnes eſſe ad omnium vtilitatem, non ſecus ac lignum vitæ in medio Paradiſi. Nō eſt ergo quod homines conquerantur longe eſſe, quia medius ſtat. Vel propterea dicitur, medius veſtrum ſtetit, quia vobiſcum veluti conuerſari voluit, nam (vt diximus) communem vitam agebat. Debebat enim teſtimonium perhibere veritati, cuius gratia venerat, & vt facilem ad ſe hominibus acceſſum præberet. Et quia hominum infirmitatibus medelam tribuere debebat, in medio ipſorum ſtetit. Sed Iudæi minime ipſum agnoſcebant, ſua malicia ipſos excecante. Ioannes autem ita eius celſitudinem cognoſcebat, vt indignum ſe iudicaret, vel minimum ei obſequium exhibere, quem ante ſe ab æterno genitum cognoſcebat, & poſt ſe venturum dicebat. Ipſi ergo Ioannes vt via dirigeretur clamabat. Hoc autem fit per pœnitentiam. Cum enim cor ad Chriſtum conuertimus, ex animo indolentes, quod ab ipſo auerſum fuerat, tunc ad ipſum viam dirigimus. Hoc Dauid petebat, ſpiritum (dicens) rectū in noua in viſceribus meis: Quaſi dicat concede mihi veram pœnitentiam innouando in me ſpiritum rectum, id eſt qui ad Deum dirigatur rectitudine. Qua profecto via ipſe ad nos veniet ſicut Eccleſiaſtici ca. 4. dicitur. Firmabit illum, & iter ducet directum ad illum, & lætificabit illum. Quaſi dicat firmabit illum in bono per conſtantiam, & recto itinere ad illum perget, & lætificabit illum gratiā & gloriam largiendo.

Medius veſtrum ſtetit.

Pſal.

Ecc. 4

PARA-



## ¶ PARATE VIAM DOMINI rectas facite ſemitas eius, omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Luce. 3.

Hæc parabolica ſententia (cuius gratia totū Euangeliū expoſuimus) clara eſt, nihil enim āplius Eſaias inſinuare voluit quā quod homines corda ad Deū recipiendū præpararēt. Quomodo vero hoc fiat Metaphorice explicatur cum dicitur. Omnis vallis implebitur &c. Per quas parabolas ſignificatur debere homines omnem vitiorum deformitatem tollere. Cum enim venturo Regi via paratur, multa tellure completæ valles aſſurgunt, montiumq. cacumina deprimuntur, & obliquæ viæ ad rectiſsimam normam deducuntur, & aſpera complanantur. Nec eſt quod ſecundū hanc interpretationem alia curioſius perquirantur ad literam intelligendam. Quanuis concionatorum gratia, quid per valleas & montes & alia ſignificentur late ſit a nobis explicatum.

### CONCIO.

NE mundus indies ſuperbiens gloriaretur ſuæ magnitudinis, aut ſanctitatis gratia Dei filium hominē factum, cœleſtis vitæ theſauros aperuiſſe, Lucas Euangeliſta, ante quam Chriſti res geſtas, tribus vltimis ſuæ peregrinationis annis recenſeret, ſtatum mundi depinxit. Qui ſuorum regum vt plurimum religiones ſecutus, vel ad

 virtu-

virtutem mores inſtituere,vel teterrimis vitijs ſuccumbe-
re conſueuit.Iudaici vero regni formam , proprijs colori
bus expreſſam,temporũ particulas,Principumq.nomina, &
Sacerdotum,ad incorruptæ veritatis argumentũ cõmemo
Dani. rãdo deſcripſit. Propheta Daniél ſe vidiſſe quartã beſtiã ait,
7. terribilem,& mirabilem & forté nimis;dentes habebat fer
reos,quibus quædam comedebat,quędã cõminuebat,& reli
qua pedibus conculcabat: ( Et ſubinde ait ) aſpiciebam,&
ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat , & vſ-
que ad antiquum dierum peruenit, qui poteſtatem & reg
num dedit ei , & omnes populi tribus & linguæ ſeruient
Anno ei ; Poteſtas eius , poteſtas æterna &c . Quidnam quæſo
quin- hac beſtia niſi Romanus populus ſignificatur ? Mirabilis
todeci profecto , & terribilis, qui totum pene orbem commi -
mo. nuit & conculcauit , dentes ferreos habebat ſcilicet exer
citus,quos in diuerſas prouintias ducens , obuios quoſque
proterebat . Hæc beſtia iudaicum po pulum mordicus ar-
reptum,conuulſum & dilaceratum,in quatuor Tetrarchias
diſcerpſit,quarum vnam ſcilicet Iudæum Pilatus. Galilæam
vero Herodes, Ituræam autem & totã Traconitidem Phi
lippus,& Liſania Abilinam gubernabant . Sacerdotium e-
tiam auara huius beſtiæ famę diuenditum duo monſtra Ge
ner & Socer , Annas videlicet & Cayphas iniquiſsime ad
miniſtrabant.Taliter igitur hac beſtia ſæuientæ apparuit fi
lius Dei homo factus , cuius virtutes,ad nubes,immo,ſupra
nubes ipſum eleuarunt . Cui antiquus dierum ſcilicet pa-
ter omnem in cælo & in terra poteſtatem dedit, vt ei om
Gene. nes genu flectãt,ipſumq.Regem ac Deum adorent.Pharao
41. Rex,Ioſeph dominum Aegipti & gubernatorem cõſtitués,
ante ipſum curru vectum,præconem ire iuſsit, qui cunctis e
diceret,vt ipſi genu flecterẽt,quaſi domino & Saluatori mũ
di.Ita pater poteſtatem & dominiũ Chriſto concedẽs,Ioã-





nem Baptiſtam quaſi præconem ante eũ miſit,qui omnibus
ediceret,vt ipſum tanquã Meſsiã cognoſcẽtes,Deũ ac Redẽ
ptoré mundi ſalutarent. Et quemadmodũ præco non ſuum,
ſed Regis edictũ ebuccinabat;ita Ioannes Baptiſta nõ ſuum
ſed quod Deus ipſi inſpirauerat verbũ , de Chriſto prædica
bat.Sic de ſe Hieremias dicebat ca.49.Auditũ audiui a Do- Hiere.
mino & legatum ad gentes miſit me. Prius etiam Ioannes 49.
verbum prædicationis a Deo audiuit,& poſtea Legatus de Factũ
ſtinatus eſt,vt homines ad Chriſtũ recipiẽdũ diſponeret.Sic eſt ver
etiã Iob 4.dicitur .Ad me factũ eſt verbũ abſcõditũ,& quaſi bum
furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius. Ad prędicato- domi-
res verbũ fit abſcõditũ,cũ ipſis Deus verba prædicationis in ni. Iob.4.
ſpirat,&quia quãdoq.nõ clare percipiũtur,propterea addit,
& quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius; Quaſi
dicat.Nõ clare quãdoq;ſed furtiue ſuſurriũ inſpirationis dei,
per ſuę miſericordię venas accepi.Hinc tota prędicatorũ dig
nitatis altitudo cõſurgit;quia verba ſibi a Deo inſpirata qua
ſi eius legati prædicant . Et ita verba prędicatorum acci-
pi debẽt, quaſi ab ipſo Deo dimanantia. Ideo dicebat Pau-
lus 2.The.2. Gratias agimus Deo ſine intermiſsione,quia cũ
accepiſſetis verbũ a nobis,non vt verbum hominum accepiſ 2.The.
tis , ſed vt vere eſt verbum Dei . Quibus verbis Apoſto- 2.
lus immortales Deo gratias agit,quia Theſſalonicenſes ver
ba quæ ipſis predicauit, nõ quaſi ſua eſſent , ſed quaſi ſibi a
Deo inſpirata audientes acceperunt,non aliter quã ſi ipſius
Dei eſſent.Ideo tale verbũ in ipſis operabatur.In illis vero
qui qualitates potius prædicatorũ quã ipſum verbũ aſpici-
ũt,raro verbũ Dei fructificat,Cũ igitur Deus verbũ inſpiret
quaſi ab ipſo dimanãs accipiẽdũ eſt:Propterea dicebat Deꝰ
Iob.38.Quis poſuit in viſceribꝰ hominis ſapiẽtiã Quaſi dicat Iob.38
niſi ego. Deus enim in prædicatorũ viſceribus , ſcilicet ani
ma,ſapiẽtiã qua proximos inſtituit ponit. Propterea Deus

Ezechieli volumén ad comedendũ tradens dicebat. Fili ho
Ezech. minis venter tuus comedet,& viſcera tua replebũtur volu-
3. mine iſto. Quo deuorato dixit illi. Vade ad domũ Iſrael, &
loqueris. Quid per volumen niſi diuina verba ſacris volumi
nibus cõtenta ſignificãtur? quibus prædicatorũ viſcera im-
plentur, cũ ea ipſis Deus ad prædicandũ inſpirat, vel cũ Dei
inſtinctu in ſcholis diſcũt; Prædicatorũ enim mentes verbo
Dei ſaginari oportet. Ad hũc ergo modũ verbo Dei prædi-
catores repleti, nequaquã otio vacare debent, ſed Deo obe
ſimile dire, qui illis ſicut Ezechieli dicit, vt vadãt & loquãtur, Que
madmodũ enim ferrũ vſu & exercitatione ſplendeſcit; diu
turno autẽ ſitu ſqualet, & rubigine paulatim exeditur atq. cõ
ſicitur; Ita diuini verbi gladius in prędicatorũ mẽte, per prę
dicationẽ acuitur, otio vero hebeſcit & quaſi ſqualore ob-
Apo. ducto corrũpitur. Ideo Apo. vltimo dicitur. Qui audit dicat
vltimo veni, ſcilicet qui accipit a Deo dicat alijs, veni, eos ad ipſum
Actuu. vocãdo. Sic Paulus dicebat Actuũ 20. Nõ ſubterfugi quomi
20. nus annũtiarẽ vobis omne cõſiliũ Dei. Multi enim ſubterfu
giũt, a cõcionibus & reprehẽſionibus abſtinẽtes, ne audito-
Hiere. ribus ſint ingrati. De his Hieremias dicebat. Maledictus qui
48. prohibet gladiũ ſuũ a ſãguine. Ac ſi dicat. Nullus niſi male
dictus, detinet gladiũ verbi Dei, ne ſanguinẽ per repręhen
ſionẽ populos per charitatẽ vulnerãdo eliciat, vt pote aua-
ros, ſuperbos, fornicarios, gladio verbi Dei feriẽdo. Propte
1.Co.9. rea etiã dicebat Paulus. Si euãgelizauero nõ eſt mihi gloria,
neceſsitas enim mihi incũbit, væ enim mihi ſi nõ euãgeliza
uero. Quibus verbis Paulus oſtẽdit nullã ſibi gloriã ex præ
dicatione aduenire ſed Deo cuius verba prædicabat, quia ip
ſi neceſſario obedire tenebatur. Verũ quis poſſet verbis ex
plicare Pauli laborẽ in promulgãdo Euãgelio? Ipſe de ſe di
Rom. cebat ad Ro. 15. Nõ audeo loqui aliquid eorũ, quę per me nõ
15. effecit Chriſtus, in obedientiã gẽtiũ in verbis & factis in vir
tute



tute ſignorũ, & prodigiorũ, in virtute ſpiritus ſancti, ita vt
ab Hieruſalẽ per circuitũ, vſq. ad illyricũ repleuerim Euãge
liũ Chriſti. Quaſi dicat (vt Theophilatus exponit.) Nihil Theo-
glorior neq. vt iactabũdus & inſolẽs prędico, quę ipſe non phila.
geſſerim, quia quęcũq. effeci, a me quaſi ab organo proceſſe
rũt, cũ Deus illa per me effecerit, ſcilicet gẽtes ad obediẽtiã
Euãgelij vocãdo, multis ſignis & prodigijs, quę nõ Dęmonũ
opera, ſed virtute Dei patrata ſunt; talẽ vero ſolicitudinẽ in
promulgãdo Euãgelio habui, vt ab Hieruſalẽ vſq. ad illyri Et ve-
cũ prędicauerim; nõ recta ſolũ, ſed per circuitũ etiã multos nit in
effecerim diſcipulos. Id etiã Ioãnes Baptiſta effecit qui cum omnẽ
in deſerto verbum accepiſſet a Deo, ciuitates omnes ad ripas regio-
Iordanis ſitas prædicando percurrit. Propterea namq. ipſi nẽ Ior
immo prædicatoribus omnibus verba Dei credita ſunt, vt danis.
ea prædicando vitam abſoluant; Ob id Paulus diſcipulis di
cebat actuũ 20. Vos ſcitis a prima die qua ingreſſus ſum vo Actuu.
biſcum qualiter per omne tempus fuerim conuerſatus, quo 20.
modo nihil ſubtraxerim vobis vtilium, quominus annuntia
rem vobis; & docerem vos publice, & per domos teſtificãs
Iudæis atq. gentilibus, in Deum pænitentiam & fidem. Ec-
ce qualiter Paulus laborioſum prædicationis munus exer-
cens conuerſabatur; Quia id effecit a prima die vſq. ad nouiſ
ſimam, & per omne tempus, & nũquam a ſuis diſcipulis ſub
traxit verbum, quinimmo publice in ſuggeſtu, & per do-
mos peculiariter, cum ſe ſe occaſio offerebat, tã Iudæis quã
Gentilibus prędicabat fidem, & pænitentiam qua ad Deum
conuerterentur. Id ipſum & Ioannes prouintialibus regio- Baptiſ
nis circa Iordanem prædicabat, ſcilicet fidem in Chriſtum, mum
& animarum purificationem per Baptiſmum pænitentiæ. pænitẽ
Hæc etiam a nobis prædicanda ſunt ſcilicet pænitentia, & tiæ.
peccatorum per ipſam remiſsio: Iſta enim vtiliora ſunt, nõ
autem inutiles quæſtiones, & diſsidentes inter ſe doctorum
 ſenten-

ſententias inutiliter ebuccinare,ſed ea potius quibus pecca-
2.Ti.2. tores a prauis operibus ad virtutum exercicia reuocentur.
Sic Paulus dicebat.Seruum Dei non oportet litigioſum eſ-
ſe,ſed manſuetum ad omnes, docibilem, patientem, cum
modeſtia corripientem eos;qui reſiſtunt veritati;nequando
det eis Deus pęnitentiam, ad congoſcendam veritatem,&
reſipiſcant a diaboli laqueis , a quibus captiui tenentur ad
ipſius voluntatem. Quaſi dicat ,Seruus Dei patienter doce
re , & corripere cum modeſtia debet eos, qui peccati con-
ſuetudine,non ſolum veritatem non audiunt , ſed moribus
D.Tho ipſi reſiſtunt;nequando hoc eſt vt aliquando (ſecũdum D.
Tho.)vel ſi forte(vt Theophilatus exponit)det illis Deus
Theo- pęnitentiam vt ſe ipſos cognoſcentes,quaſi excitati liberen
phila- tur a diaboli Laqueis, a quo captiui tenentur.Iſta ſunt igi-
tus; tur populis annuntianda.Sicut Hieremias prędicabat . La
Hiere. ua a malitia cor tuum Hieruſalem vt ſalua ſis, quouſq. mo-
4. rabuntur in te cogitationes noxiæ? Vox enim annũtiantis a
Vox Dan Quaſi dicat.Terge peccatorũ ſordes per pænitẽtiã vt
clamã ſalua ſis anima,ne pereas: Quouſq.per obſtinationẽ morabũ
tis. tur cogitationes noxię Auaritię Luxurię,Ire?repelle ergo
eas,nã vox eſt annũtiãtis a Dã id eſt de iuditio(vt interpręta-
Hiero tatur Hierony.)Atſi diceret.Terreat te vox annũtiãtis de iu
nym⁹. ditio.Talis erat Ioãnes in deſerto,quãdo dicebat Phariſęis.
Quis demõſtrauit vobis fugere a vẽtura ira? Facite ergo fru
ctos dignos pęnitẽtia.Iſta Ioãnes vt vox clamabat. Sic etiã
cõcionatores in hoc mũdi deſerto clamare debẽt feruore po⁹
interiori , quam exteriori reboatu , hominibuſq. timorem
incutere,vt pænitentes,& a peccatis expiati Deũ admittãt.
Quemadmodum cum venatum nobiles proficiſcuntur ,
Simili Quoſdam certis in locis diſponunt vt a cubilibus ſurgen-
tudo. tes feras & fugientes expectent ; alios vero diſtinctis in
locis conſtitutos clamare faciunt , & perſtrepere ; vt ipſas
feras



feras perterrefaciant , & ſic videas Apros , Ceruos , Le-
pores , Vrſos territos ipſos Canibus perſequentibus fu-
gientes, in illos incidere, qui ſuis in locis diſpoſiti eas ex-
pectant . Ad eundem modum in Ciuitatibus multos vi-
deas pluſquam ferinis moribus præditos , Leones ſuper-
bia, Apros luxuria, Tygres crudelitate, Lepores puſillani
mitate, Vulpes aſtutia, Lupos rapacitate ſuperãtes. Ad hos
capiendos Deus ita venationem diſponit; vt multos vita
& literis præſtantes ; in diuerſis cænobijs & Eccleſijs
habeat,qui peccatores expectant. Prædicatorum vero mu-
nus eſt,feruidis vocibus iudicium , mortem & infernum
comminantibus (veluti venatores faciunt ) in deſerto cla-
mare ; vt territi peccatores ; a cubilibus peccatorum in
quibus tot annis iacuerunt ſurgant . Vtinam Leones qui
tumidiſsime in ſubditos imperium exercent, & Lupi qui
vſuris multos ad inopiam perduxerunt; Et Vulpes ſimula-
tores,& Apri qui luxurijs prata omnia compleuerunt, &
Tygres homicidijs & crudelitate infames , perterrefacti
prædicatorum vocibus iram Dei comminantibus reſipiſ-
cerent , & ad expectantes in monaſterijs & cænobijs con-
feſſarios proficiſcerentur , per quos a peccatis expiati Deũ
reciperent. Eſaias propheta eodem ca.40.ait Quid clama- Eſa.40.
bo, Omnis caro fœnũ & omnis gloria eius vt flos fœni ? ex
ſiccatum eſt fœnum & decidit flos verbum autem domini
manet in æternum. Quibus verbis Eſaias hominibus iudicij
terrorem incutere videtur, vt pæniteant . Nam cum omnis
caro fœno comparetur, & hominum gloria flori, tandem ſi
cut fœnum areſcet. Clamare ergo iubetur hominibuſq. e-
dicere, ipſos tandem quaſi fœnum exſiccari & deſficere de-
bere. Sed verbũ domini quo iudicium infernum, & mortem
perpetuam interminatus eſt, in eternum permanebit. Nam
cum iudicij ſigna Saluator pronuntiaſſet dixit . Verba mea
non

nõ treſibunt. Quod vero pręter id Propheta inclamare iube
tur, illud eſt. Ecce Deus veſter Ecce dominus in fortitudine
veniet. His verbis prædicatores ſurdas peccatorum aures
Para- percutere debent clamantes Deum aduẽtare, Immo adeſſe
ſe viã. promptum ad eorum animas ingrediendum, ſi ipſi viã para
uerint impedimenta peccatorũ tollendo. Quę quidem para
bolicę explicantur. Quomadmodũ enim exterior via para-
tur, cum vel depreſſa complẽtur, vel cum alta cõplanantur,
& obliqua recta fiunt, & confragoſſa & aſpera purgantur.
Ita via Dei ad animam præparari debet inpedimenta tol-
Vallis lendo. Horum primum puſilanimitas eſt & animi depreſio
imple per demiſſas valles ſignificata. Sunt enim multi inuicti alio
bitur. quim roboris, & pręcellentis animi homines, quos nec arma
ti inimicorum cunei, aut diſploſa tormenta terrent, quibus
ſi aliquod virtutis opus proponas ſicut ieiunium, orationẽ,
peccatorum confeſsionem, aut huius modi aliquid, ſtatim a
nimo deiiciuntur, ipſum timidiſsime exhorreſcentes; & vi
debis ipſos, cum ſemel in anno (ita eccleſia compellente) a
peccatis expiari per confeſsionem volunt, ſemianimes & pe
Eſa.31. ne attonitos incedere more leporum. Hiſ dicebat Eſaias ca.
Pſal. 31. dicite puſillanimes confortamini &c. Et Dauid. Expecta
dominum viriliter age confortetur cor tuum & ſuſtine do-
minum. Quaſi dicat. Colloca in domino ſpem tuam, ſicut au
tea in rebus caducis collocaſti; & ſicut pro temporali, ita &
melius pro ęterno præmio viriliter operare, nec animo frã
garis, ſed confortetur cor tuum, & ſuſtine Deum aliquantu
lũ, qui tot ardua pro mũdo tentaſti. Sic etiã dicebat Paulus
Phi.4 ad Phi. 4. Ego didici in quibus ſum ſufficiẽs, eſſe, ſcio humi
liari, & ſcio abundare, ſcio ſaturari & eſurire, abũdare & pe
nuriam pati, omnia poſſum in eo qui me confortat. Quibus
Theo- verbis (vt Theophilatus exponit) oſtendit Paulus ex lon-
philat. ga conſuetudine, & exercitatione didiciſſe difficilia perpe





ti ſcilicet penuriam pati, humiliari & abundare etiam cum
modeſtia, Eapropter qui longa conſuetudine delitijs dediti
ſunt, iſta difficilia Iudicãt quę ſi experirẽtur ſicut Paulus, &
alij ſtudioſi viri, facilia inuenirent; Gratia enim Dei homi-
nes (vt ait Paulus) confortati omnia poterunt. Sanſon cum Iudi.
ad viſendam ſponſam proficiſceretur, in itinere in iubatũ .
leonem incidit, cuius occurſum quamuis inermis eſſet mi-
nime declinauit, ſed nudis manibus adortus belluæ fauces e
liſit & quaſi hædum diſcerpſit. Aliquot vero poſt dies ean
dem viam ad puellam remetiens, inuenit examen apum ni-
dificaſſe in leonis ore ſumptumq. fauũ deferens comedabat.
Cum tibi aliquod virtutis opus proponitur, quia non es aſ-
ſuefactus forſam leo videbitur. Nõ igitur illud exhorreſcas,
ſed viriliter exequere, & reperies gratiſsimam in ipſo dul-
cedinem. Propterea dicebat Dauit Guſtate & videte. Pſ.

Secundum viæ impedimantum ſuperbia eſt per montes Mons
ſignificata quæ complanari & humiliari debet. Solet e- humi-
nim ſuperbia multis ex cauſis irrepere, quandoq. quidem liabi-
ex diuitiis, multoties ex genere, ſæpe ex corporis ſpe- tur.
cie, nonumquã vero ex literis & virtutibus; ex quibus om-
nibus homines ſuperbire ſolent; Quo nihil inſanius eſſe po
teſt. Quid enim ſtultius quam de alienis bonis extolli? Nã
diuitiæ fortunæ bona dicũtur, & ita cõmutatis ſortibus mul
ti diuitiis affluentes paruo temporis interuallo pauperes e-
uaſerunt. Species corporis naturæ bonum eſt; Genus
voro progenitorum, Virtutes vero a gratia Dei procedũt
precipuę ſi meritorię ſũt. Quare ergo homines de his quaſi
de proprijs rebus ſuperbiunt? cum a Deo omnia. (ſi vt
theologi loquamur) procedant? His per Ezechielem Deus Ezech
dicebat ca. 19. Ecce ego ad te Draco magnę, qui cubas in me 19.
dio fluminum, & dicis: Meus eſt fluuius Ego feci me ipſum.
Quaſi dicat. Ecce ego ad te o ſuperbę, mecũ cõtendes, non

cum pupillis & viduis quos opprimis, non cum ſubditis qui bus impie dominaris; non cum pauperibus quos præ te con temnis; qui habitas in vanitatis flumine (ſicut Neptunus de pingitur cum tridenti) & dicis, ego feci me ipſum. Tales er go ſuperbi, debent elationem inanemq. faſtum deponere.

Eccle. 6. Quibus dicebat Eccleſiaſticus ca.6. Nō te extollas in cogita tione tua ſicut Taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtul titiā. Hos enim Deus ſępe elidere ſolet ſtultos eos oſtēden do, qui alios omnes ſicut tauri in plateatorue aſpiciūt, im- mo potentiæ cornibus impetunt. Oportet igitur tales ſu- perbiæ faſtum demittere ad viam Deo parandam.

Praua in directa. Tertium impedimētum quod viam deformare ſolet eſt obliquitas, per quam praua vſura intelligitur, quæ dirigi in rectum debet. Adeo enim homines auaritiæ ſuccum- bunt; vt nouas indies, & plane tortuoſas artes inueniāt, ſuis cambijs, vſuris, cautionibus, ſingraphis, & contractibus, vt noua etiam oporteat ob id volumina conſcribere, vt ab in

Exo. 14. ferno veluti extractis artibus occurramus. Exo. 14. dici- tur latronis percuſſorem noctu furantis, etiam ſi ipſum oc cidat, non culpari, ſed ſi interdiu latronem furantem oc- cidiſſet homo peccabat. Ex qua lege peius eſſe colligitur noctu quam die furari. Quidā interdiu furantur ſicut publi ci prædones, alij noctu ſcilicet vſurarij qui fictis contracti- bus, & ſimulatis mutuis proximos expilant, hi profecto pe- iores ſunt. Dirigi ergo debēt obliquos contractus, & vſura

Eſa. 58. rios reſcindēdo. Sicut Eſaiæ 58. dicitur. Diſſolue colligatio nes impietatis, ſolue faſciculos deprimētes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne opus diſrumpe. Quaſi dicat. Solue ſingraphas quibus proximū colligatū tenes, & faſcicu los ipſum deprimentes; quia quando non ſoluit maius onus imponis, dimitte liberos, quos cautionibus velut deuinctos retines, & diſrūpe onus quo proximū grauas, ſic apparebit





iuſtitia tua & obliqua diriges. Nonnulli vero cū cōfeſſarios aut alios Theologos interrogant, quanuis tortuoſiſsima ſint quę proponūt, ſuis fuccatis verborū circuitionibus dirigere volunt. Sicut qui ludo paruæ Sphæræ delectantur, quādoq. Similitudo. pilam emittentes ſi oblique volitat, ipſi corpus in torquēt, quaſi propterea ſphæra in rectum dirigenda ſit. Sic pleriq. damnatos contractus fuccatis verbis, & ad inuentis artibus dirigere contendunt, in caſſum certe niſi ad animarum ſua- rum pernitiem, cum effectæ vſurę, etiam palliatę obid pro bari nequaquā poſsint. Ideo dicebat ſapiēs Pro. 11. ſimplicitas Pro. 11. juſtorum diriget eos, ſupplantatio peruerſorum vaſtabit il los. Ac ſi dicat, Iuſti qui ſimpliciter & ſine dolo proximis mutuo dant recto itinere dirigentur; qui vero proximos ſupplantant dolis & vſuris, vaſtabuntur.

Quartum vię impedimētum Ira cenſeri debet, quę quidē Aſpera in vias planas per aſperitatem ſignificatur. Multos enim videas ita in ſuos fratres efferatos, vt vllis præcibus adduci non poſsint, ad in iurias condonandas. Hieremias ca.2. virgam & ollam ſuccē- Hiere. 2. ſam vidit. Olla ſuccenſa ira viri ebulliens eſt, iuxta quā vir- ga diuini iudicij vigilās adeſt, quia ni ira tua ſubſederit Dei iudicium non effugies. Ideo Eccleſiaſ. ca.28. dicitur. Memen Eccle. 28. to nouiſsimorū & deſine inimicari. Qui enim mortis, & iu dicij, & inferni, recordatur nequaquā cū proximis inimici- tias geret, Nā vt ipſe etiam Eccleſi. eodem ca ait Qui vindi cari vult, a domino accipiet vindictam, & peccata illius ſer- uans ſeruabit. De iracundis etiam dicebat Dauid. Contri Pſal. tio & in fælicitas in vijs eorum, & viam pacis non cog- nouerunt. Quia in via iracundi contritio eſt, qui totus angi tur & cruciatur vindictam ſitiens: eſt etiam infælicitas quia qui inimicicias fouent infælicisſimi iudicantur, vt pote inquieti ſemper, qui nec domi, nec foris, inimicos expaueſcē tes, ſine mordaci cura cōſiſtere poſſunt, & hoc patiūtur quia

viam pacis con cognouerunt. Multi hoc impedimento, venturo ad ſe Deo viam obſtruunt. Purgatur vero via vepres iracūdię radicitus euellēdo. Sicut dicebat Paulus ad Ephe. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Sed proximis reconciliamini. His quatuor impedimentis ſublatis, via ad Deum recipiendum & videndum expedita erit. Quod Paulus grauiſsimis profeſto verbis & ad propoſitum accōmodatis explicauit ad Hebre. ca. 12. dicens. Remiſſas manus & diſſoluta genua erigite, & rectos greſſus facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur, pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam ſine qua nemo videbit Deum. Quibus verbis Paulus prædicta viæ impedimēta tollere hortatur. In primis puſilanimitatem. Quaſi dicat. Si animo forſan depræſsi remiſſas manus ad virtutum exercicia habetis, & ad mundana promptas, ipſas erigite ad ardua pro Chriſto capeſſenda; Genuaq. ſoluta ad incedendum in via Dei confirmate; Si forte vero ſuperbia vel auaritia irrepſerint, & inique dominamini, vel proximos vſuris expilatis, facite rectos greſſus, ipſas peſsimas cautiones diſſoluendo, ne forte ceſpitando erretis; magis autem per humilitatem & eleemoſinam curemini. Iracundia ſi forte adſit, deferatur & pacem habere cum omnibus, injurias proximis condonando; Et ſanctimoniam id eſt puritatem (id enim ſāctitas ſignificat quia agyos ſine terra ſanctum & purum ſignificat) qui enim a cupiditatibus terrenis animum abrrumpunt, puri ſunt, & ſanctimoniam habent, ſine qua nemo videbit Deum. Qui vero ipſam habuerint Deum & Saluatorem videbunt. Sicut ipſe dicedat Matthæ. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt,

Ephe. 4. Hebre 12. Vide- bitom nis ca ro. Matt. 5.

SIMILE



# SIMILE EST REGNVM CAElorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. &c. Matthæ. 13.

ANTEQVAM literalem huius parabolæ ſenſum perſcrutemur operepretium erit, hanc ſententiam Simile eſt regnum cælorum, quæ toties a Chriſto repetitur explicare. In his ergo locutionibus regnum cælorum varia ſignificat, prout res quibus regnum cælorum comparatur, expetere videntur. Quandoq. enim Meſsiam ſignificat, quādoq. Deum patrem, aliquando vero doctrinam Euangelicā; ſępe etiam ſignificat eccleſiam, non vnquam fidem &c. Quoniam Regnū cælorum varia in ſe complectitur nempe regem ſuum, legem ſuam, & ciues. Cum ergo dicitur ſimile regnum cælorum alicui rei, intelligendum eſt quantum ad aliquid ſui. Itaq. ſi regnum cælorum dicitur ſimile grano ſinapis, vel fermento, eſt ratione alicuius rei quę in regno cælorum reperitur. Recenciores vero facilius ſe ab hac oratione expediunt, ſicut Cornelius Ianſenius vir eruditiſsimus qui ait. Rregnū cælorum alicui rei ſimilę dici, quia tale aliquid accidit in regno cælorum, quale de re cui aſsimilatur, narratur. Ad eum namq. modū loquitur Eſaias. Sicut Sodoma fuiſſemus & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus, quibus verbis nihil aliud inſinuare voluit, quam quod tale aliquid ipſis contigiſſet quale Sodomę &c. Eodem pacto Chriſtus loquebatur apud Marcum. Sic eſt regnum Dei, quemadmodū ſi homo iaciat ſementem in terram &c. Hęc expoſitio quanuis docta ſit tamen valde vniuerſalis eſt, nam ad huc inquirēdum reſtat, quod regnum cælorum ſit, in quo tale accidit

Eſa. 1. Marc. 4

 quale

quale de re cui aſsimilatur dicitur, nam non cuilibet aptari poteſt. Exempli gratia. Cum dicitur ſimile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen &c. Inquirendũ ad huc eſt peculiariter, quod ſit hoc regnum, non enim eſt beatitudo cæleſtis, quia ibi inimicus non ſeminat, neq. nomine regni cælorum doctrina Euangelica intelligitur, ægre enim quę in parabola referuntur ipſi aptari poſſent. Reccurrendum igitur eſt, ad patrum expoſitiones quibus explicatur, quid in particulari nomine regni cælorum intelligatur. Ex quibus omnibus conſtat, in hac oratione, nomine regni cælorum potius debere intelligi, id cui commodius quæ in parabola referuntur aptari poſſunt. Sicut in parabola de grano ſinapis, nomine regni cælorum doctrina Euangelica, vel fides intelligitur, quia ipſis aptiſsime quæ de grano ſinapis dicuntur accõmodari poſſunt. Similiter in hac parabola, nomine regni cælorum Eccleſia intelligitur, quia in ipſa quę in parabola referuntur accidere videmus. His pręfixis ad modum quem Ianſenius exponit dicere poſſumus, ſcilicet ſimile eſt regnum cælorum grano ſinapis, id eſt tale aliquid doctrinæ Euangelicæ, vel fidei accidit quale grano ſinapis. Et ſimile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen, id eſt tale quid accidit in Eccleſia per regnum cælorum ſignificata, quale cum homo ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Nunc ad inſtitutum redeamus.

Huius igitur parabolæ ſcopus eſt oſtendere in Eccleſia vſq. ad finem ſeculi, malos bonis eſſe permixtos, idq. cedit in commodum bonorum, quos Saluator conſolatur ne ſcandalizentur, cum malos bonis miſceri viderint. Monet etiam auditores, ne propterea ſecuros ſe eſſe exiſtiment quia in Eccleſia recepti ſunt, cum in ea praui etiam homines reperiantur. Regni ergo cęlorum nomine Eccleſia ſignificatur, quia exponens parabolam Saluator ait, tollent de regno e-

ius



ius omnia ſcandala. Nec huic expoſitioni obſtat quod Chriſtus ait. Ager eſt mundus, nam totum pro parte ſumpſit. In Eccleſia ergo Saluator per ſe vel per miniſtros Euangelij, quaſi in ſuo agro bonum ſemen id eſt electos ſeminat. Diabolus vero Dei & hominum inimicus, hominibus dormientibus, id eſt quęſito loco & tempore opportuno (ſuis enim inſidijs tempus aptum circumſpectat,) ſeminat Zizania, id eſt malos homines. Quibus ſeminatis abit quia latere maxime ſtudet. Et quanuis praui homines non ſtatim cognoſcantur, tamen apparent inter bonos ſuis ipſos operibus demonſtrantibus. Serui vero Dei præſertim miniſtri iuſtitiæ, eos quaſi Zizania eradicare vellent. Deus autem iubet ad tempus eos tolerare propter electos. Quibus verbis Saluator nequaquam prohibet hæreticos & fures & homicidas occidi; Sed ait malos in communi tolerandos; Nõ enim prohibet in particulari hæreticos punire, ſed docet nõ eſſe ſtudendum, vt omnes ſimul mali a conſortio bonorũ tollantur. Meſsis vero tẽpore, id eſt in fine ſeculi, Angeli qui meſſores ſunt, Zizania ſcilicet peruerſos a bonis ſeparabunt, & turmatim quaſi in faſciculos colligent ad cõburendũ, triticum autẽ videlicet electos in Dei horreum congregabũt.

## CONCIO.

INMENSVS ęterni patris amor, quô bonos proſequitur, vel ob id manifeſtus, eſt quod ipſorum gratia, non ſolum multa malorum millia indies in mundo pullulantia ſuffert; ſed quia ſine diſcrimine naturalia illis bona, & diuina quandoq. quibus abutuntur concedit. Immo ita eos temporalibus ſæpe bonis abundare permittit, vt cum eo quo mali ſunt diaboli ſint, plantationes Dei eſſe videantur ſicut Hieremias dicebat ca. 12. Plantaſti Hiere. 12.

eos

eos radicem miſerunt proficiunt,& faciunt fructum. Hęc ſicut Dei bonitatem commendant erga bonos, ita malorum ſupplicia augere certum eſt,qui tot bonorum exemplis quibus immixti tollerantur,& piiſsimi patris tot in dies beneficijs cumulati,nequaquam permouentur: Ideo ad vltimum iuſti examinis diem reſeruati, ſpretæ toties Dei bonitatis pœnas dabunt. Hęc Saluator propoſita nobis parabola depingit. In qua regni cælorum nomine eccleſia ſignificatur, quę ſuper cæleſti curię(ſi eius ordinem, gradus, dignitates, & leges conſideres) aſsimilatur. Propterea Deus dicebat Iob.ca.38. Nūquid noſti ordinem cęli & rationem eius pones in terra? Quaſi dicat nunquid illius ſupremę curiæ ordinē ita noſti, vt poſsis eius normam & ideam in terra conſtituere? Moſes erecturus tabernaculū audiuit. Omnia fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratū eſt. Veluti ſi cæleſtis pater filio diceret. In Eccleſiæ conſtructione, eorum quę in cæleſti curia ſunt ſimilitudinem ſeruabis. Sūt ibi Seraphin,ſint ergo in eccleſia perfecti viri charitate feruentes: Sunt in cælo Cherubin,ſint ergo in eccleſia viri literarum ſplendore præſtantes,qui alios in cognoſcendis & agēdis inſtruant; Sunt ibi throni,ſint hic iudices recti, quibus æquitatis decor ſemper placeat. Sunt in cęlo dominationes, ſint etiam in eccleſia Principes, qui ſuperbos debellare, & ſubiectis parcere ſciant. Sūt ibi virtutes,ſint in eccleſia viri miraculorum gratia prædití, qui prodigioſa ſupraq. naturā opera perficiāt; Sunt in cælo Angeli, ſint etiam in eccleſia multi virginitate fulgentes. Propterea de eccleſia Canti. 7. dicitur. Quid videbis in Sunnamite niſi choros caſtrorum? In quibus ſuprēmi, medij & infimi reperiuntur. Dicitur etiam eccleſia regnum cælorum, quia ex fidelibus conſtat, in quibus Saluator per Euangelicam doctrinam, & ſpiritum ſanctum cordibus eorum infuſum, fracta Diaboli poteſtate regnat.

Simile eſt regnum. Iob. 38 Canti. 7.



regnat. Immo electi ſimul cū illo in hoc mūdo regnant, per Fidē, Spem & Charitatem, Quia Mūdo, Demoni, & Carni dominantur. De primo loquebātur Paulus ad Collo. 1. dicēs. Qui eripuit nos de poteſtate Tenebrarū, & trāſtulit in regnū filij dilectionis ſuę, in quo habemus redēptionē, & remiſsionē peccatorū. Quibus verbis Paulus beneficia Colloſſenſibus, & omnibus fidelibus collata recēſet, nēpe quod eos a poteſtate tenebrarū ereptos, in regnū Chriſti trāſtulerit, immo quod eos fecerit regnū filij; Ita vt in quibus prius regnabat Diabolus per opera tenebrarum, nunc filius Dei regnet, qui dilectionis Dei filius dicitur, quia plenus eſt Dei dilectione, perquē redēptionē habemus. Sed quod etiā fideles in Eccleſia regnēt, multis ſcripturę locis expreſſum eſt. Pręſertim Apo. 5. & primo. Ego Ioānes frater veſter particeps in tribulatione, & regno, & patiētia in Chriſto Ieſu.

Collo 1.

Homo iſte ſeminans Saluator eſt, qui dicebat Hieremi. 31. Seminabo Iſrael & Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Quaſi dicat (vt Interlinealis exponit) ſeminabo Eccleſiam, ſemine hominum ſcilicet iudæorum, & ſemine iumentorum ſcilicet gentilium, qui velut bruta animalia inmunda propter idololatriam Petro oſtenſa ſunt Actum 10. Vel ſemine hominum & iumentorum, ſapientium & ignorantium. Seminantur vero, cum Dei verbo per baptiſma regenerati, ſupræmum & nouum gratiæ eſſe accipiunt. Sicut Iacobus ca. 1. dicebat. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Ac ſi diceret. Sola voluntate nullis noſtris meritis præcedentibus ſuas nos creaturas effecit per baptiſma ad creſcendum ſeminatos. Sic etiam Paulus 1. co. 3. dicebat. Dei adiutores ſumus Dei agricultura eſtis. Quaſi dicat. Nos qui vobis Euangelium Prædicauimus Dei adiutores ſumus, vos autē in mundi agro per baptiſma regenerati eius agricultura

Homini qui ſeminauit. Hiere. 31. Actuū 10. Iaco. 1. 1. co.

 eſtis;

eſtis;quia vos diligẽter colit, vt creſcentes & fructus emi-
Eſa.4. tentes ad maturitatem perducamini ſicut Eſa.dicebat: Erit
germen domini in magnificentia. Semina exorta irriga-
tione indigent; Ita Deus ſuis quaſi irrorans ſua gratia ſem-
per aderit,vt multiplicentur & creſcant.Sic dicebat Paulus
2.co.9 2.Co.9.Multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incre-
menta frugum iuſtitiæ veſtræ.Quaſi dicat.Sua Deus gratia
multiplicabit vos veſtram iuſtitiam indies augendo.Ager
vero in quo Saluator ſeminat, mundus eſt. Propterea di-
Oſee.2 cebat per Oſeam ca. 2. Seminabo eam mihi in terra, &
miſerebor eius quæ fuit abſq. miſericordia. Suam enim
Eccleſiam ex fidelibus conſtantem, Saluator in mundo
ſeminauit; & gentilibus, qui erant abſq. miſericordia
propter impietatem,miſertus eſt. Quemadmodum vero
ager ſeminis iaciendi ĩ gratia expurgatur,aratur,& colitur;
Ita mundus iſte tot rerum varietate conſpicuus, & pul-
chritudine, hominum gratia a Deo confectus eſt. Si-
Pſ. cut Dauid dicebat Terram autem dedit filijs hominum.
Quod quidem manifeſte oſtenditur ex eo quod homo po-
Simili tudo ſtremo creatus eſt.Quia quemadmodum nobiles & prępo-
tentes duces, cum aliquam ciuitatem vel regnum ingre-
diuntur pręfectura a regę donati, prius impedimenta om-
nia & ſarcinæ iumentis impoſitæ, tapetibuſq. gentilijs in-
ſignitis copertæ procedunt, deinde ſerui omnes longo
ordine ſequuntur,poſtremo nobilis adeſt, quaſi illorum
omnium quæ præceſſerunt dominus; Ita in rerum creatio-
ne cælum,terra,mare, ſtellæ& ælementa,primo quaſi ſarci
næ & impedimenta præceſſerunt, deinde animalia omnia
quaſi ſerui; Poſtremo vero quaſi omnium dominus homo
creatus eſt; Propter ipſum enim Deus mundum quaſi a-
grum, ita diligenter tanta pulchritudine excoluit, ſemina
turus in eo electos quos frumentum vocat, Quia id om-
nibus



nibus ad victum neceſſarijs granis præſtat. Ita electi om-
nibus, vel diuitijs, vel honore mundano præſtantibus, in
comparabiles ſunt,longeq.nobiliores.Sic Zacarias dicebat Zacha 9.
ca.9. Quid bonũ eſt eius, & quid pulchrum eius,niſi frumẽ
tum electorũ?Quaſi diceret; Quid in Eccleſia præſtãs,quid
decorum magis quam boni & electi, qui frumentum ſunt a
Chriſto ſeminatũ? Nil profecto in Eccleſia pulchrius ele-
ctorum virtutibus & ſplendore. Tali ſaluator ſemine agrũ
mundi ſeminauit, ex quo tota eius pulchritudo conſurgit.
At cõtra diabolus hominibus dormientibus ſuper ſeminat. Cum autem dormi rent homi- nes ve nit ini micus
quia tempus ſuis aptum inſidijs circumſpicere nocteq; pręſ
ſertim cum videlicet homines negligentię ſomno detinen
tur,tricas nectere ſolet.Propterea Petrus ad vigiliam & ſo
brietatem hortatur, quia diabolus quaſi leo circuit,& inſi-
diatur.Paulus etiam ad Epheſios 4.dicebat. Nolite locum
dare diabolo.Quaſi dicat quia ſuis inſidijs occaſionem præ
ſtolatur,& cũ inuenerit enixe nocere ſtudet. Zizania vero Ephe. 4.
ſuper ſeminat, quando ſuper naturale eſſe gratiæ a Deo cõ
ceſſum per immiſſum peccatum tollit,& homines eſſe ma-
liciæ quaſi veſtem ſuperinduit, ipſoſq. (quaſi lolium triti-
co)bonis inmiſcet. De his qui a diabolo ſeminati ſunt dice-
bat Eſaias ca.1.Ve genti peccatrici populo graui iniquitate Eſa.1.
ſemini nequam. De Phariſæis etiam Saluator dicębat.Om-
nis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis eradi
cabitur,ſinite illos, Ac ſi diceret. Quamuis inter bonos com-
morentur,non eos Deus ſeminauit,ſinite illos.

Vtriq. igitur boni inquam, & peruerſi in mundi agro ſe- Appa ruerũt Ziza nia.
minati, ſuis ſe operibus produnt. Boni quidem ſtudioſis
moribus,ieiunijs,orationibus,aſsiduis cõfeſsionibꝰ, ſacriſq;
cõmunionibus,eleemoſinis,veluti ſuo ſe lumine oſtendunt.
Ideo de eis dicebat,Eſaias ca.61. Omnes qui viderint eos Eſa.61.
cognoſcent illos,quia iſtud eſt ſemẽ cui benedixit Dominꝰ,

 Quaſi

quaſi dicat. Quicunq. viderint bonos ſtudioſis ſecūndum le-
gem Dei moribus conuerſantes, cognoſcent illos; quia
ſemen ſunt a Deo ſeminatum, cui Deus ſua gratia, & aſsi-
duis ſpiritus S. Irrorationibus, benedixit, vt quaſi triticum
creſcant. Quod quidem Ioannes grauiſsimis, & ad propoſi-
tum accõmodatis verbis explicauit in ſua prima canonica
1.Io.3. ca.3. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum nõ facit, quia ſe
men ipſius manet, & non poteſt peccare, quoniã ex Deo na-
tus eſt; in hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij Diaboli, omnis
qui nõ eſt iuſtus nõ eſt ex Deo. Quibus verbis Ioãnes oſtẽdit
eos, qui ex Deo ſunt quaſi ab ipſo geniti, & ſeminati nõ pec
care, quia ſemen ipſius Dei ſcilicet gratia & charitas in eis
manet, & quemadmodum ſemen oliuæ, nihil præter oliuam
producit, & ſemen ordei nihil præter ordeum, & a ſemine
zizaniæ nihil niſi zizania erumpit; ita ex ſemine Dei ſcili-
cet gratia & charitate, nequaquam praua opera ſed ſtudioſa
procedunt, & quia a Deo ſunt electi peccare non poſſunt
(vt ait Ioannes) quandiu ſemen Dei ſcilicet gratia vel cha-
ritas in ipſis manet, ſic vero filij Dei, & filij Diaboli cog-
noſcuntur, ſcilicet ſuis operibus, electi quidem ſtudioſis, filij
vero a Diabolo ſeminati, prauis operibus: quia qui non eſt
iuſtus, non eſt ex Deo, ſed ex Diabolo; tales naq. iniuſtitiæ
operibus cognoſcũtur, ſcilicet adulterijs, homicidijs, vſuris,
Iob.10 quæ ex ſemine Diaboli procedunt. De his aptiſsime Iob lo
quebatur ca.10. Apertũ erit germẽ domus illius detrahetur
in die furoris Dei. Quaſi dicat. Semẽ domus Diaboli, quod
ipſe ſuis ſuggeſtionibus in agro mundi plãtauit manifeſtum
erit, ſuis ipſum prauis operibus demonſtrantibus, & quan-
uis in præſentiarum toleretur & proſperetur, (Deo ita
permittente), ſed tandem ad ignem euelletur. Iuſti vero
Domi tot malorum millia in dies in mundo pullulantia quaſi at-
ne nõ toniti admirantur, cum perfectiſsimus agricola Deus ſemẽ
bonum



bonũm iniecerit, vnde igitur tot vſurarij? tot adulteri? tot ne bo-
ſuperbi? tot inuidi? tot crudeles? Diaboli agricultura ſunt, num ſe
ipſe eos ſeminauit. Quia ſicut inimicus homo, quia do- menſe
minum agri inuadere non potuit, ad eius campum rite ſe- minaſ
minatum conuerſus eſt, ita Diabolus, qui aduerſus Deum ti.
inſurgere non poteſt, ad eius imaginem ſcilicet hominẽ con
uertitur, ipſamque vitijs deturpans ſuam indit. Nonnulli au
tem iuſtorum ægre ferunt malorum ſocietatem, vellentq. Viſi-
eos e medio tollere, & eradicare. Sicut Ioannes Apo. mus &
2. Angelo Epheſi Spiritus Sancti præcepto ſcribebat, dicens colligi
Scio opera tua, & laborem tuum & patientiam, & quod mus.
non potes ſuſtinere malos; Ac ſi diceret. Noui opera tua di- Apo.2
uerſa a prauorũ operibus, laboremq. tuum inter malos con
uiuendo, & patientiam tuam inſultus malorum tolerando,
& quod non potes amplius malos ſuſtinere, ſed velles ipſos
eradicare. Et etiã c.6. Quouſq. domine ſanctus & verax &c. Apo.6
Hos vero Deus minime eradicare permittit, ſed ad tempus
eos tolerare iubet, vſq. ad aduentum Chriſti, ſicut lolium
vſq. ad meſſem. Ita dicebat Iacobus cap.5. Ecce agricola ex- Iaco.5.
pectat pretioſum fructũ terrę patiẽter ferẽs, donec accipiat
temporaneum & ſerotinum: patientes igitur eſtote vos, &
confirmate corda veſtra; quoniam aduentus domini appro-
pinquabit. Loquebatur Iacobus de perſequẽtibus iuſtos, bo
noſq. occidentibus minime ipſis reſiſtentes; propterea diſci
pulos hortatur ad patiẽtiã vſq. ad aduentum Chriſti exem-
plo agricolæ qui patienter expectat fructum; Ita perfecti
patienter expectare debent vſq. ad iudicium, quod non lõge
eſt vt Iacobus ait, ſed tandem appropinquabit. Interim ve-
ro malos tolerare oportet. Quod Auguſtinus multis exẽ- Augu-
plis oſtendebat ſic. Tolerauit Aaron tot Iudæos inſolenter ſtinus.
Idolũ petẽtes; Moſes tot contra ſe murmurãtes; Samuel to-
lerauit ſuos & Heli filios, Dauid Saulem, Eſaias & Hieremias


tot

tot impios, Chriſtus tolerauit Iudã, Apoſtolusque rẽtes quę
ſua ſunt, diſcamus & nos impios quãdiu Deus ipſos nõ era
dicat tolerare. Non quidẽ peculiariter, eos ſcilicet quos iuri
dice conſtat hæreticos eſſe aut fures aut homicidas, qui maxi
mam rei publicæ perniciẽ afferunt, hos enim in ſcelere de-
præhenſos, aut conuictos, e medio tollere oportet, alioquin
iura omnia perturbares. Malos vero in communi, vel occul
tos, vel minime capitalia auſos ferre, non eſt inconueniens.
Augu ſtinus. Nam (vt inquit Auguſtinus de verbis domini Ser.18.) Duo
bus modis non te nocebunt praui homines, ſi eis minime cõ
Ephe. 5. ſentias, & ſi eos redarguas. Sicut dicebat Paulus ad Ephe.5.
Nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis
Ne forte colligentes Zizania eradicetis. autẽ redarguite, & ita praui homines non nocebũt. Ob id ve
ro Deus minime eos eradicare permittit, ne forte (inquit,)
colligẽtes zizaniã eradicetis ſimul & triticũ. Quia quod lo-
liũ eſt triticũ eſſe poteſt, & vice verſa. Si enim (vt Theophi
Theophi. latus ait) Matthæus ex hac vita exciſus fuiſſet cum zizania e
rat, ſimul vtiq; exciſum fuiſſet frumẽtũ quod ex ipſo oriturũ
erat. Similiter de Paulo & alijs dicendũ eſt. Tolerantur etiã
praui homines inter bonos, propter ipſorũ bonorum com-
modum; Quia malus ſanguis (vt in prouerbio dicitur) bonũ
Augu ſtinus. cõſeruat. Nã (vt Auguſtinus ait) Malus ideo viuit vt corri-
gatur, aut vt per eũ bonus exerceatur. Si aurũ es (inquit Au
guſtinus) Mali ligna ſunt quibus ardes in fornace vt purior
euadas; ſi autẽ nõ aurũ ſed palea es, ambo fumus eſtis. Præte
Iob.30 rea quia virtus magis inter malos refulget. Sic Iob.30. Frater
fui draconũ & ſocius ſtructionũ. Necnõ quia ex malis indi-
recte multa bona procedũt, vt Auguſ.ait. In de prędeſtinatio
Augu ſtinus ne ſanctorũ li.1.ca.16. In hominũ potẽtia eſt peccare ſed quod
iniquitas, hoc vel illud efficiat, a Deo eſt, qui diuidit tenebras.
Actũ.4 Quod quidẽ oſtẽditur actuũ 4. & Paulus ad Ro.11. ait Cęci
Ad ro. 11. tas ex parte cõtingit &c. Propter has & alias multas cauſas,
mali



mali bonorũ gratia tolerãtur. Tãdẽ ſicut humores peſsimi Simile
in corpore exiſtẽtes aduenĩẽte ſanitate expellũtur, poteſtq;
dicere qui expellit, ex me prodierunt ſed nõ erãt ex me. Ita
Eccleſię corpus in iudicio perfectã ſanitatẽ recipiet expulſis
a ſe peruerſis, & dicere poterit, ex me prodierũt ſed non e-
rãt ex me, probati ſcilicet vel ad vitã a deo deſtinati. Prop-
terea Saluator ait ſinite &c. Bonos enim & malos creſcere ſi
nit; bonos quidem, vt eorum merita ad maturitatem perue-
niant, & præfixã a Deo meſurã attingant. Sic Paulus pro Col-
loſſenſibus orabat ca.1. Non ceſſamus pro vobis orantes & Colo. 1.
poſtulãtes, vt impleamini agnitione volũtatis eius, vt ambu
letis digne Deo per omnia placẽtes, in omni opere bono fru
ctificãtes, vt creſcatis &c. & Petrus in ſua prima canonica ca.
2. Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite, vt in eo creſ- 1. pe.2
catis. Malos vero Deus creſcere permittit, vt ipſorum ſcele
ra iuſtam menſuram attingant, ſicut Chriſtus Iudęis dicebat
Matt.23. Implete menſura patrũ veſtrorũ. Quaſi dicat per- Matt. 15.
miſsiue, Implete mẽſuram ſupplicio veſtro æqualẽ peccata
peccatis addẽdo, ſicut patres veſtri, ne inferiores illis in ſce-
leribus ſitis. Et Apo.22. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Apo. 22.
Vt ſcilicet maturus & ſiccus aptus ſit ad ignẽ iudicij tẽpore,
quod veluti meſsis tempus exiſtimatur. Ita dicitur. Apoc.4. Apo.4
Mitte falcem tuã & mete, quia venit hora vt metatur, quo
niam aruit meſsis terræ. Mors qua omnes prius in iudicio ab
ſumentur, recte falci comparatur; ſicut enim ſpicæ aliæ a-
lijs longiores & groſsiores ſunt; ſed qua parte a falce ſe- Simili tudo.
cantur, omnes ſunt æquales: ita quanuis in mundo maio-
res & minores ſint, diuites & pauperes, domini & ſerui,
mors omnes æquat.

MATVRA igitur meſſe, & mortis falce ſecata Ange
li qui meſſores ſunt, loliũ colligẽt & in faſciculos alligabũt
ad comburẽdũ. Hos ſaluator parabolam exponens ſcandala
vocat

vocat, id eſt peſsimos homines qui bonos toties perſequendo, & ſceleribus ipſos ad malum inducendo ſcandalizarunt; Et hæc ſicut ipſis ſuppliciū, bonis meritum augebunt.

Eſa.57 Propterea dicebat Eſaias ca.57. A facie malitię collectus eſt iuſtus, veniat pax & requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit directione ſua: vos autē accedite huc filij auguratricis, ſemē adulteræ, ſuper quem luſiſtis? Quaſi dicat. De medio malorum colligetur iuſtus, ad Dei horreum deportandus (vt Lyranus exponit) quem peruerſi ſcandalizabant, & perſequebantur. Sicq. in pace requieſcat in lecto ęternitatis, quia non auijs itineribus, ſed recta ad Deum contendit: Vos autem peruerſi accedite, vt ſcilicet terribilē ſententiam audiatis, filij auguratricis, nempe naturæ diabolicæ, ſeminatio adulteræ & diabolicæ fraudis. Et poſt pauca. Nunquid non vos ſemen mendax? ſcilicet a diabolo qui mendax fuit ab initio ſeminatum? Terribilis erit iſta ſeparatio lolij & tritici bonorum ſcilicet & malorum, Separato Loth a Sodoma cineres verſa conflagrauit, Separatis iudæis a tabernaculis Dathan & Abiron abſorpti ſunt. Ita peruerſi a bonis ſeparati, & alligati in faſciculos pęnas dabunt. Quia quos in hac vita eadem culpa inquinauit, eadem pæna cruciabit. Ibi adulteri omnes ſimul, & fornicarij, homicidiæ ſimul cum Cain, Auari omnes, vſurarij ſimul cum ſuis ducibus ardebunt. Sic dicebat Ezech. cap. 32. Ibi Aſſur & omnis multitudo eius. Quaſi dicat. In inferno Aſſur ideſt inſidiās, erit cum ſua multitudine. Ita etiam Sapi. 17. Vna cathena tenebrarum omnes erant colligati; Id eſt eadem pæna turmatim eiuſdem criminis conſortes cruciabuntur Sic etiam Eſa. ca. 24. Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi incarcerem. Ephratæi ad vada Iordanis venientes, quibus effugium interclusum erat, cum tranſitum ab expectantibus poſtularēt, quia ſpicam interrogati exprimere nō

Lyranus.

Colligite primū zizania

Ezech. 32. Sapi. 17.

Eſa.24

Iudi.

vale-



valebant, iugulabantur; ita peruerſi ad vada Iordanis, ſcilicet ad mortem, vel ante tribunal Chriſti venientes, nequaquam ſpicam, qui lolium & zizania ſemper fuerunt, exprimere poterunt. At contra electi toto veluti vitæ tempore frugiferi gratiæ Dei ſtillicidijs irrigati, veluti ſpica plena, & præ grauitate prona, per mortem expurgati in Dei horreum quaſi triticum congregabuntur. Sic dicitur Iob 5. Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo: Quaſi dicat. Morieris cum meritorum abundancia, ingredieriſque ſepulchrum veluti aceruus tritici maturus tempore meſsis, cum infertur ad aream, & deinde a ſepulchro quaſi ab area in horreum Paradyſi, vbi perpetua fælicitate frueris. Ad eundem modum Eſaiæ caput 6. dicitur, iuſto. Non occidet Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi dominus in lucem ſempiternam, complebuntur dies luctus tui, populus autem tuus, omnes iuſti hæreditabunt terram, germen plantationis meæ opus manus meæ ad glorificandum. Quaſi dicat. Sol gratiæ tibi amplius non occidet, & feruor charitatis non minuetur, vel non videbis amplius tenebras, quia tibi Deus lux erit perpetua, nec amplius lugebis, quia abſterget Deus tibi lacrymas, ſed hæreditabis terram viuentium in perpetuum, quia es ſemen plantationis meæ in mundo, quod ego foui, & colui gratia mea, & rore Spiritus Santi, & modo es opus manus meæ ad te glorificandum in horreo glorię &c.

Triticū autem cōgregate

Iob.5.

Eſai.6.

M SIMI-

## ¶ SIMILE EST REGNVM cælorum grano ſinapis. &c. SIMILE eſt regnum cælorum fermento. &c. Matthæ. 13.

ANTE quam hanc parabolam exponamus aliquot circa literam, prius an notanda ſunt. In primis quando Saluator ait granum ſinapis eſſe omnium ſeminum minimũ, intelligendum eſt, non quantitate ſed proportione; nam quã uis alia minora grana reperiantur, tamen minus eſt granum ſinapis, ſi ad id quod ex eo producitur referatur, quam alia ſi cum his quæ ex eis procedunt conferantur. Exempli gratia quanuis ſemen cupreſsi maius ſit ſemine mali priſci, tamen proportione minus eſt, ſi ad cupræſſum referatur, & aliud cõferatur cum malo. Dicere etiam poſſumus a Chriſto ſinapis granum minimum eſſe dictum; quia inter alia minimum apparet. Quanuis exiſtimandum ſit, ex diuerſitate locorum huiuſmodi ſemina variari; ſicut & arbores etiam, Et ita cum dicitur creſcit in arborem intelligendum eſt in Arbuſculã. Fieri etiam poteſt in terra Paleſtinę, altius ſinapim excreſcere. Circa literalem ſenſum nonnulli per granũ ſinapis Chriſtum intelligũt. Sicut Hilarius & Gregorius 19. mo. ca. 1. Alij vero doctrinam Euangelicam vt Hieronymus. Alij Eccleſiam vt Chry. Poteſt etiam intelligi fides.

Hilarius. Grogo. Hiero. Chry.

Quibus omnibus ſinapis exemplũ rite aptari poteſt. Sicuti nos in concionatorum gratiam effecimus. Rectiſsime tamen de doctrina Euangelica explicatur. Scopus igitur Saluatoris in hac parabola eſt, explicare incrementum & efficatiam doctrinæ Euangelicæ, quæ ex minimis principijs in immenſum penè excreuit. Comparatur ergo doctrina Euangelica grano ſinapis, quia cum ſit minimum in arborem creſcit.

creſcit.



creſcit. Ita doctrina Euangelica minima eſt, vt pote quæ Chriſtum crucifixum, ſimplicibus verbis, & per ſimplices homines propoſuit, quæ quidem ſi Philoſophorum libris, & doctrinæ eloquentia refertæ comparetur minor ipſo aſpectu apparet; Tamen creuit ita vt innumeri fideles in eius veluti ramis nidificent, ei adhærentes. Sectæ vero Philoſophorum creuere ſicut olera, quæ cito aruerunt; Euangelica vero doctrina veluti infirmiſsimam & altiſsimam arborem creuit.

PARABOLA etiam quæ ſequitur de fermento diuerſimode a patribus exponitur. Hilarius enim in fermento Chriſtum intelligit. Hieronymus vero per fermentum Euangelicã doctrinã & prædicationem intelligit. Chryſoſto. autem fermentum primitiuam Eccleſiam, ex Apoſtolis conflatam ſignificare ait, quam quia magis literæ conſona videtur, nos in concione ſecuti ſumus.

Hilarius. Chriſoſtomus.

Quanuis de Chriſto. & de fide & de prędicatione Euãgelica aptiſsime explicari poſsit. Quod vero Apoſtoli ex quibus primitiua Eccleſia cõſtabat fermẽtũ dicantur patet. Nam ſi inceſtuoſus homo, qui alios contagione perdebat a Paulo 1. co. 5. fermẽtũ appellatur, rectius Apoſtoli qui tot homines in melius trãſmutarũt, fermentũ dici poterunt.

1. Co. 5.

Quod etiã Euangelica prædicatio fermentum appellari poſsit, aperte oſtenditur; nam ſi Phariſęorũ doctrina & hypochriſis a Chriſto fermentũ dicitur quę homines corrũpebat, melius prędicatio Euangelica quę ipſos ſanat fermentum dicetur.

Matt. 16.

Scopus igitur Chriſti in hac parabola eſt, Eccleſię incrementũ per Apoſtolos, & eorũ efficatiam oſtendere, nam ſicut fermenti parua quãtitas, tria farinæ ſata, quibus eam mulier miſcuit fermentauit; Ita Apoſtoli pauci, vt pote quibus Saluator dicebat Nolite timere puſillus grex, Tres mundi partes, per tria ſata ſignificatas, ad quas eos diuina ſapientia miſerat, in ſe cõuerte-

runt & in melius tranſmutarunt, ſicut fermentum tria ſata fa
rinę. Satum aput hębreos genus quoddam menſuræ erat, an
vęro modium & dimidium, vel vnum modium caperet, pa-
rũ refert ad ſpiritualem intelligentiam, æque enim tres mun
di partes ſignificabũt tria ſata ſi modijs æqui poleãt acſi nõ
Si vero de doctrina Euangelica parabola exponatur, ſic ap-
tari debet. Quemadmodum minima fermenti pars magnę fa
rinę quantitati comixta relinquitur quouſq. totã maſſam in
ſui naturã conuertat ſic prædicatio doctrinæ Euangelicæ
parua quidem inſpeciem, permixta orbi terrarum, ſecreta
quadam vi totum in ſuam naturam tranſformauit. Quæ ve-
ro ad latiorem explicetionem vtriuſq. parabolæ, & ad mo-
res hominum conponendos apta viſa ſunt, in ſequenti con-
cione late conſcripſimus.

## CONCIO.

QVanuis multa ſint quę præſtantem Dei virtutem
oſtendunt, ea, quæ inexpectato præter naturæ
curſũ euẽtu ex minimis, & abiectis principijs, ma
xima incrementa ſuſceperũt, illuſtriorem faciũt.
Gene. Quod Abrahã cẽtenarius ex vxore grandeua prolẽ ſuſcepe
rit nõ tam mirũ fuit quã quod ex ipſo progenies aſtrorũ nu-
mero cõparata naſceretur: Moſes abiectiſsimus infans, Iãq.
Exo. in flumine moribundus, cũ tollendus a Pharaonis filia tra-
deretur matri, ipſo aſpectu vilis, ad id fælicitatis faſtigium
Dei virtute conſcendit, vt qui toti AEgipto horrendum ti-
morem prodigioſis portentis incuſſerat, ſexcentis poſtea ho
2.Re. minũ millibus imperarit, Dauid, vero quid abiectius? qui
cũ fratrum eſſet minimus, glorioſiſsime Dei ope (quod ſuo
patri & frattibus incredibile videbatur) expugnatis hoſti-
bus, Iudæorum regno potitus eſt. Incrementa vero quod
Chriſtus



Chriſtus & eius Eccleſia & fides, ex minimo (ipſo aſpectu)
principio, ſuſceperunt, non ſolum naturæ ordinem, ſed hu-
manos pene diſcurſus tranſcendunt; cum totum terrarum
orbem, & ipſos paulo ante fabuloſos antipodas, euerſis
multarum gentium ritibus penetrarint. Id eſt quod Salua-
tor hiſce duabus parabolis oſtendit, regnum cælorum cum
grano ſinapis minimo, & fermento conferens. Et quemad- Simile
modum Regni nomine, regem ipſum, & regnum, & leges, eſt reg
quibus gubernatur intelligimus; Ita regnum cælorum quan nũm
doq. ſignificat Chriſtum, aliquando vero doctrinam Euan cælo-
gelicam, & fidem, quandoq. autem Eccleſiam. Quod vero rũ.&c.
Chriſtus regnum cælorum dicatur multis ſcripturæ locis oſ
tenditur; præſertim Luce 11. Peruenit in vos regnum Dei, Luc.11.
Et cap. 7. Regnum Dei intra vos eſt. Aptiſsime vero Salua 7.
tor grano ſinapis cõparatur, qui minimus aſpectu erat, mag
nus vero virtute. Hoc granum Deus in virginis vtero plã-
tauit; & ſicut quamtumuis curioſe inſpexeris plantatum in
terra granũ nunquam ſagacitatem naturæ comprehendes
nec modum quo germinans forans erumpit, Ita etiam ſi cu
rioſe Chriſti natiuitatem contempleris, nequaquam naſ-
cendi modum ſalua matris integritate intelliges. Natus
vero Saluator, omnium erat minimus, ſicut Eſa. ca. 53. dice Eſa.53.
bat. Quis credidit auditui noſtro & brachium domini Quod
cui reuelatum eſt? & aſcendet quaſi virgultum coram, eo mini-
& quaſi radix de terra ſitienti non eſt ſpecies ei neq. de- mum
cor; & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideraui quidẽ
mus eum deſpectum, & nouiſsimum virorum &c. Quaſi eſt.
dicat. Cũ Deũ hominẽ factum &, natũ de Virgine prędica
bimus, quis credet? Et opus incarnationis filij Dei quod
quidẽ brachij Dei dici poteſt (cũ creare cælos opus ſit digit
torũ Dei vt Dauid ait) cui reuelatũ eſt? Naſcetur quaſi vir-
gultũ de terra, nõ quidẽ irriguaſed ſitiẽti, quę ſolo rore cæli

ſcilicet ſpiritus ſancti opere fructificet. Natū vero vidi-
mus eum exterius quidem, deſpectum, & virorum nouiſſi-
2. Re. mum. Minimus erat Chriſtus ſicut de Dauid 2. Re. 22. dici-
22. tur. Dauid ſedens in cathreda ſapientiſſimus princeps, ipſe
eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos inter
fecit impetu vno. Saluator enim docens in cathreda cum cæ
leſtes theſauros aperiebat, longe omnium ſapientiſſimus ap
parebat, alias vero cum hominibus conuerſans adeo humi-
lis erat, vt minimus vermiculus videretur; Qui ſuæ paſſio-
nis impetu, mortem, infernum, peccatum, & aereas poteſta-
Cum tes, protriuit. Creuit autem in arborem magnam, tunc cum
creue- maxime humilis apparebat, crucemq. conſcendens, ramos
rit fit per vniuerſum mundum extendit. De quo Eſaias ca. 4. dice
arbor. bat. Exit germen domini in magnificentia, & fructus terræ
Eſa. 4. ſublimis. In eius vero plagis omnes nidificant, præſertim il
li, qui velut volucres ſupra terrena contemplatione eleuan
Dani. tur, qui cū Paulo dicunt. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Da
4. nielis 4. dicitur Regem Nabucodonoſor arborem vidiſſe
cuius cacumen ad cælum vſq. exurgebat, in cuius ramis nidi
ficabant aues, & in eius vmbra iumenta quieſcebant, audita
vero eſt vox. Succidite ſuccidite, & ſucciſa eſt, veruntamē
in terra radices relictæ ſunt. Arbor iſta Saluatorem ſignifi-
care poteſt, qui in terra per temporalem natiuitatem plan
tatus, diuinitate cælum ſuperabat, qui naturæ eminentia in
infinitum ſupra cęleſtes creaturas exurgebat, immo vt ho-
mo etiam ad cælum vſquę pertingebat quia Deo frue-
batur vt beatus: in ramis eius contemplantes auibus ſignifi-
cati nidificabant, & ſub vmbra protectionis eius, actiui con
tinebantur: fuit a Iudæis per mortem ſucciſus, ſed radiçes
permanſerunt, ſcilicet diuinitas cum corpore in ſepulchro,
Iob. 14 & cum anima in inferno, & ita in proceriſſimam arborem
viuens iterum aſſurrexit. Propterea dicebat Iob ca. 14. Lig-
num



num habet ſpem, ſi præciſſum fuerit, rurſum vireſcit, & ra-
mi eius pullulant, & faciet comam quaſi cum primum plan-
tatum eſt. Quaſi diceret. Arbor ſucciſa per mortem, ſi eius
in terra radices permanſerint, ſpem habet iterum erumpen
di, ſicut Chriſtus qui ſurrexit, & rami operum & meritorū
eius pullularunt, & comam fecit id eſt corpus aſſumpſit, ſi-
cut prius immo pulchrius quam prius, quia glorioſum. In cu
ius ramis tot hominum milia nidificant, in eius ſcilicet pla-
gis, ex quibus ſacramenta prodierunt, per quæ virtus paſſio
nis eius, ad nos deriuatur, Eccę quam præcioſum ſinapis gra
num, quod per tormenta & crucem veluti tritum, acrimo-
niam ſuam oſtendit, omnia ad ſe trahendo, & ad caput vſq.
conſcendens, ſcilicet patrem ipſum nobis placatum effecit.
Deniq. Chriſtus eſt qui nobis omnia ſaporoſa reddit, cibos
que noſtros condit; Quia ſi Chriſtum reſpicias etiam inſipi
da vt pænitentia, lachrymę, ieiunia, tribulationes, & alia id
gęnus tibi dulcia admodum videbuntur. Immo & noſtra o-
pera alias inſipida dulcia & Deo accepta reddit, ſua merita
ipſis coniungens.

REGNVM etiam cælorum doctrinam Euangelicam Simile
ſignificare manifeſtum eſt, vti Paulus dicebat Iudæis actu. eſt reg
13. Et Lucæ. 9. Saluator iuueni. Sine mortuos ſepelire mor- num.
tuos ſuos, tu autem vade & annuntia regnum Dei. Compa- Actuū.
ratur autē grano ſinapis, quia doctrina euangelica minima 13.
eſt, ſine ornatu & arte, & quia minima ipſo aſpectu docere Lucę. 9
videtur ſcilicet crucem Chriſti; intus vero conditam habet Grano
efficaciſſimam virtutem. Sicut dicebat Paulus 1. Co. 2. Lo- ſinapis
quimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quā 1. Co. 2.
prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam
nemo principum huius ſeculi cognouit. Doctrina euangeli
ca (vt Caietanus exponit) ſapientia eſt, Deo propria, non
in ordine rerum participata, ſed abſcondita in abditiſſimo
di

diuinorum conſiliorum ſecreto;excedit enim omnem ſcien
tiam quibuſcunq.creaturis etiam Angelis communicatam;
Hanc prædicabat Paulus,quę quidem noua non eſt,ſed ante
ſecula a Deo præfinita,ad comparandam nobis cæleſtẽ glo
riam; adeo vero ſecreta eſt , quod eam nemo principum
( vt Paulus ait ) huius ſeculi cognouit ſiue principum no-
mine demones,ſiue ſeculares poteſtates intelligas; Quia ſi
cognouiſſent nunquam dominum glorię crucifixiſſẽt. Ager
vero in quo granum doctrinæ Euangelicæ ſeminatur,corda
ſunt fidelium,ſicut de beata Cecilia dicitur, quod Euange-
Eſa. 51. lium Chriſti ſemper gerebat in pectore.Ideo Deus per Eſa
iã ca.51.dicebat. Audite me,qui ſcitis iuſtum,populus meus,
lex mea in corde eorum:ac ſi dicat . Quicunq. iuſtum ſcili-
Hiere. cet Chriſtum,per fidẽ cognoſcitis,populus meus, & in cor
31. de eorum lex Euangelica radicata manet. Similiter Hiere.
ca.31. Dabo legem meam in viſceribus eorũ,quia Deus per
prædicatores granum doctrinę Euangelicę in viſceribus ho
minum ponit.Granum vero ſinapis dentibus tritum & de-
uoratum,profert acrimoniam , quæ ſubito caput penetrat:
ita doctrina Euangelica , a corde veluti ad caput aſcendit,
quia illuminat intellectum,accendit voluntatem , & reficit
memoriam.Sinapis etiam dapes dulces reddit,ſic etiam Sal
uatoris doctrina,quæ nobis inſipida videntur,condit,& dul
cia reddit,veluti paupertatem,lacrymas, ieiunia, confeſsio
nes,labores & alia quę aſpera videntur:iſta enim omnia per
doctrinam euangelicam(ſi attentas ei aures accõmodamus)
dulcorantur,ſicut ſinapi alia fercula condiuntur. Iſti ſunt ef
fectus Euãgelicæ doctrinæ,ſi in viſceribus quaſi in agro plã
Simili tetur.Sed ita ſe homines circa Euangelicam doctrinam ha-
tudo. bent,ſicut cum grano ſinapis. Quemadmodum enim nonul
li,granum ſinapis per os tantummodo circunducunt,alij dẽ
tibus quidem terunt,ſed cum acrimoniã profert confeſtim





illud eiiciunt ægre illam ferentes.Alij vero prauis humori-
bus ventriculum oppletum habentes,libenter acrimoniam
ferunt,vt eos expellant.Ita nonnulli verbum Dei in ore ſpe
cioſis tantum verbis circumferentes,interius nihil eius ad-
mittunt. Sicut hæretici qui cum corruptiſsime viuant, mag
nifice inflata bucca de verbo Dei proloquuntur, illud in tri
uijs,cõpitis,& plateis,ebuccinantes , Verbũ domini manet
in ęternum.Obſecro quid illis verba Dei obliq.detorta pro
ſunt qui peſtilẽtiſsimis vitijs perditiſsime ſuccũbũt?Sed(vt
hæreticos omitamus)aliqui fidelium,verba Dei in ore tãtũ
habere videntur,qui cũ de virtutibus loquantur,& de audi-
tis in tẽplo concionibus,nihil eorum efficiunt. Nonnulli au
tem in ſe reuerſi doctrinam euãgelicam,cũ deſiderio vitam
in melius commutandi,quaſi dentibus terendo guſtant , ſed
cum eius acrimoniam ſentiunt,confeſtim proijciunt.Sicuti
multos videas,quibus adeo acre videtur,ea quæ vſuris , vel
furto acquiſita retinent,reſtituere,vt ea propter doctrinam
Chriſti faſtidiant,& a vitæ limine retrahantur . Nonnullis
etiam adeo aſperum videtur,proximis iniurias condonare,
vt ne id efficiant , verbum Dei proijciant . Alios itidem
pleroſq. inuenias , quibus adeo terribile videtur,peccati oc
caſiones repellere, vtpote malam ſocietatem,& alia quę vo
luptatem afferunt,vt ne eis priuentur, huius diuini & cęleſ-
tis grani effectibus carere velint . Hi ergo omnes doctrinæ
Chriſti acrimoniam ferre non poſſunt.Alij vero ſunt qui an
teactæ vitæ operibus,veluti prauis humoribus repleti,quo
illos expellant , & ad Chriſti gratiam per pænitentiam ad
mittantur , libenter verbi Dei acrimoniam ferunt , & vir-
tutum opera , quæ primo aſpectu aſpera videntur, efficiunt
ieiunantque , & aſsidue per confeſsionem a peccatis expian
tur , & peccati occaſiones omnino a ſe repellunt. Ad hunc
vero modum granum hoc doctrinę Euangelicę plantatum,

Fit arbor magna.

Eccle. 4.

Pſal.

& ſine impedimēto admiſſum, dictu mirum in quām proceram arborem conſurgat. Eſt autem doctrina Chriſti arbor magna. Primo ſoliditate. Firma eſt terra, de qua Salomō terra autem in eternum ſtat. Firmiſsimum cælum, ſed adhuc firmior eſt Saluatoris doctrina. Sic Dauid. In ęternum domine permanet verbum tuum. Secundo magna arbor eſt fæcunditate & generalitate, nulla enim Philoſophorum doctrina mundum replere potuit, ſicut Chriſti Philoſophia

Pſal.

ideo Dauid dicebat. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes ſed non vt lex tua; Acſi dicat. Philoſophorum ſectę fabulæ ſunt, lex vero tua ideo talem effectum habuit, quia longe alia eſt.

Mar. 4.

Quod Saluator quadam apud Marcum parabola expoſuit dicens. Sic eſt regnum Dei, quemadmodū ſi homo iaciat ſementē in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenū frumentum in ſpica, & cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcē, quoniam adeſt meſsis. Hęc parabola quamuis diuerſimode explicetur a patribus, ad propoſitum accōmodata ſic explicatur; vt per eā Euāgelicæ doctrine exordium progreſſumq. & conſummationem intelligamus. Saluator enim prius Euangelicæ doctrinæ granum in Iudæa ſeminauit; quo peracto moriens obdormiuit; & deinde reſurgens viuus apparuit: Sed illo dormiente & reſurgente granum ſecrete increuit, nocte pariter ac die id eſt in proſperis pariter & aduerſis. Et ſicut velut moriente Chriſto, creſcere videtur; Ita ipſo veluti neſciente, eo quod ita mundum aduerſus Euangelium tumultuari permiſit, ac ſi neſciret, vt libertatis iura hominibus ſeruaret; Sic ergo cum modica principia ipſo exteriori aſpectu euangelium habuerit ſicut herba, mox occupare cepit orbem terrarum, nec creſcere deſinet, donec vniuerſa ſeges maturuerit; quod

tunc



tūnc quidem fiet, cum vniuerſi prædeſtinati vocati erunt, Tunc rediturus eſt qui primus granum in terra plantauit, mittetq. mortis falcem, qua omnibus ſuccifsis, electos in horreum paradyſi reponet. Ex qua quidem parabola ſolum doctrinæ Euangelicæ incrementum & fæcunditatem, explicare voluimus, quamq. generalis ſit. Eſt etiam doctrina Euangelica, magna vtilitate; Quia ramos extendit ad omnes hominum ſtatus, vt in eis nidificare poſſint. Omnibus enim viuendi normam præſcribit, quia Clerici, Laici, Coniugati Virgines, Religioſi, & omnes qui ſuperiora quærunt, in eis nidificare poſſunt. Propterea dicebat Deus Ezechielis ca. 17. In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam, & habitabunt ſub ea omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabunt. Chriſtus enim doctrinam Euangelicam, quaſi cedri medullam plantauit, nō furtim & in abſcondito, ſed in loco ſublimi publice prædicando in Iudæa, vt ipſe coram iniquo iudice conteſtatus eſt. Incrementum vero ſuſcepit per Apoſtolos, & ſucceſſores, & creuit in arborem magnam, quaſi cedrum, in qua tot hominū millia, quilibet (vt diximus) ſecūdum ſtatum ſuum, nidificāt quia ea paſcuntur quaſi cibo, & in ea veluti domeſtici fideles domicilium habent.

Habitent in ramis eius.

Ezech. 17.

Iſta etiam quæ diximus, de fide aptiſsime explicari poſſunt. Comparatur quidem grano ſinapis. Grano autem, & non granis, quia fides vna eſt, Nam Deus de quo eſt fides, quiq. fidem infundit vnus eſt. Sic dicebat Paulus ad Ephe. 4. Vnus Deus vna fides. Et etiam quia credendi ratio vna eſt ſcilicet veritas prima. Pręterea quia natura in qua eſt fides vna eſt apud omnes. Granum ſinapis feruidum eſt, Ita fides ſine Charitate emoritur, cum charitate vero feruorem excitat. Granum ſinapis tritum, acrimoniam, & odo-

Explicatur de fide

Ephe. 4

 rem

rem emittit, ita fides tribulationibus probatur ſicut dice-
1.Pe.1. bat Petrus in ſua prima canonica.ca.1. Modicum ſi opor-
tet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio fidei ve-
ſtræ multo pręcioſior ſit auro, quod per ignem probatur.
Fides ſicut Granũ ſinapis confeſtim ad caput aſcendit; quia
captiuat intellectum, & eum ſibi ſubdit, ita vt propoſitis ad
credendum rebus, acquieſcat. Fides etiam ſicut ſinapis inſi-
pida ſaporoſa reddit ea condiendo, quia fide aduerſa omnia
Hebrę ſuperantur vt late Paulus ad Hebræos oſtendit. Minima
11. quoq. fides in principio fuit immo & nunc videtur, quia
minima ſunt ſecularium iudicio quæ credenda proponun-
tur; vel quia nos minimos fieri per humilitatem docet. Ho
mo vero ſeminans granum hoc, Deus eſt, quia ſolus ipſe fi-
Ephe.2 dem infundit, ſicut Paulus dicebat ad Ephe. 2. Gratia ęſtis
ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum
eſt. Cum igitur minima appareret creuit in arborem mag-
nam, quæ per orbem late ramos ſuos extendit.

Quæ vero de Chriſto, & fide doctrinaq. Euangelica, dixi-
mus. Eccleſię aptiſsime accõmodari poſſunt, nã ex minimis
Simile principijs maxima in cremẽta ſuſcepit. Quod quidẽ ſequen
eſt reg ti Chriſtus parabola de fermento explicauit, quia cũ modi-
nũ cę- cũ ſit, magnam maſſę quantitatem tranſmutat. Fermentum
lorum autem quandoq. peccatum ſignificat; ad quem ſenſum Pau-
fermẽ lus loquebatur 1.co.5. Expurgate vetus fermentum. Hypo-
to. chriſim etiam teſte Chriſto, ſignificat; Qui dicebat Luce.12.
1.Co.5. Attẽdite a fermẽto Phariſęorũ quod eſt hypochriſis, quia que
Lu.12. madmodũ fermentũ totam maſſam corrumpit, ita hypochri
ſis omnia bona opera inutilia reddit. Quãuis enim hypochri
tę bonis operibus incumbant, caſſo & inutili labore cõſum
muntur, nec vnquã apud Deum ſplendere poterunt. Quod
Thre. quidẽ Hieremias deplorabat Thre.4. dicẽs. Quomodo obſ
4. curatũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus. Aurum enim





bonorum operũ quod ſplendere deberet, per hypochriſim
obſcuratur, neq. virtutes ab hypochritis effectę, verũ virtu
tũ nitorẽ habent, ſed apparentem. Significat etiam fermen-
tum prauam malorum ſocietatem, pręſertim hęreticorum.
Ita dicebat Paulus 1.co.5. Modicum fermentũ totã maſſam 1.co.5.
corrũpit, de inceſtuoſo quoddã loquẽs. Longe vero diuerſo
modo in pręſentiarum fermentũ accipitur. Significat enim
verbum Dei, fidem, aut doctrinam Euangelicam, qua totus
mundus veluti fermentatus eſt. Quanuis aptiſsime duo-
decim Apoſtolos ſignificare nonulli dicant, quia cum pauci
eſſent, & infantiſsimi, minimeq. potentes, ſola Spiritus
Sancti virtute præditi, totum orbẽ tranſmutarunt. Hos ergo Quod
duodecim diuina ſapientia ſuſcipins, tribus farinę menſuris, accep
nempe tribus mundi partibus Aſię, Aphricę, & Europę mi tum
ſcuit. Quarum incolas pęne omnes, ad Dei cultũ euerſis eo mulier
rũ ritibus, conuerterunt. Quod inſigne fuit miraculum, ſicut &c.
Auguſtinus contra infideles argumentatur: Vel enim Apo-
ſtoli in ſuæ veritatis, quam populis annuntiabant, teſtimo-
nium, mirabilia opera patrarunt, vel non; ſi effecere miracu
la, vera igitur erant, quę ipſi pręd icabant; ſin minus quid mi
rabilius, aut magis ſtupendum ex cogitari poteſt, quam duo
decim homines, parui vt videbatur momenti, tot prouintias
ad Dei cultum ſine armis ſine eloquẽtia, ſola Dei virtute ab
idololatria reuocaſſe? Profecto tale opus apertiſsime Dei
potentiam oſtendit. Sanſon aſini mandibula mille viros oc- Iudicũ
cidit, quę ſtrages quamuis debilibus armis effecta eſt, maxi- 15.
mam brachij fortitudinem declarauit, Ita Saluator duode-
cim Apoſtolis, tres mundi partes expugnauit, debilibus pro
fecto et infirmis armis; quę quãto infirmiora fuere, eo magis
eius brachij fortitudinem declararunt. Sic enim pręd icatio
nis ſtultitia, id eſt quę hominibus ſtulta videbatur, mundi ſa
pientiam infatuarunt, Et hi duodecim piſcatores fuerunt;

aduerſus quos cum rugirent gentes,coniurarent populi,cõ
tradicerent barbari,diſputarent Philoſophi, coniurgerent
reges,nequaquam præualere potuerunt:ſed omnes expug-
nati ſpiritui ſancto manus dederunt.Significatur etiam (vt
diximus)per fermentum verbum Chriſti,quod ſolet homi
num corda tranſmutare, acceptum nanque mulier abſcon-
dit in farinæ ſatis tribus,quando anima verbum Dei auribus
exceptum,in tribus ſuis potentijs abſcondit,& ita tranſmu-
tatur,Quia intellectus captiuatur,volũtas amore incẽditur,
& memoria recordatione beneficiorum Dei reficitur.Sicut
de beata Virgine Lucas ait,quod verba Dei in ſuo corde cõ
Pſal. ferebat.Propterea dicebat Dauid.Si dormiatis inter medios
cleros pennæ columbę deargẽtatæ & poſteriora dorſi eius
in pallore auri.Duæ ſortes eſſe dicuntur ſuprema & plane
fælix cæleſtis curię, & altera infælicíſsima qua peruerſi in
inferni carcere perpetuo detinẽtur,nos vero inter duas ſor
tes ſumus.Si ergo inter cæli & inferni ſortes dormire cõtin
gat,pennæ columbæ ſint deargentatæ, columba anima eſt
pennæ eius ſunt intellectus& memoria,quibus in altũ volat
ſit ergo intellectus deargentatus argento verbi Dei;de quo
Pſal. ipſe etiã Dauid dicebat Eloquia domini argentum,& etiam
memoria, ita vt intellectus fide ſplendeat, & memoria ſpe
quæ ex verbis Dei efficaciam ſortitur ; dorſum vero colũbę
animæ noſtrę volũtas eſt,quæ auro charitatis palleat;tũc er
gò quiete in hoc mũdo veluti inter duas ſortes dormiemus,
cum intellectus & memoria verbi Dei argẽto ſplẽdẽt,& vo
luntas auro charitatis. Ad hunc modum electi omnes fermẽ
Gene. to verbi Dei,animę potẽtias fermẽtare ſolent.Pincerna Pha
40. raonis,vitẽ vidit,ex qua tres pro pagines erũpebant,& pau
latim floruerunt,fructumq.fecerunt,quem ipſe exprimens
Regi porrigebat,idq.ſignum fuit libertatem quam totiuscõ
ſequuturum,Vitis anima noſtra eſt,ex qua tres pro pagines
erum:



erumpũt,intellectus,memoria,& voluntas,flores emittũt
per intentionem rectam,fructuſq. producũt,intellectus qui
dem fidei,voluntas amoris,memoria vero ſpei. Cũ ergo e-
lectus quiſq.poculum ex talibus virtutibus conditum Deo
offert,ab huius vitæ carcere ſuo tempore eductus ad cæli pa
latium conſcendet.Talis erat Catherina Senenſis quæ ſolo
verbi Dei pane,& altaris Sacramento pene nutriebatur.

## ❡ SIMILE EST REGNVM cælorum homini patri familias qui exit primo mane. Matthæ. 20.

HAEC parabola,quæ inter pręcipuas,quæ a Chriſto
propoſitæ ſunt connumeratur,difficilis eſt, eo quod
varie a doctoribus exponitur,nec facile eſt genuinum, & a
Chriſto intentum ſenſum inuenire,Et ideo in eius explica-
tione diligentiſsime elaborandum eſt.Circa litteram obſer
uãdum eſt:primo apud Iudæos horarum initium incepiſſe,
ab ortu ſolis,ita vt exorto ſole prima inciperet,deinde ſecũ
da & tertia &c,Parabola vero refertur ac ſi in æquinoctio
accidiſſet,nam qui vndecima hora vocati ſunt,Paulo ante ſo
lis occaſum laborauerũt.Et quemadmodum noctem in qua
tuor vigilias diuidebant,ita diem in quatuor partes præci-
puas,ſcilicet mane,tertiam ſextam,& nonam.Denarius ve-
ro numiſma erat apud Romanos,quod vnius diei laboribus
reſpondebat,an autem dragmam valeret atticam,vel tres ſo
lidos parum refert.Cum vero in parabola dicitur.An ocu-
lus tuus nequam eſt?&c.oculus ſecũdum Ianſenium pro in
uido & illiberali ſumitur,quod quidem egregie aliquot au
toritatibus confirmat,Non tamen incongrue oculus nequã
ma-

malam æſtimationem ſignificat, ac iudicium prauum; quaſi diceret paterfamilias. An oculus tuus, id eſt æſtimatio & iudicium nequam eſt? Nunc inquirendum nobis eſt, quis ſit huius parabolæ ſcopus a Chriſto intentus. Cum autem Chriſtus præmiſerit, multi erunt nouiſsimi primi & primi nouiſsimi, certum eſt, ad confirmationem & probationem huius ſententiæ parabolam eſſe propoſitam; præſertim cum eandem inferat in fine. Et ideo ex genuina huius ſententiæ explicatione, Parabolæ ſcopus eueſtigandus eſt.
Lucæ. 13. Hæc vero ſententia etiam habetur Lucæ 13. Cum enim dixiſſet Saluator multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent &c. dixit Multi erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi. Vbi manifeſte apparet, verba illa de Iudæis & Gentilibus intelligenda eſſe; ſcilicet Gentiles qui nouiſsimi vocati ſunt, Iudæis in Regno Dei præferendos. Hic vero apud Matthæ. Cum dixiſſet Chriſtus omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores &c. centuplum accipiet &c, dixit. Multi erunt nouiſsimi primi &c. Ne ergo qui iſta pro Chriſto reliquerant, quique nouiſsimi & abiecti eſſe videbantur, animo conciderent, intulit Saluator. Multi erunt nouiſsimi primi &c. Significare volens, Publicanos & Meretrices Phariſæis præferendos, & Iudęis Gentiles, paupereſque & abiectos diuitibus. Ad eundem igitur ſenſum intelligenda ſunt verba Chriſti hic & apud Lucam, Quemadmodum enim gentiles qui nouiſsimi viſi ſunt, Iudæis qui primi apparebant, præferendi ſunt in Regno Dei; ita pauperes & abiecti, qui omnia pro Chriſto reliquerunt diuitibus, & Publicani Phariſæis præponentur. Sic igitur interprætata ſententia, aperte oſtenditur quis ſit huius parabolæ ſcopus. Vult enim Saluator inſinuare, multos qui in vinea Dei primi ęſtimati ſunt, ſine aliqua Dei iniuſtitia, in Regno Dei nouiſsimos fore, alios autem qui nouiſsimi & abiecti


abiecti ęſtimati ſunt, in regno Dei primos fore: Hoc eſt vt Apoſtoli, & abiecti homines, qui nouiſsimi eſſe vidētur, ſcribis & Phariſęis, & gētiles Iudæis præferantur. Si ſecundum hunc ſcopum parabola explicetur, non debent ſingulæ partes diſcuti, ſed ſcopo præfixo, reliqua omittenda ſunt, ſicut ſuperius admonuimus, alioquim neceſſe erit in aliqua inconuenientia incidere. Secundum igitur ſcopum prædictum ſic explicatur parabola. Regni cælorum nomine Eccleſia in terra militans & in cælo triumphans intelligitur, ſcilicet pro vtroq. ſtatu. Ac ſi dicat. Tale quid in Eccleſia accidit, quale quod patet familias fecit, qui operarios cōduxit. Per vineam vero Eccleſia militans ſignificatur. Pater familias Deus eſt, qui operarios ad laborandum in hac vinea vocare non ceſſat: laborant vero qui vel alios doctrina & exemplo ædificant, vel ſuæ animæ ſedulam curam gerunt. Qui primo vocati ſunt fuere Iudæi, qui Moſi tēpore vocati ſunt, & ipſi primi ante gentiles Euangelij prædicationem audierunt. Qui uero hora tertia, ſexta, nona, vndecimaq. vocati ſunt, gētiles fuere. Primis vero, pretium conſtitutum eſt, alijs vero minime, ad inſinuandū Iudæos quaſi mercenarios Deo ſeruiſſe, Gentiles vero gratiæ Dei confidentes, laborem ſuſcepiſſe. Et ideo adueniente mundi fine, qui ſero dici poteſt, Chriſtus patrisfamilias procurator, qui iudex cōſtitutus eſt ad reddēdam mercedem, omnes ante ſe vocabit. Gentes vero ſolo Dei beneplacito, Iudæis preferētur recipientes mercedem excedentem ſuum laborem, ſcilicet vitam æternam. Iudæi vero temporalem mercedem eis promiſam conſequentur in hac vita, & ita gentiles qui nouiſsimi venerunt ad vineam, primi facti ſunt, Iudæi vero qui primi venerunt poſteriores in præmio fuerunt. Vides ergo qualiter primi nouiſsimi, & nouiſsimi facti ſunt primi? Quod vero in parabola dicitur, omnes eandem mercedem recipiſſe,

ſcilicet denarium, nequaquam ad Chriſti ſcopũ refert, neq.
etiam quid per denarium ſignificetur. Qui enim futuri ſunt
nouiſsimi in regno cælorum (ſecundum hanc interpræta-
tionem,) nequaquam ibi erunt, ſed eiicientur. Nam cum de
iudæis, & gentilibus prefata verba (vt diximus) intelligan-
tur, iudæi increduli minime eandem mercedem recipient;
ſed (vt Saluator ait) in tenebras deiicietur; Idipſum de Pha
riſæis dicendum eſt. Id vero quod in parabola ſequitur pri-
mos indignatos contra patrem familias murmuraſſe, pro
ter gratiã nouiſſimis factã, indicat iudęorũ inuidiã qui indig
ne ferẽt ſibi gẽtes præferri in beatitudine, immo quod ipſis
exploſis gẽtes beatitudinẽ conſequentur. Deus autem illis
reſpõdebit nullam ipſis iniuriam feciſſe, quod gẽtes ſua gra
tia & beneplacito tanto præmio donatæ ſint, cum ipſi rece-
perint mercedem ſibi promiſſam, & cuius gratia Deo ſeruie
rant. Et ita etiam conſtans manet generalis illa ſententia:
Multi ſunt vocati pauci vero electi, qua declaratur quomo
do primi ſint nouiſſimi, quia quamuis vocati nõ tamen elec
ti, cum non eandem mercedem receperint. Iſte videtur lite-
ralis huius parabolæ ſenſus a Chriſto intentus, vt aliqui gra
uiſsimi doctores aſſerunt, quibus ego vehementer aſſentior.

Aliter vero de ſolis fidelibus & regni Dei cohęredibus ex
plicatur hæc parabola, ita vt illa Chriſti ſententia ſic in-
telligatur. Erunt nouiſsimi primi & primi nouiſsimi, id eſt
nouiſsimi erunt tanquã primi, & primi quaſi nouiſsimi, quia
nulla erit ratione prioritatis & poſterioritatis diferentia:
Quibus verbis voluit oſtendere Chriſtus, eos qui poſt Apo
ſtolos poſterioribus tẽporibus vocãdi eſſent nõ debere deſ
perare, nã etiã, quę ipſis Apoſtolis promiſit cõſequi poterãt. Si
militer Apoſtolos quãuis poſtremo vocatos nequaquã Pa-
triarchis & Prophetis ob id poſteriores fore. Huic vero in
terpræt ationi obſtat quod Saluator in fine infert, multi ſunt





vocati &c. nã cũ omnes idẽ præmiũ acceperint omnes videã
tur electi: Non tamẽ mihi diſplicet Cardinalis Caietani ex Caie.
poſitio qui ait. Mirabilẽ Dei diſpoſitionẽ inter electos tan
nouiſsimos quam primos declarari, in diſpoſitione vocato-
rum, & electorum, nam quemadmodum inter multos voca
tos ex gratia Dei aliquot ſunt electi, ita inter electos per ean
dem diſpoſitionem mirabilem nouiſsimi erunt primi.

Pręſsius autem hæc parabola exponitur de fidelibus, quo
rum quidam a iuuentute ſe Dei ſeruitio deuouerunt, Alij
vero iam ſenes a peccati ſomno experrecti, ad Deum cõuer
tuntur, fit enim aliquando vt ſero conuerſi, ſola Dei gratia,
quia maiori conatu lacrymis & pænitentiæ incũbũt, his qui
a iuuentute Deo ſeruierunt præferantur, vel ſi æquale præ-
miũ recipiant, prius quandoq. ad Deum duci ſicut latroni
accidit, qui ſero vocatus, non æquale tantum præmium ac
multi ſed prius recepit, & ita cum eſſet nouiſsimus primus
factus eſt, & alij priores eo, poſteriores pręmiũ receperunt.
Et quod de latrone dicitur, etiam de alijs quibus gratia Dei
communicatur dici poteſt: Ad hunc igitur ſenſum ita pa-
rabola exponenda eſt. Regni cælorum nomine Eccleſia eo
modo quo ſuperius expoſuimus intelligitur. Pater vero fa-
milias Deus eſt, qui cõtinẽter homines ad laboradũ in hac vi
nea vocat. Illi vero laborare dicũtur, qui ſolicite ſuæ animæ
curã gerũt. Ad vineã vero hãc nemo venit niſi vocatus, vocã
tur vero homines nõ ad otio vacãdum ſed ad laborandum.
Quod vero Deus cum operarijs paciſcitur, nõ tam illis quã
ſibi obligatus reſtat, qui ſe ipſum negare non poteſt. Dena-
rius vero diurnus fælicitatem ſignificat. Illi mane vocantur
qui in pueritia Deo ſeruire ceperũt, hora vero tertia, qui in
pubertate, hora ſexta qui matura ætate, hora vero nona, qui
iam declinant ad ſenium, vndecima vero qui in ſenectute vel
vltimo ſuæ vitæ tẽpore vocantur. Per ſero vero mundi finis,

vel vniuſcuiuſq. mors intelligitur. Procurator Chriſtus eſt,
qui operarijs mercedem tribuit. Ipſis vero denarium dat
quia beati omnes eundem Deum vident, quanuis non æqua-
liter. Vel dicendum eſt, contingere aliquando, eos qui poſ-
tremo vocati ſunt ex gratia Dei, æquale præmium cum pri-
mis ſuſcipere; quia quanuis minori tempore, tamen maiori
conatu laborauerunt. Omnes vero maius præmium, quam
quod ſperauerant, recipiunt, quia etiam vltra cõdignum mu
nerantur. Id vero quod ſequitur nempe primos, exiſtimaſſe
plus accepturos, & ideo murmuraſſe, exponit Cardinalis
Caietanus, eſſe motus rationis inferioris & ſenſitiuæ, qui in
beatis eſſe poſſunt, ſicut in Chriſto, qui cũ beatus eſſet dice-
bat. Trãſeat a me calix iſte. Ita hoc murmur nõ voluntatem
integram, ſed imperfectã ſignificat, amplioris gloriæ, quæ
in appetitu ſenſitiuo ſecũdum rationem inferiorẽ inſurgit.
Ianſenius vero ait tantam fore Dei gratiam erga gentes &
ſero conuerſos (idem enim de vtriuſq. iudicium eſt) vt hu-
mano more oriri poſsit in primis aliqua indignatio, Deũ ta
men illuſtraturũ illorum mentes, vel alias reliquis oſtenſu
rum ſe nulli iniuriam facere. Ioannes vero Driedo eruditiſ-
ſime profecto id exponit libro 3. de docmatibus cap. 4. Vbi
ait. Nullam fore in beatis propter Dei gratiam vltimis con
ceſſam murmurationem, non enim id in parabola oſtẽditur,
immo contrariũ debet colligi, ex eo enim quod pater fami
lias iuſta ratione arguit primos habentes oculum nequã, &
docet non habere iuſtam cauſam murmurandi, oſtendi-
tur quod nihil tale in iudicio erit; Sed Deus illuſtraturus eſt
priorum mentes, vt videant ſe nullis iniuriam facere. Vides
igitur ſtare Saluatoris, ſententiam: Erũt nouiſsimi primi &
primi nouiſsimi. Quibus verbis ſecundum hanc expoſitio-
nẽ, optime aptãtur vltima verba Chriſti, Multi ſunt vocati
&c. His enim verbis Saluator nos admonet ne otio torpea
mus



mus, aut pęnitẽtiam ad ſenium vſq. differamus, illorũ exẽplo
moti, qui quãuis in ſenectute laborare ceperũt æquale præ-
miũ habuerũt. Ac ſi dicat Saluator. Nõ ob id ignauiæ dediti
a labore abſtineatis, multi enim ſunt vocati pauci vero elec
ti; quãuis enim multi fuerint qui ad vineã vocati ſunt, & prę
miũ receperũt, pauci electi inuẽti ſunt, id eſt ſic electi, vt cũ
ſero venerint, ęquale pręmium ſuſceperint. Vbi vocatorum
nomine, quotquot præmium receperunt intelliguntur, elec-
torum vero nomine, qui tantam gratiam a Deo receperunt,
vt cum ſero laborare ceperernt, eandem mercedem a Deo
fuerint conſequuti ſignificantur. Hanc parabolæ expoſitio-
nem quod concionatoribus ad mores hominum componen
dos aptior ſit, in ſequenti concione ſequutus ſum.

## CONCIO.

SI incertum mundi præmium ita homines allicit,
vt difficilia quæq. pro ipſo aggredi minime recu-
ſent, ſicuti multos videas, quibus lucrum eſt cordi,
nullos recuſare labores; militeſq. innumera vitæ diſcrimina
adire, vt leue caſtrẽſis honoris præmiũ aſſequãtur; & quãuis
a deſiderio ſæpe fraudẽtur ſpe ipſos excitãte nequaquã cep-
tis deſiſtũt. Infallibilis profecto cæleſtis patrię palma, lõge
nos deberet efficatius excitare, nõ quidẽ ad difficilia, ſed le
uia pro Chriſto obeũda, nẽpe virtutũ exercicia, quæ præter
quã quod ipſa ſtudioſis ſunt pręmiũ inęſtimabilẽ nobis mer
cedẽ acquirũt. Sed ea eſt hominũ in cogitãtia, adeoq. in illis
ſupremę fœlicitatis ſpes extincta eſt, vt irrecuperabilẽ tẽpo
ris theſaurũ, ad promiſſa Dei merẽdũ cõceſſum, pręterire pa
tiãtur; ſolicitaſq. pijſsimi patris voces, eos ad labore vocan-
tis, flocipẽdãt. Sed nõ minor eſt Dei bonitas, quæ ad extre-
mũ vſq. vitę tẽpus expectãs, nõ ſolũ parui tẽporis laborẽ ac

 cipit,

cipit,ſed plerũq.illis qui lõgo tẽporis ſpatio laborauerũt,æ
quat,ſi ex animo indolẽtes amiſsi tẽporis dãna irrequietis la
boribus ſarcire ſtuduerint. Quę omnia propoſita Chriſt⁹ para
bola exprimit,cuius ſcopus eſt,quẽ Saluator præmiſit nẽpe
Erũt nouiſsimi primi,& primi nouiſsimi. Quia in nouiſsimo
iudicij die,fiet vt Dei benignitate qui primi reputati ſunt,
aut prius ad laborãdũ venerũt,poſteriores reputẽtur,& qui
nouiſsimi reputati ſunt,quiq. poſterius ad laborandũ vene-
rũt,illis pręferantur,qui hic primi habiti ſunt, aut prius ad
laborãdum venerũt,& hoc ſine aliqua Dei iniuſtitia , ita vt
nulla contra ipſum iuſta querimonia eſſe poſsit.

Simile eſt regnũ homini in patri familias
Regnũ ergo cęlorũ,regnũ Chriſti,quo infidelibus per fi-
dẽ regnat in terris,& in cęlo per gloriã ſignificat. Quia labo
rare ad militãtes in eccleſia pertinet,mercedẽ vero recipe-
re,ad triũphãtes. Vterq.igitur ſtatus regni cęlorũ nomine cõ
prehẽditur, Iſte paterfamilias Deus eſt,qui triũ familiarũ pa
ter eſt. Quarũ vna victricẽ gentẽ cõtinet,alia vero victã,ter
tia vero militãtẽ. Familia victrix illa cęleſtis eſt,quę de Mũ
Eſa.9. do, Dęmone & Carne triũphauit. De qua Eſa.ca.9.loqueba-
tur. Lętabũtur corã te ſicut qui lętãtur in meſe,ſicut exultãt
victores capta pręda &c. Familia victa illorũ eſt, qui in in-
2.Pe.2. ferno,illis quibus ſuccubuerũt perpetuo ſeruiũt,ſicut Petrus
dicebat. A quo quis ſuperatus eſt eius & ſeruus eſt. Familia ve
ro pręliãs nos ſumus,qui in hoc mũdi ſtadio cõtinẽter aduer
ſus præfatos hoſtes bella gerimus,a quibus nos irriquieto la
bore defendimus. Vinea eccleſia eſt,de qua ſpiritus Sãctus di
Can.8. cebat Can.8. Vinea fuit pacifico in ea quę habet populos,tra
didit eã cultoribus,vir afferet de fructu illitus mille argen-
Vinea. teos. Quaſi dicat (vt Ruper.exponit) Pacificus qui nos cum
Rupertus. deo recõciliãs pacẽ adduxit, vineã habet in ea quę habet po
pulos, Eccleſia in fide plãtata eſt,quę plures populos cõplec
titur,per Abrahę ſemẽ ſtellis cõparatũ ſignificatos. Eſt ergo
paci-



pacificõ vinea,in fide plãtata,quæ fides plures populos com
plectitur. Eã Petro & ſucceſſoribus cuſtodiẽdã cõmiſit. Vir
quilibet,qui in ea ingenue laborauerit,afferet pro mercede de
illius fructu, mille argẽteos,per quos cæleſtis palma ſignifi
catur. Mira vero ſunt,quę Deus in hac vinea plãtauit. Pri-
mo enim theologales virtutes,quę nos immediatius deo cõ
iũgũt; Præcepta decalogi,quibus erga Deũ & proximũ rite
diſponimur; Poſtea virtutes cardinales,quę ſic appellatę ſũt,
vel quia principales,vel quia per ipſas nobis ad fælicitatem
quaſi per cardines aditus patet: ſeu quia ipſis veluti cardi-
nibus tota ſtudioſorum hominum vita circumuoluitur. Do
na etiã ſpiritus ſancti plantauit ; Octo beatitudines; Fructus
ſpiritus ſancti; Opera miſericordiæ ſpiritualia & corporalia.
Quæ omnia ob id plantata ſunt,vt in eis homines exercean
tur. Sic dicebat Deus Hiere.2. Ego te plantaui vineam meã Hiere. 2.
electam omne ſemen verum. Quid queſo his plantis perfec
tius aut iocundius eſſe poteſt? Sed quinam ſint huius vineę la
boratores videamus , qui quidem hac ſimilitudine appare-
bunt. Si forte diuitis alicuius aut præpotẽtis hominis filiũ Similitudo.
ſui patris hæreditate potitum,circumforaneum,& otioſum
vagari per plateas videris,minime miraris,neq. enim ipſum
labore manuum cibum quærere oportet. Si etiam domini-
ca die vel in Sanctorum ferijs,aliquos homines neceſſarijs
quantũuis egentes non laborantes videas,minime quoq. mi
raris,quia eo tẽpore omnes ab opere feriatos eſſe oportet.
Sed neq. ſi loripedẽ hominẽ,aut lumine caſſum,ſiue quouis
alio modo debilitatum videris,non laborantem,permoue-
ris. Verum enim vero ſi hominem valde neceſſarijs egen-
tem , quique vxorem & filios habet , vagari otioſum per
cancellos videris , ſine labore profeſtis diebus & ad labo
rem deſtinatis, miraris profecto vicẽ eius dolẽdo, eo quod
tot neceſſarijs indigens non laboret. Angelis qui in æſti-
mabi-

mabiles Dei diuitias ſola ad ipſum conuerſione hæreditarunt, minime laborandum eſt;ſed nec beatis in patria, qui quaſi perpetua feſtiuitate lætantur. Nec damnatis in inferno qui veluti corpore vitiati;& inabiles ad operandum ſunt. Nobis autem qui laboris tempore, in hoc mūdi ſtadio militamus,& pauperes ſumus, laborare incumbit. Nobis enim quaſi pauperibus dicitur illud Apo.3. Dicis quia diues ſum & locupletatus & nullius egeo,& neſcis quia pauper es,miſer & miſerabilis,pauper,nudus,& cæcus.Si ergo nos egentes ſumus,& in hoc laboris tēpore viuimus,nequaquā otioſi eſſe debemus. Ita Paulus Timotheo dicebat. Solicite cura te ipſum probabilem exhibere Deo operarium irreprehenſibilem. Acſi dicat.Cura taliter te Deo exhibere,vt tua probet opera,& hoc quidem interius, exterius vero oportet te operarium eſſe. Similiter ad Gala.6.dicebat. Bonum autem facientes non deficiamus, ſuo enim tempore metemus non deficientes. Oportet enim bonum facere exteriori opere,non qualiter cumq.ſed inceſſanter, nam ſuo tempore,ſine labore ad ſatietatem fructus colligemus. Similiter ad Theſa.dicebat. Audimus inter vos quoſdam ambulantes inquiete, nihil operantes,ſed curioſe agentes,his autem qui eiuſmodi ſunt,denuntiamus in domino Ieſu,vt cum ſilentio operantes ſuum panem mãducent; Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.Cum ergo nobis laborandi neceſsitas incumbat,quia pauperes ſumus;nihilominus cæleſtis pater,noſtri curam ſuſcipit, continentur ad laborem vocando.

Apo.3.

2.Ti.2.

Gala.6

2.The. 3.

Et quia merces eſt,quæ præcipue ſolet homines ad laborem incitare;Ideo ſolicitus pater, diluculo ad vocandum egreſſus,non ſolum mercedem proponit, ſed conuentionem faciens cum hominibus paciſcitur. Quod profecto diuinæ ergo nos bonitatis inſigne argumentum eſt.Quis enim vnquã pro ſui equi vſu prætium ſoluit? Quis emptitio ſeruo laboris quotidiani mercedē conſtituit? Nos vero vernaculi Dei ſumus ſicut ipſe dicebat per Prophetam. Nunquidnō filij ętiopum vos mihi eſtis,dicit dominus? Et hoc minime obſtat, quo minus nobis,non ſolum mercedem pro labore tribuat,ſed paciſcatur,ita vt operis & laboris ex Dei gratia procedētis quãtitati,beatitudo reſpondeat.Id vero Deus efficit vt ardentius labores aggrediamur. Propterea dicebat per Eſa.Feriam vobiſcum pactum ſempiternum.Paciſcitur nobiſcum Deus,ita vt operibus noſtris beatitudo reſpondeat. Quod quidem pactum ſempiternum eſt, quia indiſſolubile & numquam reſcindi poterit. Sic etiam dicebat per Hiere.ca.33.Si irritum fieri poteſt pactū meum cum die & pactum meum cum nocte,vt non fit dies neq. nox in tempore ſuo,& pactum meum irritum eſſe poterit.Fortius vero pactum eſt quod nobiſcum Deus pepigit, quam quod cū tempore.Hac vero pactione Deus non tam nobis,quam ſibi (qui fidelis eſt, & ſe ipſum negare non poteſt) debitor reſtat.Nos vero ex hac inefabili Dei bonitate,vtilitatem extrahamus.Ita humiliemur acſi omnia ex ſola Dei gratia conſequamur,& eo conatu labores aſſumamus, quaſi ex ſolo noſtro labore merces dependeat.

Cōuētione autē facta cū operariis.

Amoſ. 9.

Eſa.55.

Hiere. 33.

Dei vero erga nos bonitas vel obid manifeſta eſt, quod nō ſemel aut bis,ſed diluculo & omnibus fere horis ſolicite vocat; Nec vocat ſolū,ſed ad vocandū exit.Sic dicebat Hie. 7.Locutus ſum ad vos mane cōſurgēs,& nō audiſtis;& vocaui & nō reſpondiſtis. Quibus verbis magna Dei ſolicitudo noſtræ ſalutis declaratur, Quidã vocati mane proficiſcūtur; illi ſcilicet qui cū primū ratione vti ceperūt,ad Deū cōuerſi, perſtiterunt,ſicut Ioannes Baptiſta & alij. Fælices hi de quibus dicebat Dauid.Mane aſtabo tibi &c.Quaſi dicat.Cum primum mihi mane rationis illuxit, ad te conuerſus ſum. Et alibi veſpere mane & meridie.Alij terrenis cupiditatibus

Et egreſſus circa horã tertiã &c. Hiere. 7.

Pſal.

 allecti

allecti a virtute deſciſcétes Deũ offenderũt; hos Deus diuer
ſis horis vocat, videlicet, tertia, ſexta, & nona, & vndecima;
quia quoſdã in iuuẽtute, alios in virilitate, quoſdã in ſenium
declinantes, alios vero iam ſenes vocat, prout diuerſis tẽpo
ribus vitam in melius commutantes Dei gratia per pęniten
tiã reſipiſcũt. Has vero Dei vocãtis voces inſenſibiles profe
cto ſunt, qui nõ ſentiũt. Loquitur enim & vocat nos Deus in
teriori inſpiratione, vel pręedicatorũ vocibus, ſeu tribulatio
Iob.4. nibus, & infinitis alijs modis. Sic dicitur Iob.4. Ad me factũ
eſt verbũ abſcõditum & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea ve
nas ſuſurri eius. Quaſi dicat, Secreto mihi Deus locutus eſt,
& veluti furtiue ad aures noſtras ſuſurrat. Sed nonulli adeo
ſurdis auribus Dei voces eludũt, vt quaſi hora tertia, ſexta et
nona ſcilicet diuerſis ſuę vitę ſtatibus vocati, prius iuuẽtutis,
florẽ, & virilitatis fructũ marceſcere ſinũt, quã, velint Dei
vocibus attẽtas aures accõmodare, & ad ſeniũ vſq; pęnitẽtiã
procraſtinãtes otio vacare nõ erubeſcũt. Quę quidẽ extremę
Simili demẽtię exiſtimatio eſt. Veluti ſi ruſticus ligna cędẽs faſci-
tudo. culũq; efficiẽs, ſi eũ ferre prępõdere nõ valeret, ſtultus pro-
fecto eſſet, ſi plura ligna cęderet, quonam ſiquidẽ pacto laſ-
ſus faſciculũ iã ceſsis lignis maiorem, portare poterit? Ita hi
quibus grauis pænitẽtia in iuuẽtute videtur, & indies quaſi
ligna cedũt, peccata peccatis addẽtes, creſcẽte peccatorũ põ
dere, & ipſi Iã ſenio graues & laſsi, quomodo pænitẽtiæ la
bores ferre poterũt? Sed minime deſperãdũ; nã quolibet hu
ius vitæ momẽto pænitẽdi locus eſt. Vbi in æſtimabiles mi
ſericordiæ Dei diuitias intueri licet; Hos enim vocat etiã in
crepãs, quod toto veluti ſuæ vitæ tẽpore otia terãt. Quibus
Hierc. dicebat per Hie. 7. Miſi ad vos omnes ſeruos meos Prop-
7. hetas per diẽ, & cõſurgens diluculo, & mittẽs & non audie
runt me, nec inclinauerant aures ſuas, ſed indurauerunt cer-
uicẽ ſuã. Acſi Deus diceret, Magnã erga vos ſolicitudinem
habui,



habui, qui vocaui diluculo per prædicatores, & per diẽ, id
eſt toto tempore vitæ veſtræ, & non audiſtis, ſed abduraſtis
ceruicem per obſtinationem; nunc ſaltẽ ſenio confecti, poſt
tot peccatorũ tenebras, euigilate ad laborẽ, quouſq; tandem
otia teritis? Talibus aptiſsime dicitur Eccleſiaſtici 2. Cõiun Eccle.
gere Deo & ſuſtine, vt creſcat in nouiſsimo vita tua. Quaſi 2.
dicat. Accede per pænitẽtiã ad Deũ, qui tot annis ſeparatus
fuiſti; ſuſtine pænitentiæ labores, vt ſaltẽ hoc nouiſsimo ſe-
nectutis tempore vita tua, quæ tot annis vacua laborũ meri-
tis extitit, creſcat per pænitentiã, & charitatis feruorẽ, & a
vicioſa in ſtudioſam cõmutata, cumulũ meritorum acquirat.
Adeò vero nõnullorũ vita per gratiã Dei in nouiſsimo creſ
cit, vt pluriũ aliorũ vitam, qui prius laborare ceperunt ex-
cedat. Ita enim peccatum deteſtantur, tantoq; conatu virtu
tum laborem aggrediuntur, vt iuſtiſsime inter primos col-
locari poſsint. Sicut vſu plerumq; euenire videmus, curſorẽ Simili
in ſtadio, a ſigno poſterius egreſſum, curſus velocitate pri- tudo.
mos tranſgredi, qui non ita veloci curſu ad metam prope-
rant. Ita multi quamuis ſero virtutum opera aggrediantur,
ita Charitatis intenſo feruore peccatum abominantur, &
ſtudioſius operibus incumbũt, vt nequaquam mirum ſit, prio
res eos aſſequi immo tranſgredi. De eis dicebat Baruh, cap. Baruh.
4. Sicut fuit ſenſus veſter, vt erraretis ab eo, ita decies tan- 4.
tum conuertentes requiretis eum. Effrenis enim aliquorum
impetus eos a Deo abſtraxit, & multis annis ab eo deuiare
fecit; qui conuerſi per pænitentiã, maiori in decuplo conatu
ipſum quærunt; ſicut Magdalena Paulus & alij, qui feruen-
tiores immo perfectiores alijs, multis euaſerunt, quia quan
uis breuiori tẽpore, feruẽtius laborauerunt, ſicut de ſe Pau
lus ait. Abũdãtius omnibus laboraui, non ego ſed gratia Dei 1.Co.15
mecũ. Id quod aperte & ad propoſitum accõmodatius dici
tur Eccleſia. 33. Ego nouiſsimus vigilaui, & quaſi qui colli- Eccle.
P 2 git 33.

git azimos poſt vindemiatores, in benedictione & ipſe ſperaui, & quaſi qui vindemiat, repleui torcular. Quaſi dicat. Ego qui tota die, ſcilicet toto pene vitæ meæ tẽpore, peccati ſomno oppreſſus dormiui, nouiſsimus ſcilicet vndecima hora ſenectutis, quaſi experrectus vigilaui, & ad Dei vineã laboraturus accedẽs, poſt vindemiatores pergẽs, qui me prius præcedebãt, veluti azimos collegi, ſed in gratia Dei ſperãs, qua me benedixit, repleui meritis mentis torcular, æque ac

Sapi.4 ſi vindemiator integer fuiſſem. Sic etiã Sapi.4. dicitur Cõſummatus in breui impleuit tẽpora multa, Acſi diceret. Quãuis breui tẽpore laborans cõſummatus ſit, tamẽ feruẽter o-

Eccle. 18. perãdo, quaſi tẽpora multa repleuit meritis. Similiter Eccl. 18. dicitur. Ne verearis vſq. ad mortẽ iuſtificari, quia merces Dei manet in ęternũ. Quaſi dicat. Quãuis tot annis iniuſtus fueris peccatis indulgẽdo, antequã moriaris iuſtificari potes, ne ergo verearis quolibet huius vitæ momẽto vſq. ad mortẽ iuſtificari, & ad Dei voces aſsidue vocãtis euigilare, nam

Cũ ſero eſſet factum. Pſal. merces Dei tibi etiã cõtinget, quę in æternũ manet; Nã cũ ſero iudicij vel mortis aduenerit dei retributio præſto eſt. Sic Dauid, Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ ecce hæreditas. Certiſſima eſt Dei retributio, quod quidẽ ad laborẽ nos vehementer incitare deberet. Quia vt Paulus ait ad Ro.5. Spes nõ cõ-

Eccle. 51. fundit. Et Eccle.51. dicitur. Operamini opus veſtrũ ante tẽpus, & dabit vobis mercedẽ veſtrã, in tẽpore ſuo. Qui enim ante tẽpus mortis ſuũ debitũ opus operãtur, a Deo iudicij tẽ-

Pro.11. Sap.2. pore mercedẽ recipiẽt. Sic etiã Pro.11. dicitur. Seminãti iuſtitiã merces fidelis. Et Sap.2. Reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, ideſt dedit mercedem debitam.

Voca operarios &c. Ioa.13. Propterea paterfamilias dixit procuratori ſuo. Redde illis &c. Procurator Chriſtus eſt, qui formam ſerui accipiens veluti æconomus patris factus eſt; quia rerum õmniũ diſpẽſatio ipſi credita eſt. Sicut Io.13. dicit. Omnia dedit ei pater in ma-



in manus. Daniel ca.7. vidit in nubibus cæli, quaſi filium hominis, qui ad antiquum dierum peruenit, a quo honorem & poteſtatem accepit. Saluator enim a patre poteſtatem accepit in cælo & in terra, præſertim iudiciariam, quam ſua paſſione promeruit. Propterea dicitur Iob.36. Cauſa tua quaſi Iob.36

impij iudicata eſt, iudicium & cauſam accipies. Quia enim Saluatoris cauſa iuſtiſsima, ac ſi iniqua eſſet, a Iudæis iniuſtiſsime iudicata fuit, propterea totius mundi cauſam, & iudiciariam poteſtatem accipere meruit. Ideo ad ipſum pertinet operarijs mercedẽ iuſtã reddere, ideſt ſuis meritis reſpõdentẽ; hoc enim reddere ſignificat: operibus enim gratia Dei cõfectis, ſecũdũ iuſtitiã gloria debetur, ex cõuẽtione ſuperius explicata, qua ſe Deus aſtrinxit ſibi, quia ſe ipſum (vt Paulus ait) negare non poteſt, qui nobiſcũ ex miſericordia dignatus eſt paciſci; quod enim nobiſcum voluerit paciſci, gratia fuit, ſed quod promiſſa cõpleat, ſuę iuſtitię debitũ eſt. Ideo Paulus Rom.4 dicebat. Ei qui bene operatur, merces Rõ.4.

nõ imputatur ſecũdũ gratiã, ſed ſecũdũ debitũ. Merces enim operibus in gratia cõfectis debita eſt, ſicut de ſe Paulus dicebat. 2. Ti.2. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Et 1.co.3. Vnuſ 2.Ti.2.

quiſq. propriã mercedẽ recipiet ſecũdũ ſuũ laborẽ, id eſt quę 1.Co.3.

ſuo labori reſpondeat. Per Denariũ beatitudo ſignificatur, quæ finẽ nõ habebit, ſed perpetua erit, ſicut denarius rotundus eſt, & omnes numeros cõprehẽdit, quia in beatitudine bona cũcta cõtinẽtur, quæ noſtrũ appetitũ ſatiabũt. Et que- Similẽ

madmodum qui pecunias habet, omnia ſe habere exiſtimat, quia ipſis omnia cõparantur; ita beatis nihil deeſt, ſed cum omnia videant in Deo, omnibus potiũtur. Beatitudo vero omnibus ſecundũ obiectum eadem eſt, quæ quidẽ ex diuerſa participatione obiecti variatur. Sic dicebat Paulus 1.Co. 1.Co.15.

15. Stella differt a ſtella in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Quemadmodũ enim ſtellæ omnes a ſole claritatẽ habẽt, Similitudo.

 ſed

ſed non æqualiter; Ita beatis omnibus vnus Deus eſt,ſed nõ æqualiter participatus. Quãuis ergo in parabola dicatur, primos & nouiſsimos eandẽ mercedẽ recepiſſe nẽpe denarium; nõ tamẽ in re per parabolam ſignificata, intelligendum eſt eandem omnium eſſe mercedem. Sed id ſolum ſignificatur multos ſero ad laborem veniẽtes, aliquibus primo veniẽtibus in pręmio ęquari, Ita vt nouiſsimi primis, & primi nouiſſimis pares quandoq. ſint. Vel intelligitur, eos, qui primas partes in Eccleſia tenere videbantur, poſtremos quandoq. fore, in remuneratione; qui vero multorũ iudicio viſi ſunt nouiſſimi, fore primos. Dei enim æſtimatio diuerſa eſt a mundi æſtimatione. Sicut per Eſa. 55. dicebat Deus, Non enim

Eſa. 55.

cogitationes meæ. Neq. viæ meæ viæ veſtræ. Multos enim primos eſſe æſtimamus, qui Dei iudicio poſtremi ſunt, & poſteriores aliquos credimus, qui ſunt priores. Ioſeph duos habebat filios Manaſſẽ & Ephraim, ſed Manaſſes primus erat

Gene. 43.

quia primogenitus, Ephraim ſecũdus & poſterior natu erat; ſed cũ eos ad patrẽ ſuũ duxiſſet, vt eos benediceret poſuit Manaſſẽ ad dextrã, Ephraim vero ad ſiniſtrã, ſed Jacob (quãuis ambos diligeret) commutatis manibus, dextram ſuper Ephraim poſuit, ſiniſtrã vero ſuper Manaſſem, declarans Ephraim priorẽ corã ſe fore. Ita hominum ęſtimatione multi priores ſunt, qui ante Deũ cõſtituti poſteriores apparebũt. Nullus enim penetrare poteſt iudiciorũ Dei Abyſſũ, & incõparabiles bonitatis illius diuitias; Qui multos iam ſenes ad laborẽ vocatos, ſua gratia primos facit abſq. aliqua aliorum iniuria, multiſq. ſero conuerſis, & tarde pænitentibus daturus eſt mercedem æqualem illi, quam daturus eſt mane venientibus & diutius laborantibus, & hoc ſine iniuria. Quia quãdo alteri fit gratia, alijs propterea nõ fit iniuria. Tanta vero erit Dei bonitas erga eos qui in fine vitę ſuæ recte viuere inceperint, vt ex hoc in primis, ſecũdũ morẽ humanũ, oriri poſſet

Amice non facio tibi iniuriã &c.



poſſet aliqua indignatio, Deus vero omnibus oſtendet, illorũ mẽtes colluſtrãdo, nulli ſe facere iniuriã. Ex hac vero inexhauſtabili Dei bonitate & miſericordia, nõnulli aranearũ more, venenũ vanę cõfidẽtiæ hauriũt. Cõſiderãtes enim inexhauſtos diuinę miſericordię theſauros, vicijs indulgẽt iuuẽtutis tẽpore, vaniſsime præſumẽtes nũquã ſibi eos defuturos, quãtũuis ſcelerate viuãt, & ideo ad ſeniũ imò ad mortẽ vſq. pęnitentiã diferũt. Quo profecto ſub ſole nihil inſanius eſſe poteſt. Quid enim ſtultius quã ex his quæ rariſsime accidunt, grauiſſimæ rei euẽtũ moderari? Rariſsime enim accidit, vt qui toto ſuæ vitæ tẽpore effuſe vicijs ſuccubuere, in morte reſipiſcẽtes vere pęniteant. Cũ ergo paucìſsimi ſint, qui ſero cõuerſi videlicet vel decrepita etate, vel in morte, ex animo indolẽtes Dei gratiã fuerint promeriti, Quid dementius quã in re grauiſsima paucorum exempla periculoſiſsime ſequi?

Hoc eſt quod Saluator ſequẽtibus verbis inſinuare voluit dicẽs Multi ſunt vocati pauci vero electi. Quaſi dicat, quanuis Deus ſero conuerſis quãdoq. eandẽ quã primis mercedẽ largiatur, no propterea præſumptuoſe ad ſeniũ vel ad mortem vſq. pænitentiam & labores diferatis, Quia licet multi fuerint ad laborãdum vocati, pauci electi inuenti ſunt, ideſt ita electi quod cũ ſero fuerint cõuerſi, æquale cũ primis pręmiũm conſequantur. Ne igitur paucorum exempla ſequamini; raro enim iſta contingunt. Imò qualis vita talis mors ſequitur raroq. computus iſte fallere ſolet. His namque qui caute & ſtudioſe vixerũt, ſanã Deus mẽtẽ cõcedere ſolet vt bene et pie a peccatis expiati per ſacramẽta, moriãtur. At cõtra illis qui perditiſsime vitã tranſigerũt, in pęnã Deus pænitẽdi tempus minime quandoq. dat, ſicut de Eſau Paulus ad Hæb. 12. refert. Auguſti. etiam ait. Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriẽs obliuiſcatur ſui, qui viuẽs oblitus eſt creatoris ſui. Et ita pleroſq. videas cũ infirmi decombũt ardens

Multi ſunt vocati &c.

Hebre 12.

Auguſtinus.

ardenſq. febris intus graſſatur, mota mente delirantes emo-
ri. Propterea ſapiens Eccleſiaſtes. 7. grauiſsimis & ad pro Eccle. 7.
poſitum accõmodatis verbis hortatur dicens. Ne impie agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore nõ tuo. Ac ſi diceret Quanuis aliquando diabolicæ tentationis impulſu percitus ſuccumbas, ne ita obfirmato contra Deum animo pecces, vt totum pene tuæ vitæ tempus vitijs indulgendo abſumas, Noliq. ſtultiſsime labores & pænitentiam ad ſenium, vel ad mortem vſq. differre, neforte in pænã moriaris in tempore non tuo. Illi tempore ſuo moriuntur, qui horæ mortis poteſtatem habent, qui ſcilicet religioſe prius a peccatis per confeſsionem expiantur, diuiniſsimoq. auguſtiſsimæ Euchareſtiæ cibo paſti, & oleo ſacro inuncti decedũt. Illi vero in tẽpore nõ ſuo moriũtur, que vel morbo prægrauante ante mortem mota mente delirãt, vel qui iſta nequaquam voluntate integra, ſed frigide ſine eo quod ex animo indoleãt, ita Eccleſia compellente, perficiunt. Ex quibus omnibus inferre licet, poſſe homines etiã decrepitos, vere ante mortem, & in ipſa morte pænitere, quanuis rariſſime accidat; Obidque extremam eſſe dementiam pænitentiæ labors ad ſenium vſq. differre. Ideo Salomon Eccle. vlti-
mo hortatur. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis Eccle. vltimo.
tuæ antequam veniat tempus afflictionis tuæ & appropinquent anni, de quibus dicas non mihi placent, antequam obtenebreſcat ſol, & lumen, & ſtelle, & luna, quando commouebuntur cuſtodes domus, & nutabunt viri fortiſsimi, & otioſe erunt molentes in minuto numero, & obtenebreſcent videntes per foramina &c. Quæ verba piiſſime & vtiliſsi-
me a beato Antonino exponũtur in hunc modum. Memi- D. Antonin.
niſſe oportet creatoris in iuuentute antequam ſenectutis anni veniant de quibus homines propter comitantes eos labores dicũt. Non mihi placent. Tunc obtenebreſcit ſol quia intel-



intellectus acies per ætatem ita obtunditur, vt pleroſq. ſenes cum ad decrepitam ætatem deueniunt repueraſcere & deliros quandoq. videamus. Ratio etiã, & exteriores ſenſus per lunã & ſtellas ſignificati, deficiũt, Cõmouẽtur etiã cuſtodes domus, quia oſſa quibus corpus continetur, in ſenectute per iuncturas laxantur, nutantq. viri fortiſsimi quia crura quæ propter fortitudinẽ corpus ſuſtẽtãt debilitãtur, molareſq. in ſenectute in paruiſsimo numero ægre mandunt, oculiq. qui per foramina reſpiciunt in ſenectute caligantes obteneb reſcunt. Cũ igitur hęc mala ſenectutẽ comitentur, ſtultum profecto eſt ad ipſam pęnitenriæ labores differre. Ergo dũ
tempus habemus operemur bonum, vt in vinea Dei Egre- Gala. 6.
gie laborantes, præmium mereamur.

# EXIT QVI SEMINAT SEminare ſemen ſuum. Lucæ. 8.

QVANVIS hæc parabola celeberrima ſit non admodum ad interpretandum difficilis eſt, quia non tot expoſitiones patitur, ſicut præterita, eo quod Saluator eam expoſuit. Occaſio vero proponendæ fuit multorum hominum turba, ad audiendum verbum Dei confluentium, quæ ante Chriſtum denſabatur, a qua quia premebatur nauem conſcendit, & ex ea cepit docere. Ad literæ vero corticem intelligendam: conſiderandus eſt campus quidam ad ſeminandum excultus, cuius pars quædam iuxta viam ſit, alia petris conſperſa, altera vero quæ exterius quidem exculta videatur, interius vero ſpinarum radices conditas habeat; alia autem ab his impedimẽtis libera, diligenter ſit exculta:

Aduenięs aũtẽ colonus & ſeminare incipiens,ſeminis pars
iuxta viam cadat quam prætereuntes conculcant, & volu-
cres ipſam deuorant, & ita infrugifera redditur. Alia vero
in petroſam partem decidat quæ exurgat quidem, ſed quia
non habet profundam terram caretq. humore confeſtim
deperditur, quia exterius tantũm erumpit. Tertia vero
ſeminis pars etiam areſcit quia ſimul exortæ ſpinæ eam ſuf-
focant. Quarta vero in exulta terra decidens fructum uber-
rimum fecit. Hoc pacto litera intelligenda eſt,non enim cõ
ſulto ſeminans in via, vel iuxta petras,aut in ſpinis ſemina-
ret. Scopus vero Chriſti in hac parabola eſt, oſtendere om-
nibus,nõ ſat eſſe audire verbũ Dei,quia minime in omnibus
fructificat,non ex ſeminis cauſa,aut vitio,ſed ex audientium
deffectu propter craſsitudinem cordium aut grauitatem au
riũ,Propterea Saluator vociferabatur·Qui habet aures au
diendi audiat, quia quæ proponebat opus habebant diligen
ti animaduerſione ad intelligendum ea. Quibuſdam vero
non datæ ſunt aures ad audiendum, ſicut Moſes teſtatur
Deu. 29. Deu.29. Non dedit vobis Deus cor intelligens , & oculos
vidẽtes,& aures quę poſsint audire. Apoſtoli vero (vt Mar
cus ait duo a Chriſto quęſierũt . Primum quare in parabo-
lis loqueretur,deinde rogant quę eſſet hæc parabola. Et ita
Saluator ad vtrumq reſpõdet. Et primo quare in parabolis
loqueretur duas cauſas aſsignãs. Prima eſt. Vobis datum eſt
&c, Bonis enim quales erant diſcipuli Chriſtus , in para-
bolis loquebatur,vt magis accenderentur eorum animi , ad
myſteria regni Dei intelligẽda, deſiderio cognoſcendi quæ
in parabolis Chriſtus proponebat, Reprobis vero quales e
rãt Phariſęi in parabolis loquebatur,vt illis myſteria occul
taret. Propterea dixit. Vt vidẽtes nõ videant,& audiẽtes nõ
Eſa. intelligãt &c. Et ad hoc teſtimoniũ Eſaię adducit vt refert
Matt.addens illud Qui enim habet dabitur ei & abũdabit,ab
eo autem



eo autẽ qui nõ habet, & quod videtur habere auferetur ab
eo. Quæ verba varie a patribus exponuntur, ex quibus ea
quę mihi genuina videntur collegi. Vobis qui ſincere in me
creditis & auide myſteriorũ ſecreta cognoſcere deſideratis,
maior illorũ notitia cõcedetur, Illis vero qui foris ſunt,quia
obfirmato mihi animo reſiſtẽtes,fidẽ nõ habẽt nec ſincerum
ſciẽdi deſideriũ,ideo nõ ſolũ quod habent diuinæ cognitio
nis ſed quod habere videtur auferetur ab eis,vt veluti amẽ
tes & cęci maneãt. Chry.,autẽ & Hierony.ita interpręt ãtur Hiero ny. Chry.
hæc verba. Qui habet fidẽ dabitur ei amplior Dei cognitio,
qui vero no habet fidẽ,etiã quod naturaliter bonũ poſsidet,
auferetur,abeo. Alij ſic. Qui habet Charitatẽ dabũtur ei a-
lię virtutes,ab eo vero qui no habet,auferetur aliud bonum,
quod videtur habere. His pręfixis facilis eſt parabolę inter-
pretatio quã Chriſtus tradidit. In qua quamuis aliquę locu-
tiones durę videntur, nõ propterea obſunt ſpirituali intelli
gentię. Nã a Matthæ. & Marco. homines ſeminati dicun- Matt. 13.
tur,non quod ipſi ſint ſemen , ſed quia ſemen recipiunt , ſi-
cut ager dicitur ſeminatus quia ſemen in eo iactum eſt. Si Mar.4
quot vero aliæ huiuſmodi reperiantur, facile exponentur.
Quatuor ergo hominum genera verbum Dei audiunt . Pri
mi ſimiles ſunt terræ iuxta viam poſitæ quæ omnibus con-
culcatur , cor enim adeo patens & ad quæuis ſine diſcri-
mine expoſitum , & alio per diabolum detortum habent,
vt verbum Dei obiter & ſine aliqua conſideratione ſuſci-
piant, & ita quia ipſis non hæret, aduolans diabolus ipſum
rapit,antequam fidem vel alia ſtudioſa opera producat. Cu
ius rei cauſa eſt , quia cor quaſi viam habent, mundanis co-
gitationibus a quibus præmuntur expoſitum. Diabolus ve-
ro per volucres cæli ſignificatur , eo quod in aere calig-
noſo mundi verſetur, & propter naturæ ſubtilitatem &
velocitatem , qua vſi verbum Dei a cordibus hominum

auferunt. Alij vero petroſæ terrę comparantur, & quanuis
aliquibus videatur id non eſſe propter cordis duritiam, nul
lum tamen inconueniens eſt dicere, eos petris aſsimilari
propter duriciam. Et illis potius qui petris comparantur,
cordis duritia attribuenda eſt, quam illis qui terræ iuxta
viam aſsimilantur, Sed vnuſquiſque, vt velit ſentiat. In his
ergo auditum verbum naſcitur quidem, & veluti per her-
bam fructum pollicetur, ſed quia radices profundius emit
tere non poteſt, adueniente tentatione, & peccati occa-
ſione, quaſi æſtu ſolis areſcit. Alij vero ſunt qui verbum
Dei non ſolũ audiunt, ſed & ipſum in corde recipiunt, fructi
ficatq. in eis, ſed cum in eorum cordibus cura etiam & ſoli-
citudo rerum temporalium & diuitiarum ſit, ab ea verbum
Dei ſuffocatur. Nec a diuitijs ſolum, ſed a voluptatibus & cõ
cupiſcentijs verbum Dei obſtruitur. Spinæ vero diuitiæ &
voluptates appellantur quia (vt Gregorius ait) curarũ pũc-
tionibus mentem cruciant, & remorſu admiſsi peccati men
tẽ torquent. Quarti vero ſunt qui in corde bono verbũ au-
ditum retinent, quod fructum varium producit, Sed quã pul
chre Lucas Euangeliſta hos ab alijs tribus ſecernat notandũ
eſt. Nam per hoc quod verbum in corde retinent, a primis
diſtingũtur qui cor habẽt patẽs. Ex eo vero quod ait in cor
de bono, ab illis qui inter ſpinas verbum recipiunt differũt.
Per id vero quod ait eos afferre fructũ in patiẽtia, ab his qui
petroſæ terræ comparantur diſtinguntur. Quis vero ſit cen
teſsimus fructus, ſexageſsimus & trigeſsimus late in concio
ne cum alijs quæ ad mores pertinent explicabimus.

## CONCIO.

CAELESTIS pater obſcuris mundum tenebris
inuolutum miſeratus, poſt tot Prophetas, quos ve
luti legatos præmiſerat, e puriſsimo ſuę lucis fon-
te, ve-



te, veritatem miſit, vt diuina ſemina in aſperis & incultis ho
minũ cordibus iaciendo, recta eos ad immortalitatem per-
duceret. Et in hoc laborioſo & periculoſo verbi Dei magiſ-
terio, tres vltimos ſuæ peregrinationis annos abſumpſit; ſuc
ceſſores poſt ſe relinquens, qui ſpiritualium fructum ſemi-
narium continenter exercerent, ne quando in mundo defice
rent, qui hoc verbi Dei magiſterium proſequerẽtur. Ex qua
Dei ſolicitudine patet, quo ſtudio a nobis cauendum ſit, ne
verbi Dei ſemen, noſtris in cordibus ſeminatum depereat.
Quamq. ſeuero examine Deus a nobis repetat tantæ boni-
tatis curam, quã pro nobis geſsit. Ideo Paulus ad Hebræos Hebrę
2. dicebat. Propterea oportet abundantius nos obſeruare 2.
ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui
per Angelos dictus eſt ſermo firmus factus eſt, & omnis
præuaricatio & inobedientia dignam accepit mercedis re-
tributionem, quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexe
rimus ſalutem? Quia cum initium cæpiſſet enarrandi per
dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt. Qua-
ſi dicat. Ea propter quæ nobis a prædicatoribus annuntian
tur, obſeruare debentur, ne velut confracta vaſa effluа-
mus, Nam ſi Prophetarum verba adeó firma fuere; quod
inobedientes & rebelles, confeſtim Dei vltionem ſentie-
bant; quomodo nos ſeuerum eius examen fugiemus, con-
temnentes tantam prædicatorum abundantiam? Nam cum
primo Saluator ſuam doctrinam ſparſerit, per eos qui au-
dierunt, multis Spiritus Sancti donis, in nos confirmata
eſt. Id nobis Saluator propoſita hac pulcherrima parabo
la declarauit: cuius ſcopus eſt edicere omnibus, non ſatis
eſſe verba prædicationis audire. Nam quanuis multi ſint
auditores, in paucis verbum Dei fructificat. Quod quidem
non ex ſeminis aut ſeminantis vitio, ſed ex eorum deffec
tu qui ſemen recipiunt, prouenit. Sed quam apte verbum

Semé. prædicationes ſemini comparatur videamus. Semen in na-
tã habet intrinſecã & viuacem quandam virtutem ſe ipſum
conſeruandi, & ideo plantatum (ſi impedimenta non ob-
ſint) non deſiſtit quouſq. ſimile ſibi producat, ſicut in fru-
menti grano manifeſte apparet. Quod in terra planta-
tum, ſua virtute terram veluti in ſe conuertens herba fit,
deinde ſpica, & non ceſſat quouſq. multa ſibi ſimilia grana
producat, & ſic conſeruetur & permaneat. Ita verbum Dei
in cordibus hominum plantatum ipſos veluti in ſe conuer-
1.Pe.1 tens, ſui ſimeles efficit, vt in ipſis conſeruetur, Propterea
Petrus dicebat. Renati nõ ex ſemine corruptibili ſed incor
ruptibili per verbum Dei viui & permanentis, quia om-
nis caro fœnum, & omnis gloria eius vt flos fœni, verbum
autem domini manet in ęternum, et hoc eſt verbum quod
euangelizatum eſt a nobis. Acſi diceret. Iterum nati ſumus
ex ſemine verbi Dei, quod quidem in corruptibile eſt &
permanens, quanuis enim caro omnis corrumpatur tamen
verbum Dei ab vno in alium hominem tranſiens conſerua-
tur & permanet in æternum, tale vero verbum eſt quod
euangelizatum eſt a nobis. Preterea quod ſemen in terra
efficit, id verbum Dei in corde, quod quidem in medio
hominis (ſicut terra in medio mundi) conſtitutum eſt, & eſt
principium omnium fructuum ſiue malorum ſiue bono-
rum ſicut mater. Quemadmodum ergo niſi ſemen in
terra plantetur, fructum efficere non poteſt; Ita niſi verbum
Dei in corde ſuſcipiatur, ſpiritualem fructum producere
minime valet, quanuis auribus aut oculis legendo excipia-
tur. Et ſicut terra niſi in ea fructiferum ſemen iaciatur, her
bas inutiles producit; Ita cor hominis ni verbo Dei nu-
triatur, inutilia opera ex ſe producit. Deinde ad hoc vt
terra fructuoſe ſemen recipere poſsit, ipſam prius ara-
tro proſcindere oportet, & ab inutilibus herbis expur-
gatam



gatã colere; ita cor vt fructuoſe verbum Dei recipiat, opor
tet ipſum prius anoxijs expurgari; & diligenter coli ſicut
dicebat Hieremias ca.4. Nouate vobis nouale & nolite ſe- Hiere.
rere ſuper ſpinas. Demum, ſicut ſemen non ſola virtute ter 4.
ræ ad frugem peruenire poteſt, ſed pluuia indiget & cæ-
leſtium corporum influxu; ita verbum Dei quantunuis in
cordibus hominum iaciatur, ſi gratia Dei non adſit, nequa
quam fructiferum eſſe poteſt. Quæ quidem eſt velut pluuia
cor hominis irrigãs. Sicut dicebat Eſa.ca.30. Et dabitur plu Eſa.30.
uia ſemini tuo, vbicunq. ſeminaueris in terra, & panis fru-
guum terræ erit vberrimus & pinguis. Loquebatur de fæli-
citate regni Meſsiæ, nam tunc large Deus ſemini verbi Dei
gratiam conceſsit per pluuiam ſignificatam, ex qua fructus
vberrimus proceſsit, ſine ea vero in caſſum verbum Dei in
cordibus hominum ſeminatur. Cum Samuel Saulem re- 1.Re.10
gem declarauit, ipſum ſecuti ſunt illi quorum Deus teti-
gerat corda; ita ſolum illi moti prædicatoris voce Chriſ-
tum ſequuntur, quorum Deus per gratiam corda tangit.
Sicut enim veſtimentum (vt Gregorius ait) ſtatuam non ca Simili
lefacit quia caret natiuo calore interius, ita verbum Dei il tudo.
los tantum inflamat, qui intus ſpiritus ſancti calorem habẽt.
Huius vero ſeminis quanuis aliqui dicãt Chriſtum ſolum eſ
ſe ſeminatorem, quia patris ſinu exiens, late illud per mun-
dum ſparſit, tamen quilibet etiam prædicator intelligi in
ſeminante poteſt. Sicut Marci 4. dicitur. Qui ſeminat
verbum ſeminat. Tunc vero concionator ſemen ſuum ſemi-
nat, & non alienum, cum ea quæ ipſe operatur prædicat;
ſin autem nequaquam ſuum ſed veluti ſibi incongruum ver
bum prædicat; cum operibus diſſuadeat quod verbis adhor
tatur. Sicuti multos videas veluti monſtra egregie veri-
tatem docere, & ea, quæ ipſi non erubeſcunt operari re-
prehendere. Hi cõparari poſſunt illis, qui e prælio fugiẽtes Simili
alios tudo.

alios ad prælium adhortantur; ita multi virtutum ſtadium fæde deſerentes, magnifice de virtutibus proloquũtur. Stultus eſſet qui laceras vel turpes veſtes indutus, lucernam ante ſe ferret, quæ omnibus ſuam turpitudinem oſtenderet. Lucerna verbum Dei eſt, ſicut Dauid ait. Lucerna pedibus meis verbum tuum; ſtultus ergo & imprudentiſsimus eſſet, qui prauos indutus mores, lucernam verbi Dei eos oſtendentem in ore ferret. Id vero in cauſa eſt, quod homines illis minime credunt, ſuſpectã enim veluti prædicationem faciunt. Quis enim hoſti ab inimicorum caſtris egreſſo crederet oſtendenti, qua parte potius obſeſſa ciuitas, cuſtodiri a propugnatoribus poſſet; Non eſt ergo mirum ſi cum Chriſtianis concionatores edicunt, vt ſe a vitiis cuſtodiant, minime illis credant, quos diabolicæ factionis eſſe vident. Ita Hiere. Thre. ca. 4. dicebat. Nõ crediderunt reges terræ neq. vniuerſi habitatores orbis, quod ingrederetur hoſtis per portas hieruſalem propter peccata prophetarum eius. Quaſi dicat. Nequaquam homines prædicatoribus crediderunt dicentibus vt ſe cuſtodirent, ne diabolus in eorum corda ingrederetur, propter ipſorum peccata. Sed cum de ſeminis iactura loquatur Saluator, mirũ eſt non loqui de eo, quod quia non ſeminatur deperditur: magna enim penuria, ex eo quod ſemen detinetur prouenire ſolet. Ratio eſt quia huiuſmodi iactura non ex terræ malitia, ſed ex prædicatorum deſidia & incuria prouenit. Sic pro. ca. 14. dicitur. Vbi non ſunt boues præſepe vacuum eſt, vbi autem multæ ſunt ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. Nam vbi prædicatores non ſunt, neq. etiam eſcam ignorantes habent, vbi vero ſegetum eſt abundantia, ſcilicet bonorum operum, ieiuniorum, pęnitentiæ & frequentationis ſacramentorum, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis, id eſt virtus, & ſpiritus prædicatoris, qui ſuis concionibus tales effectus in popularibus cauſat.

*Margin:* Similitudo. — Pſ. — Similitudo. — Thre. 4. — Pro. 14



ſat, Diſtricte vero a prædicatoribus Deus huius iacturæ rationem exiget, qui cum cõmiſſum Chriſti Euangelium habeant, prædicare contemnunt. De quibus dicitur Pro. 11. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis; Ita etiam qui verba prædicationis abſcondunt, maledicentur, propter ea quæ inde ſequuntur inconuenientia. Sed ſi de terrę impedimentis loquamur, dictu mirum tantam eſſe humanorum cordium prauitatem vt tres ſeminis partes depereant. Aduertendum, noſtrorum flagitiorum pęnam eſſe tantam ſeminis iacturam: Suppliciumq. eſt noſtris peccatis debitum, quod tres ſeminis partes perdantur, Sic enim ſe Deus iudæos puniturum dicebat Eſaiæ. 5. Decem iugera vinearum facient laguncularn vnam, & decem modij ſementis facient modios tres. Quaſi dicat. Ad hunc modum ego puniam eos, quod ex decem prædicationis iugeribus, lagena ſolum parua fructus egredietur, & ex triginta modijs verbi Dei in hominum cordibus ſeminatis, tres veluti fructus modij egredientur, Et hoc Dei ſupplicium aperte intueri licet, nam cum tanta ſit prædicatorum copia, quę velut decem vinearum iugera æſtimari poteſt, tantaq. ſit verbi Dei abundantia, quę triginta modijs immo pluribus cõparari poteſt, vix lagena vna fructus colligitur: quia tot prędicatores qui continenter prædicationis munus excercent, vix peccatorem conuertere poſſunt. Et ex triginta modijs verbi Dei, vix tres egrediuntur, qui vitam in melius commutantes pæniteant. Et hæc fuit cauſa quare Chriſtus parabolam proponens clamabat. Quod quidem conſideratione digniſsimum eſt. Is enim qui in maximis longeq. acerrimis tormentis poſitus, vſq. ad vltimum ſuæ vitæ ſuſpirium minime exclamauit, nunc videns tantam ſeminis iacturam clamat, tot gentes interire dolens. Veluti ſi mater aliqua piiſsima videret filium accepta potione medica veluti

*Margin:* Pro. 11. — Aliud cecidit ſecꝰ viã, & inpetris & inſpinis &c. Eſa. 5. — Hæc dicens clamabat. — Similitudo.

luti inſenſibilé nō moueri,ſed quaſi mortuum rigere,certe
clamaret magnis vocibus, *filium iterum atq. iterum inge-*
*minans* vocando. Ita Saluator videns homines verbi Dei
ſemine ſuſcepto, vitiorum dulcedine abſortos, minime per
moueri, ſed quaſi inſenſibiles rigere, amore pariter & do-
lore tactus, quod ita miſere pereant, exclamat, dicens. Qui
habet aures audiendi audiat. Acſi diceret. Vos quibus Deus
aures ad audiēdum conceſsit, ne ſitis inſenſibiles, ſed audite,
& percipite quę a me proponuntur. Ex hac Chriſti excla-
matione quod homines parum ſua verba curarent, magna
nobis qui prædicationis munus exequimur, conſolatio naſ-
citur (vt Chryſoſtomus ait) poſtquā enim a nobis officium
Eſa.53. rite peractum fuerit, poſſumus cū Propheta dicere. Domine
quis credidit auditui noſtro? Sed Saluator cōſolatur. Quia
non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq. diſcipulus ſuper ma-
giſtrum, neq. Apoſtolus maior eo qui miſit illum. Si e-
Collo. nim Chriſti verba in quo erant omnes theſauri ſcientię Dei
2. abſconditi & in cuius labijs gratia diffuſa eſt, quiq. verba æ-
Pſ. ternæ vitæ habebat, quemq. æternus pater audire e nube lu
Io.6. cida præcepit, homines minime curabant, quid mirum
Mat.17. ſi noſtras conciones flocipendant? Exclamauit etiam Chri
ſtus, vt nullam homines excuſationem pretēdere poſsint,
Matt. ſed in excuſabiles ſint, neq. enim cum otioſis dicere poſſunt
20. nemo nos conduxit, neq. cum paralitico hominem non ha-
Io.5. beo, neq. cum his qui in inferno perpetuo cruciantur, iuſti-
ſap.5. tiæ lumen non luxit nobis: quia Saluator magnis vocibus
exclamauit, vt homines aures aduerterent. Quanuis propter
Phariſæos qui peccati ſomno oppreſsi, verba Chriſti auri-
bus excipientes, minime intelligere poterant, exclamaſſe di
Iob.5. ci poteſt. De quibus Iob.cap.5.loquebatur. Meſſem eius fa-
melicus comedet, & ipſum rapiet armatus, bibent, ſitien-
tes diuitias eius. Phariſęi indigni erant vt pinguem verbi
Dei



Dei meſſem comederent; Propterea a famelicis, ſcilicet
his, qui vehemēti deſyderio eam expetūt, comeditur. Tales
erant Apoſtoli, ipſos vero Phariſęos diabolus, qui armatus
ad expugnandos homines ſemper adeſt, ad vltimum rapiui.
Diuitias Scribę & Phariſæi habebant, videlicet ſcriptura
rum cognitionem; ſed quia ipſam in peruerſum finem
commutarunt, indigni facti ſunt, ideo ſitientes ſcilicet qui
eas vehementi deſyderio expetebant, biberunt, ſicut Apo
ſtoli quibus ſitibundis & parabolæ interpretationem expe
tentibus dicebat Saluator. Vobis datum eſt noſſe my- Vobis
ſteria regni Dei. Id ipſum paraboli ce dicebat Io.9. Ego in datū
iudicium veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui eſt noſ
vident cæci fiant Quæ verba quanuis de iudæis & gentili- ſe &c.
bus intelligi poſsint (quia, iudæi notitia Dei veluti vi- Io.9.
dentes erant, gentiles vero ea carentes velut cæci, Iudæi au
tem excæcati ſunt, gentiles vero viſum receperūt) rectius
de Phariſæis quos propter ſuperbiam Saluator excecauit,
& de Apoſtolis, & humilibus quibus ſua myſteria reuela-
uit, intelligenda ſunt. Illis enim Chriſtus figuratis ſer-
monibus & parobolice loquebatur, vt myſteria abſconde-
ret, ſuis culpis exigentibus, Sicut ipſis Eſaias dicebat ca.29. Eſa.29
Claudet oculos veſtros, Prophetas, & Principes veſtros,
qui vident viſiones operiet, & erit viſio omnium ſicut ver
ba libri ſignati. Phariſæorum enim oculos mentis Sal-
uator propter eorum obſtinationem clauſit, ne myſteria
intelligerent; Sed ſicut Talpæ quæ alijs manifeſta erant,
non penetrarent; Et illis Saluatoris verba erant, ſicut ver-
ba libri ſignati; nam illis figuratis locutionibus & pa-
rabolis verba ſigillabat. At contra diſcipulis humilibus
myſteria exponebat, adapertis parabolarum ſigillis, qui-
bus quid ſemen, quid per terræ impedimenta intelligi de-
beret late declarauit. Horum primum eſt via, quod enim Quod
circa autē

ſecus viam. circa eam ſeminatum fuit, conculcatum eſt & volucres cęli
comederunt illud. Nonulli homines cor adeo patens & tri
uiale habent, vt cupiditatibus, & prauis deſiderijs aditum
præbeat, paratumq. ad quoduis ſine diſcrimine vitium, quia
non illud cuſtodiunt. Horum cor quaſi via eſt. Talibus dice
Eſa.65. bat Eſa.65. Vos, qui dereliquiſtis dominum Deum veſtrum,
& obliti eſtis nomen Sãctum meum, qui facitis fortunæ mẽ
ſam, & libatis ſuper eam; Ideo numerabo vos in gladio
& omnes in cęde corruetis; quia vocaui & non audiſtis. Ac
ſi diceret. Dereliquiſtis Deum late vitijs indulgendo, obli-
tiq. eſtis nominis Dei, & facitis fortunę mẽſam, ideſt facitis
in corde veſtro menſam omnibus fortuito tranſeuntibus, ſi-
ue luxurię ſiue vſuris, ſeu ludis, ſiue maledicẽtię; omnibus ſi
ne diſcrimine vitijs paratum habentes cor: & libatis ſuper
eam offerentes diabolo vitia. In his verbum Dei facile a vi
tijs conculcatur; quia cum efferæ cupidines regnant, ip-
ſum deſpiciunt, & tunc facile a diabolo rapitur. Propterea
Iob.19 dicebat Iob. cap.19. Venerunt latrones & fecerunt ſibi viam
per me, & obſederunt in giro tabernaculum meum. Quia
aliqui cor quaſi viam habent, facile latrones ſcilicet de-
mones venientes tranſeunt, & tabernaculum animæ veluti
Pſ. populantes obſident. At contra Dauid. In corde meo abſ-
condi eloquia tua. Magna ergo nobis cautione vtendum eſt
ne diabolus a nobis quaſi a via verbum rapiat. Qod ſpiritus
Cãti.5. ſanctus Cãti.5. modũ audiẽdi verbũ Dei declarans explica-
uit his verbis. Oculi eius ſicut colũbę ſuper riuos aquarum,
quę lacte ſunt lotę, & reſidẽt iuxta fluenta pleniſsima. Ocu
li animę, eius qui verba prędicationis audit, eſſe debent colũ
bini, humiles manſueti, non elati, ſicut nonullorum, qui ver
ba a prędicatoribus captant ad reprehendẽdũ; vt de eis triũ
phum agant, a quibus inſtruuntur: Anima etiam lacte ſit lo-
ta, id eſt alba: in albo enim facile quæuis imago depingi-
tur,



tur, ſic igitur alba ſit anima, vt in ea prædicatores virtutum
pulchritudinem depingere poſsint, & vitiorum turpitudi-
nem. Debent etiam audientes reſidere, id eſt quiete ſine tu
multu audire abſtracti a ſecularibus negotijs, reſident autem
iuxta fluenta Scripturæ Sacræ quæ prædicatores exponunt.
Columbæ iuxta aquas (vt Gregorius ait) reſidere ſolent,
quia per vmbras rapaces aues cognoſcunt, quas confeſtim
effugiunt, Ita audientes verbum Dei in pleniſsimis Sacræ
ſcripturæ riuis demonum fraudes agnoſcant, qui ſunt ſicut
aues in hoc aere, & ideo ipſas deuitent, ne verbi ſemina co
medant a cordibus eorum abſtrahendo. Quod autem in Nam
petris ſeminatum eſt, aret, quia aliqui (vt Chriſtus ait) qui ſu
quanuis libenter verba Dei ſuſcipiant, radices non habent pra pe
quia tempore tentationis ſuccumbunt. Multi enim ſunt, trã&c.
qui peccatorum dulcedine allecti, & illorum conſuetudine
obdurati, ſine aliquo Dei timore viuere videntur, cæcæq.
eorum cupidines etiam intellectum obnubilant; ſed que- Simi-
madmodum ſuauia fercula, & delicata, conuiuas iam alijs litudo
cibis repletos adhuc allicere ſolent, propter lautitiam &
ſuauitatem, vt ea deguſtent; ita intellectus mundanis li-
cet curis occupatus dulciſsima ſummæ veritatis fercula, li-
benter quandoque amplectitur, & aliquo tempore ipſis de
lectatur. Sed quia voluntas peccati conſuetudine dura &
rebellis eſt, ipſam afficere non poteſt, & ita verba Dei
radices emittere non valent: quia quauis peccati occaſione
oblata ſuccumbit, His dicebant Stephanus Actuum 7. O du Actu.7
ri & incircunciſi corde. Et Paulus ad Hebræ. 3. Adhorta Hebre
mini vos metipſos per ſingulos dies, vt non obduretur quis 3.
in vobis fallacia peccati; participes enim Chriſti facti ſu-
mus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad firmum fi-
nem retineamus. Quæ Pauli verba grauiſsima ſunt. Inuicem
igitur nos metipſos adhortari oportet, ne aliquis peccati

 con-

conſuetudine obduretur, ſic vt diuina ſemina radices emittere non poſsint; & quod nos ad id excitare deberet, illud eſt, quod participes id eſt membra Chriſti facti ſumus; ſi tamen initium &c.) initium acquiſitionis ſubſtantiæ Chriſti, quam membra eius facti acquiſiuimus, verbum Dei eſt; quia vt alias ipſe Paulus ait. Fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Chriſti: oportet enim ipſum verbũ, quod initiũ fuit, vt cũ Chriſto cõiũgeremur, vſq. ad firmum finem retinere, ſic vt profundas in nobis radices emittat, ne ſi tẽtatio obrepat, ſucumbamus & areſcat. Tertium terræ impedimentum ſpinæ ſunt a quibus ſeminatum verbum ſuffocatur. Quod quidem fieri videmus, cum ſemen verbi Dei in cordibus hominum plantatum, rabidæ cupidines & impetus effrænes, amoreſque perditiſsimi ſimul exurgentes ſuffocant. Auaritia ſiquidem & voluptas impotenter hominibus dominantur; & ideo, ni prius euellantur verbum Dei creſcere non ſinũt. Ita inſi cor ab his liberum ad concionem adducãt homines, raro conuerſi per pænitentiam reſipiſcunt. Ideo Deus per Ezechie. ca. 14. dicebat. Vir de domo Iſrael, qui poſuerit abominationes ſuas in corde ſuo, & ſcãdalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me; ego dominus reſpondebo ei in multitudine immundiciarum ſuarum. Multi namque ad concionem venientes abominationes videlicet auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus; & inhoneſtas cupidines in cordibus ſuis afferunt; qui ergo taliter affecti ad concionem, vt Dei voluntatem cognoſcant per concionatorem veniunt, vtiq. Deus per ſe illis reſpondebit, ſuas inmundicias puniendo (vt Lyranus exponit) Vnum quodque enim peccatum quaſi idolum eſt, quod peccator colit, præſertim auaritia: ſi ergo idola coram ſe homines habẽt, quonam pacto verbum Dei in ipſis fructum emittere poterit? Oportet ergo a vitijs & cu-

Quod autem in ſpinis.

Ezech 14.



& cupiditatibus terrenis animum abrrumpere, liberumq. ad concionem defferre. Ecce equaliter in fructuoſas terras Saluator depingit. Quibus Hieremias c. 22. dicebat. Terra, Terra, Terra, audi verbum domini. Quaſi dicat Terra quæ veluti via patens es, omnibuſq. citra delectum vitijs expoſita, audi verbum domini, ſerua cor tuum omni cuſtodia, ne diabolus ab eo verbum ſeminatum tollat. Terra etiam petris cõſperſa audi verbum domini, emollire aliquantulum, duritiamque depone, ex conſuetudine peccati procedentem, vt poſsit verbum Dei radices emittere, conſtanſq. eſto, ne verbum Dei a te proijcias oblata occaſione peccandi. Terra etiã ſpinis ſcatens & confragoſa, audi verbũ domini, euelle radicitus auaritiam cupidineſq. ne verbum Dei ſuffocent, ſed fructum emittere poſsit. Terra vero fructifera, dicuntur homines, qui in corde bono nõ patenti & triuiali; vel duro per peccati conſuetudinem; & optimo non repleto cupiditatibus auaritiæ, audientes verbum retinent. Sed quod fructum afferant in patientia valde notandum eſt. Nam quemadmodum terra quantunuis optima non affert fructũ niſi patiendo aratrum, ita nõ ſufficit cor honeſtum ad fructificandum, niſi adſit patientia ad aduerſa quæuis & iniurias tollerandum. Fructus vero in patientia productus vſque ad centeſſimum exurgit. Inferiores qui ſuis viribus parem fructum afferunt, hi triceſsimum; qui mediocrem ſexageſsimum, qui vero perfecti ſunt, centeſsimum. Quanuis Auguſtinus triceſsimum coniugatis, ſexageſsimum virginibus, centeſsimum vero martyribus attribuat Hieronymus autem coniugatis, viduis, & virginibus, trigeſsimum ſexageſsimum, & centeſsimum concedit. Vides igitur fructum excultæ terræ vſque ad centeſsimum exurgere? In quo inæſtimabiles profecto miſericordiæ Dei diuitias intueri poſſumus, bonum enim Dei gratia magis creſcit quam malum ma-

Pro. 4.

Quod autem in terrã bonam, Simile

maiorq. eſt bonorum quam malorum fructus. Propterea
Eccle. dicitur Eccleſiaſti. 7. Fili ne ſemines mala inſulcis iniqui-
7. tatis, & non metes ea in ſeptuplum. Qui enim peruerſe
viuentes mala ſeminant, ſeptuplum maius malum metunt.
Denique vſq. in ſeptuplum creſcit malorum ſeges, bono-
rum vero vſque ad centeſsimum exurgit; quia plus Dei gra
tia in bonis poteſt, quam praua malorum voluntas. Et ita
maior eſt bonorum gloria, quam malorum pæna. Quan-
uis enim plures in inferno mali, quam in cælo boni conti-
neantur, maius tamen in cælo bonum, quam in inferno ma
lum eſt, etiam ſi Chriſti merita ſuæq. matris relinquamus;
cum quibus nulla eſſe poteſt comparatio. Sed de alijs lo-
quendo adhuc maius bonum eſt in cælo quam malum in in
ferno, & ita bonum malum exuperat: de generiſq. & in
cultæ terræ fructum, excedit fructus excultæ terræ. Innu-
Ro. 10. meri vero verbi Dei fructus recenſeri poſſunt. Verbum
Dei fidem generat. Sic Paulus. Fides ex auditu, auditus au-
Pſal. tẽ per verbum Chriſti. Generat charitatem ſicut ait Da-
Pſal. uid. Ignitum eloquium tuum. Generat ſpem ſic Dauid. In
Lucæ. verbum tuum ſuperſperaui. Cauſat feruorem ita Lucæ 24.
24. Non ne cor noſtrum ardens erat in nobis? &c. Præparat ad
Actuu. gratiam Spiritus Sancti, Actuum 10. Adhuc loquente
10. Petro cecidit Spiritus Santus ſuper omnes. &c. Cauſat ſpi
Pſal. ritualẽ dulcedinem ſic Dauid. Quam dulcia faucibus meis
eloquia tua. Tollit cogitationes prauas; ſicut dicitur Can
Cãn. 4 tico 4. Sicut vitta coccinea labia tua, quia ſicut vitta capil
los ſtringit ita verbum Dei cogitationes malas. Deffendit
a tentationibus, quia. Ignitus clypeus eſt omnibus ſpe-
Pro. 30. rantibus in ſe, ſicut ſapiens ait: Verbum Dei de-
Io. 9. mũ vita eſt ſicut Saluator dicebat, Verba
quæ loquor vobis ſpiritus & vita
ſunt, gratię ſcilicet & glorię.





## ❡ HOMO ERAT PATER FA-milias qui plantauit vineam &c. Mat-th. 21.

QVANVIS grauiſsima ſit huius parabolæ doctrina, literalis tamen ſenſus manifeſtus eſt, minimeq. ad explicandũ difficilis. Scopus igitur Chriſti eſt iuſtam iudæorum damnationem propter eorum peccata oſtendere; iuſtiſsimeq. gentes in eorum locum ſuffectas. Pater iſte familias Deus eſt, vinea ſinagoga, ſepes circuncifio, vel lex, vel ipſa Dei cuſtodia, Turris, Templũ, Effoſum vero torcular altare holocauſtorum, Agricolæ vero principes populi ipſum inſpiritualibus & temporalibus gubernantes ſunt. Locata vero vinea dicitur; quia eius dominium ſibi Deus reſeruans de fructibus cum colonis paciſcitur. Peregre vero proficiſcitur, quia ita libere homines agere permittit ac ſi eſſet abſens. Tempus vero fructuum fuit cum quiete in terra promiſsionis erant, ſicut tempore Saul, Dauid, Salomonis & aliorum regum, Serui miſsi ad requirendos fructus. Prophetas ſignificant. At Iudæi non ſolum fructus non dederunt, ſed ipſos Prophetas indigne tractantes, alium ceciderunt, alium occiderunt &c. Semper autem Deus plures mittebat, vt multitudine moti fructus darent. Deinde miſit filium, quo Dei benignitas magnopere oſtenditur, qui tot iniurijs laceſsitus, incomparabile beneficium pręſtiterit. Quod vero ait verebuntur filium meum forte, non dubitantis eſt, ſed explicantis id quod iuſtum eſſet fieri, nempe vt ipſum eſſent reueriti. Quod vero agricolę cõſiliũ de eo occidendo, propter habendam hęreditatem inierunt.

Significat iudæorum principes qui ipſum ex ſignis, & pro-
phetarum oraculis cognoſcere debuerant, in domo Cayphæ
de occidendo Dei filio conſilium cepiſſe, & ita ipſum ex-
tra Hieruſalem occiderunt. Ipſi deinde interrogati a Chri
ſto contra ſe ſententiam proferunt, dicentes. Malos male
perdet &c. Ideo ait illis Saluator. Auferetur a vobis regnũ
Dei &c. Quid vero nomine regni Dei, & quid per, lapidẽ
quem reprouauerunt ædifiantes, quid ſit ſuper lapidem ca-
dere, in concione dicemus

## CONCIO.

VT tota peruerſorum hominum perditio ex ar-
bitrii libertate dependere videatur, iuſtaq. in
illos Dei animaduerſio omnibus appareat æni-
xe ſemper curauit, ne quid illis defficeret illa-
rum rerum, quę ad iuſtitiam colendam, vitamq. ſecundum
Matth. 11. virtutem inſtituendam conducerent. Ideo dicebat Chri-
ſtus Matthæ. ca. 11. Iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. Quaſi
dicat. Cũ homines ſeueram Dei iuſtitiam experientur; ni
hil producere poterunt, quo Chriſto qui ſapientia Dei eſt
derogari poſsit. Sicut Theoplilatꝰ exponit. Quæ ex eo iuſti
ficata eſt, quia nihil pro eorum commodo intentatum re-
liquit, & ipſi tot abeo conceſsis ad ſalutem beneficijs, in
gratiſsime abuſi ſunt. Iſta ſunt quæ propoſita Chriſtus pa-
rabola ſignificauit, nos ſub Iudæorum typo (ad quos hæc
parabola literaliter deſtinatur) admonens, ne oblatam Dei
gratiam negligamus, ne quod Iudęis euenit, nobis etiam cõ
tingat. Iſta vero Saluator Iudęis parabolicis ſermonibus
Similitudo. prædicabat, non aperte; tanta enim eſt prauorum homi-
num circa rationis oculos lippitudo, vt obtutu recto ve-
ritatem intueri non poſsint, & ideo oportet illam parabo-
lis



lis condi, & figuratis ſermonibus aliquantulum eclipſari,
vt ipſam ferre valęant. Si æquus fręnum mordicus arripe- Simile
re recuſat, nequaquam illum aperte fręnamus, ſed lupatum
abſcondimus, & ex aduerſo ſenſim accedẽtes, & maxilam ar
ripientes, ipſum repente fręnamus; & cũ commoueri vult ſe
fręnatũ ſentit. Nathã Propheta nequaquã aperte Regi Da
uid adulterium & homicidiũ improperauit, ſed reprehen-
ſionem quaſi lupatum quadam ſimilitudine inuoluit, qua in
tellecta rex grauiter indoluit. Phariſæi cum corruptiſsime
& peſtilentiſsime viuerent, reprehenſionem quaſi fręnum
horrebant; quapropter eam Saluator figuratis ſermonibus
inuoluit, ita vt prius ſe acri reprehenſione fręnatos intelli
gerent, quam ad ipſum tenendum commouęrentur.

Pater iſte familias Deus eſt, vinea Synagoga, quam in ter Homo
ra promiſsionis plantauit ſicut Dauid ait Vineã de ægipto erat
tranſtuliſti &c. Quod etiam multis alijs ſcripturæ locis pa- pater
tet. Eſa. 5. & Hiere. 3. Sepes lex ſcripta eſt, qua Iudęi ab alijs fami-
nationibus ſeparabãtur. Torcular altare holocauſtorũ. Tur lias.
ris vero tẽplum. Locauit eã Iudęis rectoribus principibuſq. Pſ.
populi: Peregre vero pater familias proficiſcitur: quia poſt Eſa. 5.
quã in monte Sina legẽ dedit, & de alijs neceſſarijs ad vitã in Hie. 3.
ſtituendã prouidit, reliquit illis liberum ad operandũ arbi
trium, quaſi abſens. Tempus vero fructuum fuit cum quiete
in terra promiſsionis habitabant. Miſit vero ſeruos ſuos ſci Miſit
licet Prophetas, ad quęrendos de Iudæis fructus. Venit Eſa. ſeruos
dicens: 5. Vinea fuit dilecto &c. Vbi beneficia vineæ a Deo Eſa. 5.
collata cõmemorat; & increpat quod fecerit pro vuis lãbruſ
cas, hunc Iudęi mediũ ſecuerũt. Miſit etiã Hieremiã qui ca. Hie. 2.
2. dicebat. Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis
&c. Vbi late cõmemorat Dei erga Iudęos miſericordiã & ip
ſorũ ingratitudinẽ: quia ipſum dereliquerũt fontẽ aquę vi-
uę, cũ ipſe vineã electam plantaſſet. hunc vero ceciderunt.

Ezech 17. Miſit etiam Ezechielem qui cap. 17. quadam parabola vi-
neæ plantationem, & deſtructionẽ explicat; multis vero in
locis fructus petit, hũc vero Iudæi contumelijs affecerunt.
Minos 1. Miſit poſtea Amos qui dicebat, Super tribus ſceleribus Iſ-
rael & ſuper quatuor non conuertam eũ. Acſi diceret, Prop
ter obſtinationem veniam non meretur, hunc vero Iudæi a
dacto per tãpora fuſte, adeo horribili ſupplicio occiderũt.
Zaca.1 Miſit poſtea Zachariã qui fructus veluti petebat dicẽs ca.1.
Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos, ne ſitis ſicut pa
tres veſtri &c. Hunc Iudæi lapidauerunt. Propterea de Iu-
Deu. dæis dicebat Moſes. Vt ſanguinẽ vuę biberent meraciſsimũ.
Pſal. Quia in vinea pro vino ſanguinem Prophetarum bibebant.
Non ſolum verba Dei audire recuſabant, ſed eos qui ea præ
Agri- dicabãt perſequebãtur. Cũ primũ Propheta quiſpiam præ-
colę au dicare incipiebat, Iudæi ipſi veluti ſepulchrum prępara-
tem te bant. Aliqui non ſolum verba Dei contemnunt, ſed eos qui
nuerũt ea proponunt, murmure inſectantur. Ve vobis dicebat Salua
ſeruos tor Phariſæis, qui ædificatis ſepulchra prophetarũ. Tũc cæ-
ei' &c. leſtis pater videns tot ſeruos occiſos veluti ſi humano more
loqueretur, dixit, Verebũtur forte filium meum. Quę verba
non perplexitatẽ in Deo ſignificãt, ſed amorem, quo motus
Miſit fi omnia tẽtare vult, nequid eis deſit. Liberũ etiam ad operan
lium. Ezech. dũ arbitrium oſtẽdit. Sicut Ezech. 2. & 3. dicebat, Si forte au
2. diãt. Et Oſee. 6. Quid faciã tibi Ephraim &c. Id vero cõſide
Oſee. ratione digniſsimum eſt, quod nec irritatus Deus tanta Iu-
6. dæorum perfidia, eos deſtruxit, immo quando iuſtiſsimæ
iracundiæ vulnera mundo infligere debebat, inexplicabile,
immo inintelligibile illi munus contulit, mittens filium:
quod profecto incomparabile Dei beneficium fuit. Sic Da-
Pſal. uid dicebat, Tempus faciendi domine diſsipauerunt legem
tuam: quaſi diceret. Tempus eſt tuæ ardentiſsimæ charitatis
ſignum oſtendendi, quia diſsipauerunt legem tuam. Tunc
enim



enim maxime Dei bonitas innotuit: quia eo tempore fi-
lium miſit, quo magis eum homines irritauerant. Quan-
uis peculiaris modus Dei ſit, quo ſe erga prauos homines
gerit, magnis ſcilicet eos beneficijs afficere, quo magis eum
offendunt. Iudæ qui eum in cõcilio Phariſæis vẽdiderat, cor
pus ſuũ & ſanguinem cõceſsit, & quo ille deterior, Chriſtus
erga illũ melior magiſq. beneficus apparebat. Si aliquis Re Simili
gẽ offenderet, & ipſum Rex tunc præfectura aliqua honeſta tudo.
ret in maius ipſi dedecus cederet, qui Regẽ, a quo tot benefi
cijs donatus eſſet agreſti ingratitudine tẽtaret offendere. Ita
ſe Deus erga aliquos habet; quia quo magis eũ irritare pra-
uis operibus ſtudẽt, eo maioribus eos beneficijs proſequi-
tur, quod profecto in maius ipſorum dedecus cedit, maiori-
buſq. in iudicio cruciatibus exponẽtur. Sic ſe Deus erga Iu-
dęos habuit, quibus dicebat Mat. 23. Mitto ad vos ſapiẽtes & Matth.
ſcribas quos occidetis & perſequemini, vt veniat ſuper vos 23.
omnis ſanguis iuſtus &c. Ad hũc modũ quo magis eũ irrita
bãt maioribus eos beneficijs proſecutus eſt, immo eius boni
tas & miſericordia, cũ Iudæorũ & mũdi peccatis cõtẽdẽs, &
veluti in arenã deſcẽdẽs victrix euaſit, maiorq. ſemper Dei
miſericordia quam hominum peccata fuit oſtenſa. Plantat
Deus vineam, & locat eam, ipſi vero Iudæi ſibi eam vſur-
pant, mittit ſeruos & eos occidunt, conduplicat nuntios,
& eos etiam conficiunt; tandem mittit filium, quem Iudæi
cognouerunt dicentes. Hic eſt hæres, quando in concilio di Hic eſt
cebãt. Si dimittimus eum omnes credent in eum, neq. enim hæres
aliud eſt eſſe hæredem, quam gentes per fidem hæreditare. &c.
Iudæorum vero rectores, quanuis Chriſtum Dei filium cog
nouerunt, ſed non naturalem. Iſta vero affectata ignorantia
minime illos excuſauit, ne dignas Deo pęnas luerẽt. Sicuti
ſi ebrius hominẽ occidat, & alia cõmittat ſcelera, a culpa nõ Simili
excuſatur, qui volũtarie ſe vino ingurgitauit, ſciẽs poſt epo tudo.

 ta vi-

ta vina, talia peccata ſequi. Ita Iudęi propria malitia excæ-
cati Chriſtū nō cognouerunt, ſed iniuſtiſsime occiderūt, cū
prodigia minime ante viſa patrari ab eo coſpicerent, ſicut
Sap.2. de eis Sapi.2. dicitur Dixerūt impij &c. Morte turpiſsima
condemnemus eum &c. Talia dixerunt & errauerunt ex-
cæcauit enim eos malitia eorum; quaſi dicat. Iſta omnia fe
cerunt contra Dei filium quia erant propia malitia excæ-
cati quaſi ebrij. Sed nec hoc omnium grauiſsimum ne-
phas, Dei miſericordiam vicit, nam vix Chriſti ſanguis
a compitis Hieroſolymæ exſicatus erat, cum Dei bonitas
Apoſtolos ad eos vocandū miſit vt pæniterent. Sed adhuc
ipſi rebelles Apoſtolos perſequebantur. Nec ob id Deus
1.The. 2. deſtitit prędicatores mittere. De Iudęis dicebat Paul 1. The.
2. Dominum occiderunt Ieſum, & Prophetas, & nos per-
ſecuti ſunt; & omnibus hominibus aduerſantur, & pro-
hibent nos gentibus loqui ne ſaluæ fiant, vt impleant pec-
cata ſua ſemper, peruenit enim ira Dei ſuper illos vſq. in fi
Cum venerit dominus vineæ &c. nē. Quid enim huiusmodi ingratis colonis adueniens domi
nus vineę faciet? Id profecto quod ipſi, interroganti Chriſto
reſponderunt. Malos male perdet &c. Nudam enim iuſti-
tiā interpręttātes (ſicut Dauid) cōtra ſe ſentētiā protulerūt.
Potentiſsimus profecto Deus eſt ad homines iudicādū, qui
efficit, vt ipſi cōtra ſe ſententiā proferāt, nec melior contra
peccatores rationis liber reperitur, quam propria vniuſ-
cuiuſq. conſcientia, in qua acceptę a Deo res & expenſę cla
Iob.9. riſime videntur. Sicut dicebat Iob. 9. Si voluero me iuſti-
ficare os meum condemnabit me, ſi innocentem oſtende-
Rō.2. re prauum me comprouabis. Similiter Paulus ad Ro.2. di-
cebat Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, in-
ter ſe inuicem cogitationum accuſantium & defenden-
tium, in die qua iudicabit dominus occulta cordium. Ideo
ipſi homines veluti contra ſe ſententiam proferunt, dicētes
Malos



Malos male perdet. Tunc Saluator. Namquam legiſtis. La
pidinem quem reprobauerunt ædificantes? &c. Dauid pſal- Pſ.
mum iſtum compoſuit, cum regni poſſeſsionem recepit Lapidē quē
& a Hieroſolymitis fauſtis acclamationibus ſuſceptus, reprobauerunt.
templum ingrediebatur dicens. Confitemini domino quo-
niam bonus. &c. dicens. Vos in homine ſperabetis, ipſe in
Deo. Melius eſt confidere in domino, quam confidere in
homine. Vos in Saul ego in Deo. Melius eſt ſperare in Deo,
quam ſperare in principibus. Omnes veluti contra me
coniuraſtis, ipſe liber euaſi Dei ope. Omnes gentes cir-
cuierunt me &c. Et qui extorris fui ęcce angularis lapis
factus ſum, vtrumq. populum complectęns, & gubernans nē
pe Samarię & Iudeę. Hęc omnia quę velut in Dauid obum-
brata erant, in Chriſto completa ſunt, indie palmarum,
cum fauſtis populi acclamationibus receptus eſt. Tunc Pha
riſæis accedētibus, & in qua poteſtate illa faceret ſuperbe in
terrogantibus, hanc parabolam propoſuit, & interrogans
dixit. Non legiſtis, lapidem quem reprobauerunt? &c. Ac-
ſi diceret. Ego lapis ſum a vobis reprobatus; Et ideo
vobis ero lapis offenſionis; Quia reprobaſtis meū genus,
filium me fabri vocantes. Vitam quia dixiſtis Ecce homo Mar.6.
vorax Famam vocantes me Samaritanum. Doctrinam cum Matt. 11.
dixiſtis Demonium habet quid eum auditis? Miracula, di-
centes In Beelzebub &c. A vobis ergo ſic reprobatus, lapis Io.8.
angularis ſum vtrumq. populum coniungens; Ideo iuſto Io.10.
Dei iudicio damnabimini; Quia Auferetur a vobis reg- Lucæ. 11.
num Dei & dabitur genti &c. Dupliciter vero regnum
Dei tempore Chriſti apud Iudæos erat, Primo ratio- 1. Pe.2.
ne legis, quæ ſacerdotium illis conſtituerat; & ratione Ephe. 2.
doctrinæ Euangelicæ, per quam dominium ab eis diaboli Auferetur a vobis. &c.
tolli ceperat. Ideo dicebat Saluator peruenit in vos reg-
num Dei. Vtroq. vero modo regnum Dei auferendum
ab illis

abillis dicit, quia ſacerdotium ablatum eſt, & doctrina Euā
Actuū. gelica. Sicut dicebat Paulus Actuū. 10. Vobis oportebat
10. primo prędicare &c. Quomodo vero peruerſi agricolæ
perdēdi eſſēt explicat Saluator dicēs. Qui ceciderit. &c. Mu
tuata ſimilitudine a quodam magno lapide, ſuper quē ſi vaſa
teſtacea ſuperne decidant, confringuntur, ita vero vt partes
aliquæ magnæ reſtantes alicui vſui eſſe poſsint; Si vero lapis
magnus ſuper vaſa teſtacea ſuperne cadat, ita ea cōminuit,
vt partes nullo vſui eſſe poſsint. Homines ergo qui velut va
Qui ſa teſtacea ſunt, qui ſuper lapidem ceciderint, ipſum perde-
cecide re cupientes, vt Iudæi, nihil illi nocebunt; ſed ipſi cadentes
rit ſu- confringentur; quia ſibi perniciem ſunt allaturi, ſe ipſos ſuę
per la perbe ſupra lapidem eleuantes, tamen reparari poterunt.
pidē. Sed ſuper quos lapis eleuatus in cælum per ſententiam ce-
ciderit, ita conterentur vt reparari amplius non valeant.
Paulus ſuper lapidem eleuatus cadebat quando audiuit. Du
rum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Supra Iudæos vero
lapis cecidit, cum eos diſperdidit, ſed potius quādo iudicās
graui eos ſententia feriet. Sicut Dauid dicebat. Tanquam
Pſ. vas figuli confringes eos & Eſa. 30. Comminuentur ſicut la
Eſa. 30 gena figuli contritione pręualida, & non inuenietur in frag
mētis eius, teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut
Hiere. parum aquę de fouea. Similiter Hiere. 19. Cum confregiſſet
29. lagenam in oculis populi, ex præcepto domini ait. Sic conte
ram populum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur figuli vas.
quod non poteſt amplius inſtaurari.

Eccle- Alio modo de Eccleſia parabola hæc aptiſsime explicari
ſia vi- poteſt. Vinea namq. Eccleſia eſt quam Deus ipſe plantauit;
nea. vt ſuperius explicauimus Sepes eſt angelorum cuſtodia. De
Seper. qua Deus per Prophetam Eſaiam ca. 62. dicebat, Super mu-
Eſa. 62 ros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, die ac nocte tota nō
tacebunt, Super muros enim Eccleſiæ Deus cuſtodes habet
Angelos,



Angelos qui perpetuo eius ſolicitam curam habent. Quan-
uis Eccleſię doctores & paſtores cuſtodes etiā dici poſsint.
De quibus Canti. 3. dicitur. En lectulum Salominis ſexagin Can. 3.
ta fortes ambiunt in circuitu, omnes tenentes gladios, & ad
bella doctiſsimi; vniuſcuiuſq. enſis ſuper fęrum ſuum, pro-
pter timores nocturnos. Acſi dicat. Eccleſiam quæ lectulus
Salomonis eſt, in qua requieſcit, multi fortes ambiunt, ſci-
licet doctores & prædicatores, qui fortes ſunt ad prælian-
dū pro Chriſto; Qui omnes gladio verbi Dei accincti ſunt,
propter timores nocturnos, ſcilicet hęreſes quę noctu pre
cipue ſicut Zizania ſeminātur. Turris eſt fides catholica de
qua Canti. 4. dicitur. Sicut turris Dauid collum tuum quæ Turris
ædificata eſt cum propugnaculis mille clypei pendent ex Can. 4
ea omnis armatura fortium; Fides collum eſt huius cor-
poris miſtici Eccleſiæ, quia ſicut collum capiti coniungi-
tur, & quæcumq. a capite ad corpus refluunt per collum
tranſeunt: Ita quæcunq. a Chriſto habemus mediante fide
cōſequimur. Hoc ergo Eccleſiæ collū ſcilicet fides, eſt ſicut
Turris Dauid quæ, quia inexpugnabilis eſt, propterea cum
propugnaculis ædificata eſt, contra quā nec portæ inferi
præualere poterunt, totaq. fortium Eccleſiæ armatura, qua
contra hoſtes pręliantur ab ipſa procedūt. Torcular Crux Torcu
Chriſti eſt, quia in ea caro eius ſicut vua peſſundata, & cal- lar.
cata fuit, ex qua ſuauiſsimum vinum efluxit. Hoc eſt quod Eſa. 63
Eſaie 63. dicitur. Quare rubrum eſt indumentum tuum,
& veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Tor-
cular (ait Chriſtus) calcaui ſolus, & degentibus non eſt
vir mecum. Caro Chriſti, quæ eius veſtimentum erat, vul-
neribus & flagellis liuens apparuit; quia ipſam in cruce ve-
luti excuſsit, ex qua large muſtum ſanguinis efluxit. Solus
vero Chriſtus erat, cuius veſtimenta rubra permanſerunt.
Fideles agricolæ ſunt, quibus vinea locatur a Deo; quia no- Agri.

biſcum de prætio paciſcitur pro bonorum operum fructibus, quos a nobis exigit. In quo mira dei bonitas declaratur, cui cum nos propter creationis, conſeruationis, & redemptionis beneficia ſeruire teneamur, nihilominus ſine præmio id fieri non permittit, ſed ſibi veluti obligatus reſtat propter conuentionem ex locatione factam. Ita per Eſaiã

Eſa.1. dicebat ca.1. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, ſubuenite oppreſſo, defendite viduam & venite & arguite me, dicit dominus. Quaſi dicat. Abſtinete a prauis operibus, bonis incumbite, qualia ſunt iniuria oppreſſos ſubleuare, pupilis opem ferre, viduas deffendere, tunc demum ſi hæc officia præſtiteritis, ſi ipſe quod promiſsi non conceſſero, non recuſabo, quo minus me, quod officio meo defuerim in crimen vocetis, vel (vt interlinealis exponit) arguite me quaſi ingratum. Mittit ſeruos cum prædicatores

Serui miſsi. a nobis fructus bonorum operum expetunt, ſicut Paulus

Rom.1 dicebat Rom.1. Sæpe propoſui venire ad vos, ſed prohibitus ſum, vt aliquem fructum haberem in vobis, ſicut in

Phili. 4. alijs gentibus, Ad Philipp. etiam dicebat cap. 4. Non quęro datum ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram, Quaſi dicat. Nequaquam a vobis temporalia quæro, ſed requiro fructum bonorum operum, & volo vt creſcat, & abundet, ſicut abundant rationes ſeu ſuppetationes eorum qui dant. Fructus enim a nobis prædicatores exigunt locatæ vineæ, non ſpecioſa verborum folia, qualia multi dant; ſicut prædicatores fola quandoque prædicationis verba; religioſi verborum vota, iudices iuramenta ſolum, quibus decorum iuſtitiæ ſeruaturos promittunt; clerici voces ſolum in choro: & ſic pleriq. non fructus ſed

3.Re.21 folia Deo dant, nullis laboribus ſed delitijs indulgentes, Naboth vineam habebat, quam Rex Iſrael ab eo petiit, vt ex ea hortum ad delitias & ſuauẽ iocunditatem faceret, & quia con-



cedere noluit occiſus eſt. Multi ex vinea Chriſti hortum delitiarum facere volunt. Dignitates Eccleſiaſticæ vineæ ſunt quas Deus illis qui eas habent locauit, vt in ipſis ingenue laborãtes, fructus reddãt, ſed multi ex ipſis, hortos ad delitias faciunt, qui ſumptuoſo faſtu, & luxu viuentes, nequaquã mordaci ouiũ ſuarum cura permouentur. Archidiaconatus vinea eſt ad laborandum, & fructus Deo reddendos, ſed ex eo nonnulli hortum facere volunt. Idipſum de canonicatu, dicendum eſt quem aliqui in hortum conuertunt; ſimiliter de parecijs, quas Deus vt vineas locat, & qui in eis quaſi in vineis laborare deberent, hortos ad delitias faciunt, & ex redditibus lautiſsime viuunt. His dicebat Deus Eſaiæ 1. Erubeſcetis ſuper hortis quos eligeratis Eſa.1. vobis, cum fueritis ſicut quercus defluentibus folijs. Erubeſcere profecto tales deberent, qui ex redditibus Eccleſiaſticis, qui intuitu laboris in vinea ſuæ dignitatis concedũtur, veluti hortos ad delitias elegerunt, cum fuerint ipſi in fructuoſi quaſi quercus, qui folia tantum verborum, ad oſtẽtationem habuerunt, tandem vero decident & ſicci ad ignem relinquentur, qui non fructus ſed ſpecioſa verborum folia tantum Deo dederunt, cum fructus Deus requirat. Quod pro Philipenſibus Paulus orabat dicens cap.1. Et hoc Phi.1. oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſciẽtia & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & humiles, repleti fructu iuſtitiæ. Ac ſi diceret. Hoc peto vt charitas veſtra indies magis creſcat, & ſcientia ſimul qua poſsitis potiora eligere, ſitiſq. puri & humiles repleti non folijs ſed fructu iuſtitię. Similiter Iacobus ca.3. dicebat. Quę Iaco.3 autem de ſurſum eſt ſapientia, primum pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, laudabilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis. Quibus verbis Iacobus oſtẽdit. ſapientiam nõ huiuſmũdi ſed cæleſtem, plenã eſſe fructibus bonis.

Cedūtur miſi ſerui. bonis. Serui vero miſsi cæduntur quando eorum verba contemnuntur. Sicut dicitur Hieremiæ 7. Non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, & peius operati ſunt quam patres eorum. Dei vero filium quantum in ſe eſt, occidunt, qui ſacramenta & præcipuæ Euchariſtiam flocipendunt. De quibus Paulus ad Hebræos 10. dicebat. Irritam quis faciens legem Moſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerunt, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerint, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerint? Quaſi dicat Paulus. Siquis legem Moſi contemnit, moritur, quanto acrius puniendi ſunt, qui ſuis prauis moribus filium Dei conculcant, in lethali communicantes, ſuiſque obſcænis moribus ſanguinem noui teſtamenti polluunt, quem in Euchariſtia recipiunt, & ſpiritui gratiæ Dei faciunt contumeliam, Diabolum in ſuis cordibus admittendo. Tales etiam angularem lapidem ſcilicet Dei filium reprobant, eius bonitatem contemnentes, iudiciumque eius minime curantes. Sicut de eis Iob cap. 22. dicitur. Dicebant Deo Recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, & quaſi nihil poſſit facere omnipotens æſtimabant eum. Quibus verbis Iob illorum veſaniam oſtendit, qui Deum a ſe eijcientes portas ipſi claudebant, & Deum ita æſtimabant, ac ſi eos punire non poſſet. Propterea iuſtiſsime eis Saluator dicere poterit. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Quod antea vineam dixit, nunc regnum cælorum vocat. Nunquam bonum cognoſcitur quo vſq. deperditur. Id quod pleriq. quaſi laborioſam vineam exhorreſcunt, regnum Dei eſt, nam in eccleſia aſsiſtere offitium Angelorum eſt, nihilq. beatius in hac vita eſſe poteſt quam

*Margin notes (left column):* Hiere. 7. — Filius occiditur. — Hebre. 10. — Lapidē quē reprobauerunt. — Iob. 22 — Auferetur vobis regnū Dei.



quam Dei ſeruitio homines eſſe addictos. Propterea dicebat Baſilius. Ecquid igitur beatius quam in terra concētum angelorum immitari? Profecto qui in eccleſia ſtatutis horis Deū laudare laborioſum exiſtimat, ſi ad cor reuerteretur regnum Dei eſſe cognoſceret. Timeamus ergo ne a nobis regnum Dei auferatur ſicut a Iudæis, & ab alijs nationibus in quibus hæreſes flagrare videmus. Vbicunq. enim debitos fructus Deo reddere neglexerunt, maxime hæreſes graſſari cęperūt. Quos ſi nos etiam reddere negligamus, regnū Dei a nobis afferet ſcilicet doctrinam veram, dabitq. fructū facientibus. Si forte vero fructus non reddentes ſupra petrā cecidimus, reparari per pænitentiam poſſumus. Si autem petra ſupra nos ſuperne per ſententiam decidat, taliter comminuet, vt reparari amplius non poſsimus. Reddamus ergo Deo debitos fructus, & illorum poterimus præmium expectare de quo ſapientiæ cap. 3. dicitur, Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Et Paulus ad Rom. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem autem vitam æternam &c?

*Margin notes (right column):* Baſili°. — Qui ce ciderit ſuper lapidē — Sapi. 3. — Rō. 6.

## ❡ HOMO QVIDAM HABUIT DUOS FILIOS &c. Lucæ. 15.

HVIVS parabolæ contextus & duarum præcedentium ſcilicet de homine habente centum Oues, & de muliere habente dragmas decem, aduerſus Phariſæos obmurmurantes adductus eſt, & propter nos etiam vt in illis diſcamus, non debere ægre ferre ſuſceptionem hominum peccatorum. Oſtendit vero Saluator hac parabula qua

qua benignitatẽ & miſericordia Deus reuertẽtẽ peccatorẽ ſuſcipiat,& etiam qualis eſſe debeat peccatoris pænitentia. Quamuis vero in hac parabola & alijs ſimilibus, qualis eſt illa de homine qui fecit cenam magnam, & de eo qui abijt in regionem longinquam collatio ſubintelligatur quę non exprimitur a Chriſto, Tamen non id obſtat quo minus vere parabolæ ſint & propriæ, qualis etiam illa eſt quam Nathan ad Dauid retulit. Si enim collatio non eſſet nequaquã propoſito Chriſti accommodari poſſent. Eſt enim ſenſus ſicut homo iſte reuertentem filium recepit, ita Deus. & ſicut frater ſenior non habuit iuſtam cauſam murmurandi, ita nec vos phariſæi. Similiter in ea quam Nathan adduxit collatio iſtiuſmodi eſt. Sicut homo iſte diues, qui alteri ouem ſuſtulit, & ipſum ob id necauit morte dignus eſt; ita tu qui tale quidpiam commiſiſti. Non eſt ergo cur omnes iſtę narrationes Chriſti, ad aliquid oſtendendum aut probandum adductæ parabolæ proprie non dicantur, cum a Chriſto & patribus fere omnibus parabolæ nuncupentur. Nonulli vero nequaquam extra Saluatoris propoſitum parabolam hanc de Iudæis & gentilibus expoſuerunt, ita vt hi duo populi per hos duos huius hominis filios ſignificentur, Gentilis nomine iunioris, iudaicus vero nomine ſenioris. Primus ergo ſcilicet gentilis a Deo patre recedens, ab ipſo accepta dona prodige & cum meretricibus diſſipauit, quia idola & corruptiſsimas demonum effigies coluit, quibuscum relicto creatore fornicatus eſt, omniaq. naturæ bona conſumpſit. Sed cum per Euangelicam doctrinam ſui creatoris ſibi eſſet iniecta memoria, properauit ad eius miſericordiam implorandam. Quem benigniſsimus pater ſuſcepit, donauitq. ſtola quam propter primi parentis, peccatum perdiderat, & annulo fidei, & calciamentis ſuæ protectionis, cõuiuio ſui corporis cũ excipiens



piẽs; quod nondum ſeniori filio in agro ceremonijs veteris legis occupato parauerat, qui ægre ferebat gentes ad gratiam Euangelicam recipi. Pater vero ipſum etiam conſolatus, nequaquam debere indignari dixit, quia gẽtes quę perierant inuẽtę eſſẽt Alij vero totã hac parabolę ſeriẽ de Chriſto interprętãtur nomine filij iunioris ipſum ſignificari exponẽtes &c. Iſtę expoſitiones quia a ſanctis patribus & grauiſsimis doctoribus traditę ſunt, non ſunt contemnendæ ſed venerãdæ. Alij vero totius parabolæ cõtextum de iuſtis & peccatoribus interprætantur, & iſte ſenſus intentioni Chriſti valde cõſonus apparet, quia parabolã propoſuit aduerſus Phariſęos qui murmurabant eo quod peccatores reciperet. Hanc interpretationem latę in cõcione proſequar, & ideo non eſt quod in præſentiarum immoremur.

## CONCIO.

QVICVMQ. terrenarum rerum amore detẽti teterrimis vitijs ſine diſcrimine ſuccumbunt; ad vitam in melius commutandam, non tam ipſa ſuæ vitæ miſeria, aut cæleſtis vitę deſiderio, quã inexhauſto miſericordię Dei theſauro moueri profecto deberent, qui eos qui extra ſecuriſsimã ſuam tutelam perdite affligũtur, apertis clemẽtiſsimi patris viſceribus expectat. Sed ea eſt humanorum cordium prauitas, vt aranearum more ex Dei bonitate virus eliciunt, anſam ex ipſa peccandi & pręſumptionem ſumentes. Hoc ſapiens perniciosiſsimum & contra ſpiritum ſanctum deteſtans vitium dicebat, Eccleſias 37. O præſumptio nequiſsima vnde creata es? quaſi dicat. Nũquid ex multitudine peccatorũ procedis? Sed eis cõfundi potius homines quam præſumere deberent. Num ex ipſa Dei bonitate? Sed ea potius te ad vitam rite inſtituendam

Eccle. 37.

Simili tudo. dam incitare certum eſt, & non ad praue operandũ. Velut
ſi infirmus quiſpiam modum excedat, intemperate bibens
& comedens, præſumens ſui medici peritia, quantũuis mor
bus ſit contumax, & ipſe indulgentius viuat, curari poſſe;
cum potius ipſa medici peritia ad modum ſeruandum indu
cat. Non aliter igitur de Deo ſentiendum eſt, qui ſua miſeri-
cordia & bonitate, ad peccatum potius deteſtandum & fu-
giendum inducit. Cuius in ex cogitabilis miſericordiæ Dei
imaginem, propoſita hęc parabola (ſi quis alius ſcripturę lo
cus) apertiſsime depingit, in adoleſcente qui poſt diſsipatam
ſubſtantiã rediens, a patre benigniſsime ſuſceptus eſt, ita vt a
lios iuſtos vel iuſtitiæ nomine ſibi placentes attonitos red-
dat, qui præcipue gaudere deberent. Deniq. huius parabolę
ſcopus eſt oſtendere, quanta benignitate Deus pænitentem
peccatorem ſuſcipiat, qualiſq. eſſe debeat peccatoris pæni-
tentia, quantaq; eius vis ſit, & quo pacto peccatores Dei gra
Homo quidã habuit duos filios. tiam quærere debeant. Pater iſte qui duos filios habet, Deus
eſt; Adoleſcentior filius, peccatores ſignificat, iuuenilis ſi-
quidem ſtultitiæ eſt, Deum derelinquere, ipſaq. iuuẽtus pec
catum ſignificat, quæ lubrica & inſtabilis eſſe ſolet, Ita dice-
Pro. 20 bat ſapiens Pro. 20. Ex ſtudiis ſuis cognoſcitur puer. Ac ſi di
cat. Opera iuuentutem indicant, & quilibet ſuis operibus ſi
iuuenis eſt oſtenditur. Quid enim prodeſt hominem quin-
quaginta annos natum eſſe, ſi inanibus & puerilibus ope-
ribus deditus, impudicus & procax apparet, omnibuſq. ado
Eſa. 65 leſcentibus inſolentior? De his dicebat Eſaias ca. 65. Puer cẽ
tum annorum morietur. Quibus verbis oſtendit Eſaias plu
rimos quantũuis ſenes ętate, pueros eſſe propter iuueniles
actus & petulantiam. Ad eundum modum loquebatur Pau-
1. Co. 14. lus 1. Co. 14. Nolite pueri effici ſenſibus. Id eſt (vt interpre
tatur Diuus Thomas) nolite moueri ſicut pueri ad aliquid
appetendum, minime diſcernentes an bonum vel malum ſit.





Qui enim citra delectum ad appetibilia rapiuntur pueri ſen
ſibus efficiuntur. Illud in Salomone rege apertiſsime oſten-
ditur, Nam iouenis, ſenex fuit, & ſenex iuuenis. Cum iuue- 3 Re. 3.
nis enim eſſet Regum omnium glorioſiſsimus & piiſſimus
fuit, prudentiaq. eos omnes qui res hebræorum ad mini-
ſtrauerant ſuperauit, ætate vero prouectus, & mente pari- 3. Re. 11
ter ſeneſcente, inſaniens in mulieres, in rebuſq. venereis in
modicus pietatem deſeruit. Ad huncmodum intelligitur
illud Eſaiæ cap 3. Dabo pueros principes eorum, id eſt (vt Eſa. 3.
interlinealis exponit) malitia & moribus pueros. Illi enim
iuuenes proprie, ſunt, qui moribus procaces inſoleſcunt.
Primus vero huius adoleſcẽtis error fuit patris a ſe iugum Da mi hi portionẽ ſubſtã tiæ.
excutere, ſubſtantiæ partem petendo. Tales ſunt qui nolunt
ab aliquo dependere, ſed ſuo arbitratu viuere; de quibus
dicebat Iob. cap. 21. Vir vanus in ſuperbiam erigitur &
quaſi pullum Onagri ſe liberum natum putat. Eſt autem dif
ferentia inter animalia domeſtica & ſilueſtria, nam dome- Iob. 21.
ſtica veluti dominorum imperio alligata tenentur, ſilueſ-
tria vero libere quocumq. ea appetitus tulerit vagantur. Nõ
nulli vero ſuperbi & vani, ſe ſicut animalia ſilueſtria libe-
ros taliter natos exiſtimant, quod nullis legibus conſtrin-
gantur, ſed ſe ipſis ſine aliorum dependentia viuendum,
& ita genio ſe indulgere poſſe. De talibus intelligitur illud
Hiere. cap. 2. Onager aſſuetus in ſolitudine attraxit ventum Hie. 2.
amoris ſui. Homo enim vanus ſicut ſilueſtre animal, quod-
cumq; deſiderium in hoc mundi deſerto ſibi appetitus
propoſuerit, quaſi ventum attrahit. Huiuſmodi vero qui
ſubiectionis a ſe iugum excuſſerunt, late vitijs indulgent.
Contrarium Petrus ſuadebat 1. Pe. 2. Subiecti eſtote om- 1. Pe. 2.
ni humanæ creaturæ propter Deum &c. Quia ſic eſt vo-
luntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis impru-
dentium hominum ignorantiam, quaſi liberi, & non qua-

ſi velamen habentes malitię libertatem. Quibus verbis oſte-
dit Petrus Dei volūtatē eſſe, vt ſuperioribus homines ſubii-
ciātur, iſta enim ſubiectio minime derogat libertati, ſed co-
hercet nos, ne in peccati ſeruitutem incidamus; Nō ſicut ali
qui, qui libertate, quaſi velamine vtūtur, ad peccādū. Immo
prauos mores libertatis velamine cooperiunt, ſicut noſtri
temporis nouatores, qui cū corruptiſsime viuāt de libertate
Chriſtiana magnifice proloquuntur; Eā autē eſſe dicunt ſacro
ſancti Romani Pontificis decretis non obtemperare, ſed a-
miſſa totius virtutis imagine, effuſe vitijs omnibus indulge
re. Hos vero, qui totius a ſe ciuilitatis iugū excutiunt, ſacra
ſcriptura viros Belial vocat, id eſt abſq. iugo, quaſi viros
Dimi- omnibus modis peſsimos. Efficaciſsima vero ratione Deus,
ſit illis nobis partem ſubſtantię concedens, libertatem dedit. Quia
ſubſtā omnia quæ in mundo ſunt, ſuo modo ipſi deſeruiunt, (ſicut
tiam. Bernardus ait in ſermone diligēdo Deo) Angeli vt Angeli,
Ber. bruta vt bruta, res inſenſibiles vt tales, & ita, vt homines ip
ſi ſeruirent vt tales, eos minime cogit ſed liberos eſſe
Simile vult; Sicut Reges qui nobilium tantū filios admittūt vt ſibi
ſeruiant, ita Deus homines liberos & nobiles eſſe vult. Hæc
eſt ſubſtātię portio omnibus a Deo cōceſſa. Noluit autē pa
ter filiū inuitū detinere, ita Deus a ſe recedere volentes, di-
mittit, vt quilibet agat vt ſibi libuerit. Propterea dicebat
Zacha per Zachariā. 11. Non paſcam vos, quod moritur moriatur,
11. quod ſucciditur ſuccidatur, & reliqui deuorent vnuſquiſq.
carnem proximi ſui. Quaſi dicat Nō vultis ſub mea tutella
eſſe, quinimmo iugū meū a vobis excutere voluiſtis, neq. e
go igitur veſtri curā habebo, ſi quis moritur peccando mo
riatur, ſi ſucciditur vt areſcat per culpā, vel per hęreſim, ſuc
cidatur, & ita vos reliqui, vt ſi quis carnē proximi ſui deuo
rauerit ipſum perſequendo, vel maledictis mordendo, non
curem, ſed libere vos operari relinquam. Aliqui enim ita a
Deo



Deo recedunt vt nūquā reuertantur, qui ſcilicet obfirmato
ipſum animo offendunt. De quibus Deus per Hiere. cap. 8.
dicebat Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contētio-
ſa? apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti? Qui-
bus verbis (vt Hieronymus exponit) oſtendit Deus aliquos Hiero.
ita a ſe recedere, vt quāto magis eos ad pœnitētiā vocat, tan
to illi plus recedunt, non tā peccandi ſtudio quam ipſum
Deum ſuperandi, & iſta eſt contentioſa auerſio, quia cum
Deo contendunt ſuam bonitatem ſuperare ſua malitia con-
tēdentes; qui toties vocati reuerti nolūt, apprehēdētes for
titer mendacium id eſt praua quæq. virtuti iuſtitiæq. con-
traria. De his etiam dicebat Iob. Quaſi de induſtria receſſe Iob. 34.
rūt, abeo, & vias eius intelligere noluerūt. Ac ſi dicat, conſul
to propria iniquitate receſſerunt ab eo. Alij vero, a Deo re
cedunt poſtea reuerſuri quorum peculiarem Deus curam
gerit, immo veluti nuntios poſt eos mittit ad reuocan-
dum, Receſſerat Dauid & miſit ad eum reuocandū Nathā.
Receſſerat Petrus, oculoſq. ad eū quaſi nūtios miſit. Alios
vero quaſi capillicio abreptos ad ſe trahit, ſicut Paulū quē
ab equo deturbatū alloquutus dicebat; Quid me perſequeris?
reuertere, Loth Angeli impellentes a Sodoma eduxerunt.
Qui vero a Deo recedūt, in terram longinquam abeunt, vt
inſtabiles, quales omnes ſunt qui a Dei tutela ſe ſubtrahunt.
Quibus Eſaias dicebat, Coronans coronabit te tribulatio- Eſa. 22.
ne, & quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam.
Eū enim, qui quia a Deo recedit, ab ipſo deſeritur, omnia ve
luti mala apprehēdūt, ita vt tribulationibus coronari dica-
tur. Dauid cum Deum habebat propitium, omnia aduer-
ſa & inimicos effugiebat, ſicut ipſe dicebat. Omnes gentes
circuierunt me, & in nomine domini quia vltus ſum
in eos. Nam & filius regis ipſi fauebat. Cum vero Deum
deſeruit, omnes in illum conſurgebant. Sicut dicitur in
 pſalmo.

ſi velamen habentes malitię libertatem. Quibus verbis oſtē dit Petrus Dei volũtaté eſſe, vt ſuperioribus homines ſubiiciãtur, iſta enim ſubiectio minime derogat libertati, ſed cohercet nos, ne in peccati ſeruitutem incidamus; Nō ſicut alii qui, qui libertate, quaſi velamine vtũtur, ad peccãdũ. Immo prauos mores libertatis velamine cooperiunt, ſicut noſtri temporis nouatores, qui cũ corruptiſsime viuãt de libertate Chriſtiana magnifice prolocuntur; Eã auté eſſe dicunt ſacroſancti Romani Pontificis decretis non obtemperare, ſed amiſſa totius virtutis imagine, effuſe vitijs omnibus indulgere. Hos vero, qui totius aſe ciuilitatis iugũ excutiunt, ſacra ſcriptura viros Belial vocat, id eſt abſq. iugo, quaſi viros omnibus modis peſsimos. Efficaciſsima vero ratione Deus, nobis partem ſubſtantię concedens, libertatem dedit. Quia omnia quæ in mundo ſunt, ſuo modo ipſi deſeruiunt, (ſicut Bernardus ait in ſermone diligẽdo Deo) Angeli vt Angeli, bruta vt bruta, res inſenſibiles vt tales, & ita, vt homines ipſi ſeruirent vt tales, eos minime cogit ſed liberos eſſe vult; Sicut Reges qui nobilium tantũ filios admittũt vt ſibi ſeruiant, ita Deus homines liberos & nobiles eſſe vult. Hæc eſt ſubſtãtię portio omnibus a Deo cõceſſa. Noluit auté pater filiũ inuitũ detinere, ita Deus a ſe recedere volentes, dimittit, vt quilibet agat vt ſibi libuerit. Propterea dicebat per Zachariã. 11. Non paſcam vos, quod moritur moriatur, quod ſucciditur ſuccidatur, & reliqui deuorent vnuſquiſq; carnem proximi ſui. Quaſi dicat Nō vultis ſub mea tutella eſſe, quinimmo iugũ meũ a vobis excutere voluiſtis, neq. ego igitur veſtri curã habebo, ſi quis moritur peccando moriatur, ſi ſucciditur vt areſcat per culpã, vel per hęreſim, ſuccidatur, & ita vos reliqui, vt ſi quis carné proximi ſui deuorauerit ipſum perſequendo, vel maledictis mordendo, non curem, ſed libere vos operari relinquam. Aliqui enim ita a Deo

Diuiſit illis ſub ſtã tiam. Ber.

Simile

Zacha 11.



Deo recedunt vt nũquã reuertantur, qui ſcilicet obſtinato ipſum animo offendunt. De quibus Deus per Hieré. cap. 8. dicebat Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contẽtioſa? apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti? Quibus verbis (vt Hieronymus exponit) oſtendit Deus aliquos ita a ſe recedere, vt quãto magis eos ad pęnitẽtiã vocat, tanto illi plus recedunt, non tã peccandi ſtudio quam ipſum Deum ſuperandi, & iſta eſt contentioſa auerſio, quia cum Deo contendunt ſuam bonitatem ſuperare ſua malitia contẽdentes; qui toties vocati reuerti nolũt, apprehẽdẽtes fortiter mendacium id eſt praua quæq. virtuti iuſtitiæq. contraria. De his etiam dicebat Iob. Quaſi de induſtria receſſerũt, abeo, & vias eius intelligere noluerũt. Acſi dicat, conſulto propria iniquitate receſſerunt ab eo. Alij vero, a Deo recedunt poſtea reuerſuri quorum peculiarem Deus curam gerit, immo veluti nuntios poſt eos mittit ad reuocandum, Receſſerat Dauid & miſit ad eum reuocandũ Nathã. Receſſerat Petrus, oculoſq. ad eũ quaſi nuntios miſit. Alios vero quaſi capillicio abreptos ad ſe trahit, ſicut Paulũ quẽ ab equo deturbatũ alloquutus dicebat; Quid me perſequeris? reuertere, Loth Angeli impellentes a Sodoma eduxerunt. Qui vero a Deo recedũt, in terram longinquam abeunt, vt inſtabiles, quales omnes ſunt qui a Dei tutela ſe ſubtrahunt. Quibus Eſaias dicebat, Coronans coronabit te tribulatione, & quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam. Eũ enim, qui quia a Deo recedit, ab ipſo deſeritur, omnia velutimala apprehẽdũt, ita vt tribulationibus coronari dicatur. Dauid cum Deum habebat propitium, omnia aduerſa & inimicos effugiebat, ſicut ipſe dicebat. Omnes gentes circuierunt me, & in nomine domini quia vltus ſum in eos. Nam & filius regis ipſi fauebat. Cum vero Deum deſeruit, omnes in illum conſurgebant. Sicut dicitur in pſalmo.

Hiero.

Iob. 34

Eſa. 22

pſalmo. Perſequimini & comprehendite eum, Deus dere-
liquit eum. Acſi diceret. Omnes contra ipſum, quia effu-
gere non poterit, cum Deum non habeat. Tales ſicut pila
Simili mittuntur. Quemadmodum enim ſphæra (vt ait Hierony-
tudo. mus) a ſuperiori loco per accliue decidens, ſubſiſtere non
Hiero. poteſt, ſed in inmenſum voluitur; ita homines a Deo rece-
dentes, & ad mundi ſenſoria conuerſi, vt inſtabiles hac atq.
illac voluuntur; immo ſicut pila a ludentibus huc atq. il-
luc emiſſa volitat; ita homines extra ſecuriſsimam Dei tute
lam poſiti, a ſuperbia ad gulã, a gula ad luxuriã, & demũ per
Con- uitia circũducti huc atq. illuc agitantur. Id ſaluator ſignifi-
ſump- carę voluit, cum prodigum luxurioſe viuendo omnia con-
ſit ſubſ ſumpſiſſe ait. Non enim in honeſta venere tantũ conſump
tantiã ſiſſe ſignificatur, ſed ludis, compotationibus, lenocinijs, lu-
viuen xu veſtium, libidinibus inanibuſq. amicitijs, mundano faſtu
do lu- & inani lætitia. Quanuis libidinoſi potiſsimũ, perditiſsime
xurio- omnia conſumant, quia corpus, famam, vitam, & ſubſtãtiam
ſe.
1.Co.6 perdunt. Sic Paulus 1. Co. 6. Qui fornicatur, in corpus ſuum
Simile peccat. Quemadmodum enim auicula nectu lumen lucer-
næ circumuolitat, quouſq. vel oleo ſubmerſa, vel combuſ-
ta depereat; ita fornicarii inhoneſtum peccatum circũdant,
Eccle. quouſq. omnia conſummant. Propterea dicitur Eccleſiaſti.
9. 9. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo, ne perdas te &
hæreditatem tuam. Incomparabiles vero diuitias homo
peccando perdit præter temporalia illa quæ diximus. In
primis Dei gratiam & charitatem quæ mille mundis præ-
ponderant, virtutes cardinales, & infuſas, virtutes morales,
dona ſpiritus ſancti, fructus ſpiritus ſancti. Propterea dice-
2.Io. 1. bat Ioãnes in ſua ſecũda Canonica ca. 1. Videte vos metipſos
ne perdatis quę operati eſtis, ſed vt mercedẽ plenã recipia-
tis, Quaſi dicat. Videte cautiſsime vos & opera veſtra, ne
peccãtes amittatis quę Dei gratia veſtriſq. operibus, tãtoq.





labore acquiſiſtis, ſed cõſeruate, vt mercedẽ pro illis a Deo
recipiatis, De his etiã dicebat Eſaias ca. 10. Ab anima vſq. ad Eſa. 10
carnem conſumetur, & erit terrore profugus. Multi namq.
non animam ſolum, ſed corpus etiam perdunt, & profugi
vt prodigus iſte fiunt. Qui cum inter malos viueret, ſecu-
ta eſt fames, nam conſumptis naturæ & gratiæ bonis, obſcu
rato intellectu, & voluntate infirma, miſer peccator ad ino
piam venit virtutum, quibus anima nutritur præſertim fa-
me verbi Dei ingraueſcente. Tunc ei a quo ſuperatus eſt Adhę-
ſeruus fit, ſcilicet Diabolo cui adhæret. Is enim ciuis eſt ſit vni
regionis peccati. Ideo Hiere. 16. dicitur. Seruietis Diis a- ciuiũ.
lienis qui non dabunt vobis requiem. Dæmon vero nihil an Hiere.
tiquius habet quam peccatorem ad paſcendum porcos mit 16.
tere, in villam ſuam. Immundorum enim hominum velu-
ti libidinoſorum ſenſus, qui in luto vilium affectionum vo
lutantur, porci dici poſſunt. Nam porcorum oculi, nequa
quam valent ſurſum ſpectare, qui cum glandes ſubter quer Paſcit
cum comedant ipſam nunquam aſpiciunt. Tales ſunt illo- porcos
rum ſenſus, qui ad ima ſemper proni, nequaquam ea quæ
ſurſum ſunt vident. Hos ergo porcos peccator paſcit, cum
ſuos ſenſus teterrimis vitijs indulgere ſinit, quibus quaſi ci
bis nutriuntur. Quos ſenſus hedos Spiritus Sanctus vocat,
quia immundi ſunt, & ad ſiniſtram in iudicio collocari de
bent; Cantico. 1. Si ignoras te o pulcherrima inter mulie- Cant. 1
res, egredere & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſto-
rum. Quaſi ſi Spiritus Sanctus animæ humanæ dicat. Si tuã
nobilitatem ignoras prauis moribus degenerans, egredere a
me & vade poſt tuos brutales motus & paſce eos quaſi he- Vole-
dos. Sed nec ventrem peccator implere poteſt, nec ſiliquis bat ſa-
ſatiari, id eſt rebus carnalibus. Quia Diabolus quãuis prauo tiare
rũ hominũ deſideriũ accendat, nequaquã illis delectationes &c. &
concedit, minimeq. eos concupitis frui ſinit, ſed ipſis eos ſæ nemo
illi da-
bat.

piſsime priuat. Pharao filius Iſrael, nec paleas ad opus cōc
debat. Ita diabolus longe acerimus Tyrannus, ſuis delecta-
tiones ſubtrahit. Ecce ad quem viliſsimum ſtatum homi-
nem peccatum adducit, qui ſui patris ſcilicet Dei domū de
ſerens, & quaſi extra ſe egreſſus, inęſtimabiles ſpiritus ſācti
diuitias conſumpſit, factuſq. diaboli non ſolum ſeruus ſed ſu
bulcus, fame pene exeſſus, effręnes impetus, & ignobiles ſen
Eccleſ. 4. ſus quaſi porcos paſcit. De quo illud Eccles. 4. dici poteſt.
Dę carcere quis egreditur ad regnū, & alius natus in regno
inopia cōſummitur. Nā aliquis de cathenis diaboli, ad gratię
regnū egreditur, & alius natus in regno ſcilicet delitijs regni
Eccleſię nutritus, & ad regnādū natus, inopia rerū ſpiritua-
lium conſummitur. Sicut prodigus iſte qui nec ſiliquis ſatu-
rari poterat.

In ſe reuerſus. Quarum calamitatum vna demum cautio eſt, ſi ad ſe pecca
tor reddeat, qui velut attonitus extra ſe vagatur. Cum fæ-
Similitudo. bris ardens ita in homine graſſatur, vt mota mente delirare
eum faciat, is nec capitis dolorem, nec aliud quoduis nocu-
mentum ſentiens, lętatur, & ridet, ſed recedente fębre, velu
ti ad ſe reuerſus membrorum omnium quaſi laſsitudinem
ſentit. Ita multis accidit qui peccato quaſi fębre extra ſe po
ſiti delirant, eius incōmoda minime ſentientes, poſtea ad ſe
redeuntes, eorū grauiſsima dāna perſentiūt. Propterea dice
Eſa. 46 bat Eſa 46. Reddite pręuaricatores ad cor. A corde damnū
incepit, ab eo etiam remedia procedere debent, immo ab
Quāti mercenarij. eo exordiri debent; In ſe vero reuerſus ait. Quanti merce-
narij in domo patris mei abundant panibus. Mercenariorū
nomine imperfecti ſignificantur. Quaſi dicat. Quot incipiē
tes & imperfecti, in domo Dei patris abūdant ſpiritualibus
aliquot alimentis. Vbi aperte vides delitias paternę domus
Similitudo. ipſum ad redeundum mouiſſe, quæ adeo ſuaues ſunt vt
quoſq. rite eas cōſiderantes alliciant. Nam ſi delitiæ in cibo
& potu



& potū & veſtibus cōſiſtunt, & in pharmacopolę remedijs
ad infirmos curandum, vbi obſecro tales ſicut in domo Dei
delitias reperiemur? Quis vt Deus paſcit, & ita ſplendide
nos conuiuio excipit, qui nos ſuo corpore cibat & ſangui-
ne potat? Quis ita ſeruos ſuos veſtit ſicut Deus, qui nos cha
ritate induit, & veſtimentis ſalutis? Sicut Eſaias. ca. 61. ait. Si Eſa. 61.
vero Dei ſeruos infirmari contingat, vbi nam quæſo melio
res medici, & Pharmaca meliora, quā domus Dei, ſcilicet Ec
cleſię ſacramenta? Recte ergo Prodigus iſte, delitijs domus Surgā.
paternę motus, dixit. Surgā. Si quiſpiā in porta alicuius ciui Similitudo.
tatis dormiręt, quę intus tota conflagraret, excitatus ab ali-
quo, ſurgeret profecto confeſtim, ne cum incenſa ciuitatę
periret. Infernus ciuitas ardens eſt, & porta huius ciuitatis
eſt læthale peccatum, in quo multi dormiunt, excitati ergo
per prædicatores vel Dei inſpirationem, conſurgere ſta
tim debent. Sic dicebat Paulus Ephe. 5. Surge qui dormis Ephe. 5.
&c. Ecce qualiter veri pænitentis imago depingitur.
Primo enim ad ſe reuerſus, ſui ſtatus vilitatem cognoſ-
cit; & tunc peccator ex conſideratione diuinæ miſeri-
cordiæ, concipit ſpem veniæ impetrandæ: Et cum humi-
litate confiteri proponit, non audet autem petere reſti-
tutionem priſtini ſtatus, ſed tantum vt intra familiam ad-
mittatur. Ita dicebat Dauid. Elegi abiectus eſſe in do- Pſ.
mo Dei mei. Ad hunc modum affectus confeſsionem pro-
ponit dicens. Pater. Quid ais iuuenis? Eum a quo receſiſti, Pater.
ſub cuius tutella viuere noluiſti, qui ſubſtantiæ partem
tibi ab ipſo cōceſſam diſsipaſti, patrem compellare audes?
Tali nomine a nobis cum ad ipſum conuertimur appel-
lari Deus vult. Ideo dicebat per Hiere. ca. 3. Frons mere Hie. 3.
tricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere, ergo ſaltem amo-
do voca me pater meus. Quibus verbis (vt interpretatur
Hieronymus) oſtenditur nobis apertiſſime quomodo Hiero.
orare

Hiero orare debeamus & agere pænitétiam. Ipſe ſibi animam d
nymus ponſauit per fidem, quæ ad mundi delitias conuerſa fornica
tur, frontemq. meretricis impudicæ habet. Cui Deus. Nūc
ſaltem conuerſa, voca me pater. Quanto vero Deus clemen
tior eſt, qui ſalutis oſtendit viam, tanto miſerior meretrix
Pecca quæ renuit accipere ſanitatem. Propterea prodigus ait. Pa
ui in ter peccaui in cælum, quia ipſum terrenis rebus præpoſui;
cælum & coram te, qui tuam voluntatem meę poſtpoſui. Non ſum
&c. dignus vocari filius tuus, qui tantam bonitaté irritaui, totq.
tua beneficia flocipendi. Vel ſic. In Spiritu Sancto clama-
Rom. mus. Abba pater (vt Paulus ait Roma. 8.) Et ipſe ſpiritus
8. dat teſtimonium quod ſumus filij Dei, & hæredes, hæredes
quidem Dei cohæredes autem Chriſti. Modo ait prodigus.
Nō ſum dignus vocari filius tuus, qui Spiritum Sanctum a
me repuli, quo clamamus Abba pater, & quia ipſe eſt qui
dat teſtimonium, ideo non mereor dici filius tuus, & hæres
quia repuli Spiritum Sanctum, qui ſolet hoc dare teſtimo-
nium. Ecce veri pænitentis confeſsionem, quam prodigus
facere proponit. Executus vero eſt propoſitum cum ſurgés
venit ad patrem ſuum.

E A autem Dei bonitas eſt taleſq. ſuę miſericordię the-
ſauri, vt aliquibus ad ſe reuerſis, poſt ſubſtantiæ diſsipatio-
nem, non ſolūm gratiam, ſed priſtinum familiaritatis ſtatū
Vidit concedat, ſi ex animo indoleant, ſicut huic adoleſcenti, qué
eum a a longe venientem vidit. Quia Deus ſua gratia peccatorem
longe præuenire ſolet, ſicut Dauid dicebat. Præparationem cor-
Pſal. dis eorum audiuit auris tua, & dixi confitebor aduerſum me
miſeri &c. Videns vero confeſtim miſericordia mouetur. Quibus
cordia verbis oſtenditur Deum facile miſereri & condonare. Eſt
motus enim velut fiſtula ſulphure tincta, quę facilime accenditur,
eſt. & velut tormentarius puluis. Non enim ita facile tormen-
Simili tarius puluis ad contactum ignis accenditur. Sicut Deus ad
tudo. pecca-
Pſal.



peccatoris doloré miſeretur. Miſeratus vero cucurrit, quia
libentiſsime condonat. Quemadmodum vero venator præ
dam teneri videns currit, ne eam canes diſcerpant; Et ſicut Simili
qui retibus aues captat, cum alité caſsiculo teneri videt, ce- tudo.
leriter currit, ne elabatur & volitet. Ita Deus peccatorem Accur
videns, per dolorem cōuerſum, tot hoſtibus circumdatum, rens
maxime a diabolo, qui ipſum vt moloſus deuorare vult, ve- auté.
luti currit ad ipſum, quia tunc eſt in periculo recedendi.
Aduolat etiam Deus currens ne peccator elabatur a deau-
rato rete, quem ipſi expanderat ad ipſum capiédum, nempe
ſuā gratiā. Sic dicitur de Deo Thre. 1. Expādit rete pedibus
meis. Currit ergo Deus ne peccator a caſsiculo recedat. Te
nens vero amplexatur, & Deoſculatur, quia ipſi gratiam re
conciliationis confert. Propterea dicebat Eſa. cap. 5. Et fre- Eſa. 5.
met, & tenebit prædam amplexabitur, & non erit qui eruat Thre. 1
Quaſi dicat Deus fremit contra dęmones, vt peccatoré de- Ceci-
ferant, tenet vero ipſe eum quaſi prædam, amplexatur ſua dit ſu-
gratia, & non erit qui eruat. Sicut ſaluator dicebat Io. 10. Nō per
rapiet eas quiſquam de manu mea. Cadit vero ad collum e- collū.
ius quia poſt tot iuga ponderoſa, ſuum Deus ſuaue apponit. Io. 10.
Prodigus vero patrem alloquens, nō addit. Fac me ſicut v-
num ex mercenarijs, quia peccator antequam ad plenū cog
noſcat diuitias bonitatis & miſericordię Dei, quolibet lo-
co in domo Dei contentus eſt, ſed cum paterna Dei viſcera
experitur, non ſicut mercenarius, ſed ſicut filius amore ſer-
uire vult. Induit vero peccatoré Deus veſte & Stola illa, ſi Stola.
ne qua nuptijs cæleſtibus intereſſe non poteſt, ſcilicet cha-
ritate, de qua Paulus 2. Co. 5. loquebatur dicens. Si tamen ve 2. Co. 5
ſtiti & non nudi inueniamur. Dat dextre annullum videli- Annu
cet ſpiritum ſanctū, quo bonis operibus abundamus, eſtq. lus.
pignus gloriæ, ſicut dicebat Paulus. Ephe. 1. In quem credé Ephe. 1
tes ſignati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto. Calciamenta ve Calcia
X ro pe- mēta.

ro pedibus concedit, quibus faciliter in via Dei ambulare poſsit. Nec his contentus ducit eum ad menſam vituli ſaginati, ſcilicet ad conuiuium ſacratiſsimi ſui corporis, mactatur vero, quia quotidie offertur in Eccleſia. Eſt autem ſaginatus, quia impinguatus charitate, & Chariſmatum plenitudine. Tunc totius familiæ lætitia ſequitur, ſcilicet Angelorum gaudium propter peccatorum conuerſionem. Sicut dux magis gaudet, cum fugientem militem ad aciem reuerti videt, & fortiter hoſtem aggredi & vincere; ita peculiare in cælo gaudium eſt, cum peccator a Diabolo prius victus, ipſum poſtea conuerſus proterit. Quæ vero de fratre ſeniore dicta ſunt, Saluator adducit ad ipſos Phariſæos notandum, qui propterea murmurabant, quia peccatores ad ipſum accedebant, & benigne eos recipiebat, oſtendens eos impie tanquã iuſtos indignari, quod peccatores ipſe reciperet. Quaſi diceret Saluator. Eſto vos iuſti ſitis vel videamini (quia re vera non erant) ſine ratione murmuratis, quia peccator conuerſus, cũ mortuus fuerit reuiuiſcit, & cum perditus fuerit inuenitur. Dici etiã poteſt per hanc filij ſenioris murmurationem intelligi poſſe tantam eſſe Dei gratiam & bonitatem erga peccatores cõuerſos, vt iuſti quaſi attoniti admirentur, ita vt ex hoc naſci indignatio poſsit. Sicut in familiaribus colloquijs accidere ſolet, cum aliquem a nobis magnis beneficijs affectum alloquimur, dicimus. Omnes murmurãt, quod te tot beneficijs affeci, quã uis murmuret nemo. Primi etiam motus iuſtorum iſtæ querelæ poſſunt exiſtimari, qui conſiderantes Dei miſericordiam erga peccatores, veluti conqueruntur, quod non ita conſolationes ſpirituales recipiant, ſicut nouiter conuerſi. Peccatores vero Deus aliquando quibuſdam priuilegijs donat, vt permaneant, ſicut Paulũ & Auguſtinũ, quæ non ſunt perfectionis, ſed conſolationis. Deus vero iuſtos per inte-

Vitul' ſaginatur. Simphonia. Similitudo.

Indignatur frater ſenior.

Similitudo.



riores inſpirationes corripit, propter orientes hos motus, & eos non debere ſic cogitare docet conſolaturq. vt ſimul cum peccatoribus nouiter cõuerſis gaudeant, eo quod inuenti fuerint, & reuixerint.

## ¶ CVM FORTIS ARMAtus cuſtodit. &c.

## Cum in mundus ſpiritus exierit ab homine. Lucæ II.

PRIMAE huius parabolæ ſcopus a Chriſto intentus eſt, probare nõ ſolũ ſe minime virtute Sathanæ dęmonia eiicere, ſed etiam perueniſſe in Iudæos regnum Dei, & ita in hunc modum hæc parabola literaliter exponitur. Ac ſi Saluator dicat. Vultis aperte cognoſcere me nequaquam virtute Sathanę ſed ſpiritu Dei dęmonia eiicere, deſtructoque regno Diaboli, regnum Dei in vos perueniſſe? conſiderate quæ quotidiæ accidere ſolent inter duos homines fortes & potentes. Nam quandiu vnus ex ipſis armatus & expeditus eſt contra aduerſarios, domumque ſuam cuſtodit, ſecura ſunt omnia ſua, ſi autem aduerſarius eius ipſo fortior & manu promptior ſuperuenerit, non prius domum eius diripiet, quam ipſum vicerit & alligauerit. Quo effecto ingreditur domum eius & arma in quibus confidebat affert, & ſpolia eius tollens diſtribuit ſuis militibus vel quibus placuerit. Cum igitur eodem modo me videtis ingreſſum fuiſſe in regnum Diaboli tollereque arma eius, in quibus hactenus confidebat, nempe potentiam, & vitia quibus in homines hactenus præualuit, ſpoliaque eius

 ſcili-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ſcilicet homines, quos adeo ſubiectos poſſedit; certũ eſt me illum viciſſe & alligaſſe, tantum abeſt, vt illius virtute aliquid efficiam. Cũ ergo ſpiritu Dei quo dęmone ſum fortior, dęmonia ipſa eijciã, ſcitote noua quadã ratione regnũ Dei in vos perueniſſe. Quando vero Saluator ait, ſe eripere ſpolia diaboli ſcilicet homines, non obid ſolum dicit quia dęmonia eijciebat; ſed quia ſua doctrina multos ab eo abſtrahebat, ad fidem eos adhortans & virtutes. Cum vero Chriſtus prædicare & miracula facere incepit, tunc proprie veluti regnum Diaboli ingreſſus eſt, tunc incepit Diabolum alligare, quod quidem per Crucem, & Apoſtolorum prædicationem, perfectius effecit. Spolia vero diſtribuit cũ quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam vero doctores &c.

Cũ immundus ſpiritus &c.

HVIVS parabolæ de dęmone eunte & redeunte ſcopus eſt, oſtendere Chriſtũ minime Dęmoniũ habere, quim potius Iudæos ſeptem poſſidere Dæmones. Occaſionem vero Saluator accepit ex effecto miraculo dęmoniaci. Ac ſi dicat Chriſtus. Sic cum Iudæis erit, quaſi ſi Diabolus expulſus ab aliquo homine, in quo cõmode ſibi habitare videbatur, ambulet per loca arida, quia cum Diabolus in homine non eſt, quęlibet habitatio ſibi incommoda videtur. Nã quemadmodũ homines, non inueniunt requiem in locis ſqualidis & arentibus, ſed malunt in domo mũda & ornata habitare, ita Diabolus nullam requiem inuenit, cum ab hominibus eſt expulſus, niſi iterum hominem inueniat ad habitandum, inuento autem, ad ipſum quaſi ad domum mundatam & ornatam & vacantem reuertitur; quia niſi Diabolus domum hominis ab alijs vacuam inueniat non ingredietur. Tunc igitur Diabolus quaſi inuenta commoda habitatione, alios ſecum ducit, ne ita facile ab ea expellatur, & huius talis hominis poſteriora erunt peiora prioribus. Sic accidet Iudæis huius generationis, nam ab ipſis olim Diabolus egreſſus eſt; cum

Simile



cum ab ægipto liberati, legem & Dei cognitionem habuerunt; ſed ab ipſis Diabolo egreſſo, nulla habitatio commoda videtur, & ita quaſi in locis aridis & ſqualidis manet. Iſtius vero generationis Iudæi, ſuis peccatis & infidelitate qua meæ doctrinæ reſiſtunt, meaq. miracula impugnãt, ſuã veluti habitationem mundantes & ornantes, Diabolum ad hoſpitium inuitant, fiet igitur, vt is aſſumptis alijs ſeptem nequioribus, eos repetat, & opprimat, cæcitate in ęos & maioribus vitijs tyrannidem exercens, & ita ipſorum nouiſſima peiora erunt prioribus. Hæc parabola (ſi ad nos etiam ęxtendatur) admonet ne eum a Diaboli ſeruitute liberi, iugum eius excuſſerimus, iterũ cum hoſpitio recipiamus. Verum hoc in concione latius exponemus.

## CONCIO.

SI INTER præcipua huius mundi aduerſa ſeruitus iure cõnumeratur, adeo vt pro libertate tuẽda pleroſq. vitæ diſpendium tuliſſe legamus. Dæmonis efferi longeq. acerrimi Tyranni ſeruitus, qui nõ modo corpus Cathenatum torquet, ſed infælicem animã exquiſitis ipſaq. morte acerbioribus tormentis excruciat, multo grauior iudicãda eſt. Quãdoquidẽ ipſam Superbia inflat, Luxuria incẽdit, Accidia ligat, Ira perturbat, Gula ſuffocat, Inuidia putrefacit, Auaritia torquet. Ea propter cũ omnia Saluatoris geſta in noſtræ naturæ beneficiũ ad memoriã reuocata delectẽt, illa pręſertim effuſe lætificant, quę de hoc inmani Tyrãno triũphos cõmemorãt; quibus eius virtus adeo cõfracta eſt, vt eũ nos facilę vincere (tametſi virib⁹ impares) cõfidamus, de quo propugnator noſter nobiliſsimis partis victorijs toties triũphauit. Eiecit eũ a cælo, eiecit a corporibus, ab animabus, & dęmum a mũdo, vt propoſitis aperte

Simile

paraboliſ ſignificatur.

SED dictu mirũ quot incommodis miſerã animã, dũ prę
ualet, cruẽtus hic hoſtis afficiat, quãq. graue prædurę ſerui-
tutis iugũ imponat. Quemadmodũ vſurarius, cũ ſingrapha
ſimili-tudo. deuictũ hominẽ tenet, nõ deſiſtit, ſed nouis indies ipſũ cau-
tionibus obligat, quouſq. fortunas eius omnes abſorbeat, ac
veluti ſanguinẽ ſugat; ita Diabolus per peccatum admiſſus,
nouis indies inferni artibus hominem, inquo habitat, ſibi aſ-
tringit & obnoxium reddit, donec eum integre poſsideat.
Iudam primo ad furandum impulit, quia nequaquam inte-
gre acceptas eleemoſynas adminiſtrabat, poſtea propter ef-
fuſum vnguentum murmurare eum fecit, deinde ad imma-
ne longeq. atrox ſcelus ipſum pertraxit, vt ſui magiſtri pro-
ditor fieret, demun vt a Diabolo poſſeſſus communicaret,
nec deſtitit quouſq. ſugeſsit vt animũ deſpõdẽs ſe ipſe ſuſpẽ-
deret, quem laqueo demptum minime funerauerũt, ſed cre-
pans effudit viſcera. Adhũc modum Dæmon, quos poſsidet
excarnificare ſolet, idq. in pænã Deus permittit, ſic Dauid.
Pſ. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem vt non intrent in iu-
ſtitiam tuam. Adeo vero ſuperbus eſt Dęmon, vt qui ſimi-
lis Deo eſſe voluit, ipſum, quãtũ poteſt imitari ſtudeat; idq.
Anti-theſis. in prauis hominibus a ſe poſſeſsis efficit, quod Deus in elec-
tis efficere ſolet. Quemadmodum enim Deus perfectos vi-
ros quãdoq. ſic a ſecularibus rebus animũ abrũpere facit, &
in ſe trãsformat, vt minime viuere ſed mori mũdo videãtur,
Gala. 2 Deus que in ipſis viuat, ſicuti Paulus dicebat ad Gala. 2. Vi-
uo ego ſed nõ ego, viuit vero in me Chriſt⁹; Similiter diabo-
lus eos, in quibus per peccatũ habitat, ſic plerũq. a cæleſti-
b⁹ abſtrahit, & in ſe transformat, vt veluti mortui appareãt,
& ipſe in eis viuere videatur. Cuius rei imaginem nobis iſ-
te dęmoniacus prębet, cui adeo Sathanas impotenter domi-
nabatur, vt emortuus iudicari poſſet: quẽ nec ſenſuũ functio-
nibus



nibus vti ſinebat. Ademerat ei linguã, oculos excecauerat, au- Erãt mutũ
reſq. occluſerat, adeo vt pręter tactũ nil miſero reliquiſſe vi-
deretur. Nõ diſsimilẽ carnificinã, diabolus per peccatum ad-
miſſus in hominibus ſpiritualiter exercet. Nã & linguã eis
pręcidit, oculos effodit, & aures obturat. Holofernes Bethu- Iudith
lianis aquęduct⁹ obſtrui fecit, vt ſic arẽtes corrũperẽtur, vel
ad ipſũ deficerent, ita diabol⁹ ea in hominibus obſtruit, per
quę gratia Dei influere ſolet, elingues eos, ſurdos & mutos
efficiẽdo. Elingues quidem ne ipſum intus in anima latentẽ
prodãt. Sicq. multos videas clauſum in animo peccatum oc-
cultantes, cõfeſſarioq. interrogante, num aliquem vſuris ex-
pilauerint, aut occiderint, aut infamauerint obnixe perne- Hiere. 8
gare, Propterea Deus per Hieremiam dicebat ca. 8. Attendi
& auſcultaui, nemo quod bonum eſt, loquitur; nullus eſt
qui agat pænitentiã ſuper peccato ſuo, & dicat, Quid feci?
Acſi Deus diceret. Attẽte peruerſos homines auſcultaui ne-
mo peccatũ prodit, quod bonũ eſt loquẽdo, nec eſt qui verẽ
pęniteat. Carceris cuſtos, qui ferratas fores carceris ſecure Simile
clauſas habet, permittit incarceratũ hominem per interiora
carceris ambulare; Ita diabolus, qui animã mutã habet, parũ
curat, quod per Eccleſiã peccator deãbulet, miſſas audiat, e-
leemoſynas tribuat, dunmodo minime cõfiteatur, Iſta permit-
tit Deus diabolũ in homine efficere in peccati pęnã, ſicut in
perſona Ezechielis per metaphorã declarauit ca. 3. Fili homi- Ezech. 3.
nis ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabũt te in eis, & nõ e-
gredieris de medio eorũ, & linguã tuã adhærere faciam pa-
lato tuo, & eris mutus. Quaſi Deus cum peruerſo homine lo-
quẽs, dicat. Propter tua ſcelera data ſunt tibi me permittẽte
vincula, & illis te dęmones ligabũt, & quia obfirmato animo
a me receſsiſti, non egredieris de medio eorum, & permit-
tam in tui peccati pęnã, vt lingua tua palato adhęreat, eris-
que mutus. Aures etiam diabolus occludit ne peccator
ſolicitas

ſolicitas Dei voces per prędicatores vocantis audiat. Ita per
Miche 7. Micheam Deus de peruerſis loquebatur ca. 7. Ponent ma-
nus ſuper eos, & aures eorum ſurdæ erunt. Quibus verbis
Deus oſtendit ſuper iniquos homines, diabolum Tyranni-
dem exercere manuſq. ponere, & eorum aures ſurdas effice
re. Oculos etiam diabolus hominibus effodere ſolet, ne ſu-
percæleſtes intueantur diuitias, nec peccati incommoda vi
deant, vitæq. propriæ turpitudinem, inminentiaq. mala
quæ per peccatum Deus immittere ſolet. Hoc Saluator de-
plorabat cum Hieroſolymam petens, turritos eius muros
Luc.19 aſpexit, dicens. Si cognouiſses & tu, & quidem in hac die
tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab ocu-
lis tuis. Quaſi dicat. O ſi tu quę ſtolidiſsime nūc lætaris, mul
ta quæ tibi Deus interminatur aſpiceręs, & tuorum pecca-
torum incommoda, quæ quidē in pręſentia abſcondita ſunt
ab oculis tuis; quos diabolus excęcauit. De his Paulus ad E-
Eph.5. phe. ca. 5. dicebat. Teſtificor vt iam non ambuletis quemad
modum gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſ
curatum habentes intellęctum, alienati a via Dei per ignorā
tiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum. Ec
ce in quæ damna dæmon peccatorem deiicit, quibus ipſi viā
ſalutis præcludit. Et quemadmodum ſtudioſi homines a bo
nis operibus denominantur, ita dæmon iſte ab illato præci-
Locu- puo damno mutus appellabatur. Omnia vero iſta ſi propug
tus eſt natorem noſtrum admittamus, facile in melius commutan-
mutus tur. Nam præſente Chriſto & excluſo dæmone peccator lo
Eſa. 43 quitur, ſordeſq. in anima latentes detegit, Sicut Eſa. 43. Dic
tu iniquitates tuas primus, vt iuſtificeris. Loquitur etiam
Pro.25 peccator quando et vbi oportet ſicut Pro. 25. dicitur. Mala
aurea in lectis argenteis, ſic qui loquitur verbum in tēpore
ſuo. Præſente etiam Chriſto, aures homini aperiūtur. Sicut
Eſa.29 Eſaias cap. 29. dicebat, Et audient ſurdi in illa diē verba li-
bri



ori Dei, & cæci de peccatorū caliginae oculos aperiēt. Sicut
experientia comprobatur, homines, apertis per Dei gratiā
pręuenientem oculis, multa quæ illis peccati ſecuritas occul
tabat, reſpicere. Vidēt enim ſurſum & dicunt. O quā gloriā
propter mea ſcelera amittebā. Deorſum vero reſpiciētes di
cūt. O quot mihi exquiſitiſsima tormēta præparata erāt. An
te ſe vero vidētes dicunt. O quomodo indies morti appro
pinquabam, Retro vero intuęntes dicunt o quam turpem
vitam & omnibus ſcandaloſam gerebam. Sic Apo. 3. dicitur. Apo.3.
Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Acſi diceret. Da ſpi
ritui ſancto locum expulſo demone, vt ſuæ gratiæ collyrio
oculos tuę mētis inungat, & videbis quæ peccato impedita,
antea non videbas. Paulus etiam ad Ephe. 2. dicebat. Non Ephe.
ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in 2.
orationibus meis, vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater
det vobis ſpiritum ſapiētię, & reuelationis in agnitionē eius,
illuminatos oculos mētis veſtrę; vt ſciatis quę ſit ſpes voca
tionis eius, & quę diuitię glorię hęreditatis eius in ſanctos.
Quibus verbis Apoſtolus propterea Deo gratias agit & pro
Epheſijs orat, vt daret illis ſpiritū quo cognoſcerēt eū, & il
luminaret oculos mētiū, ad intelligēdā ſanctorū ſpē & glo-
riā. Talia in nobis miracula quotidie experimur, nec minus
eſt diabolū ab anima, quā a corpore expellere, immo longe
maius; quanuis non ita miremur ſicut turbæ, Quæ viſo mira Admi
culo miratę ſunt. Phariſęi vero vel negare vel ſiniſtra inter ratæ
pretatione ſubuertere nitebātur (vt ait Beda) dicētes. In Be ſunt
elzebut &c. Qui ſtudioſe operātur, varijs diuerſa opinantiū turbæ
ſentētijs expoſiti ſunt. De quibus nequaquā nimiū curandū quidā
eſt, quādoquidē de Chriſto homines diuerſa ſentiebāt. Pau autem
lus 2. Co. 2. dicebat. Gratias Deo, qui ſemper triūphat nos in ex eis &c.
Chriſto, & odorē notitiæ ſuæ manifeſtat per nos, quia Chri 2.Co.2
ſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiūt, & in his qui

pereunt;alijs quidem odor mortis in morté,alijs auté odo
vitæ in vitã. Quibus verbis Paulus ad propoſitũ accommo
datiſsimis Deo gratias agit, non ſolum quia ipſis Deus ad
pugnã contra Dæmones vtebatur & vincebat,ſed quia par
ta victoria(quod maius eſt)debellatis Dæmonijs,in cordi-
bus hominũ triũphabat,& præter hoc odoré notitiæ Chriſ
ti per eos vbiq.locorũ manifeſtabat.Hæc eſt auté inter bo-
nos maloſq.Euãgelij prędicatores differétia,quia mali noti
tiã ſolũ Dei inter homines ſpargũt, boni vero odoré noti-
tiæ Dei oſtédũt.Sicut Apoſtoli & Apoſtolici viri,ex quo-
rũ ſtudioſis operibus doctrinæ reſpõdétibus,homines Chri
ſti ſuauitaté,& delitias ſpirituales olfaciũt:ita vt velut im
potéter ad illas rapiãtur.Et cũ hæc ita ſint,(ait Paul[9]) corã
Deo,nos(licet multi pereant & multi ſalui ſint)ſuauis Chri
ſti odor ſumus;corã hominibus vero,quia varie ſunt diſpo-
ſiti,quibuſdã odor mortis in mortem ſumus;quia quæ præ-
dicamus,& operamur mortifera iudicant;alijs vero odor vi
tæ in vitam ſumus,quia in noſtris verbis & operibus vitam
ineſſe ſentiunt.Ecce igitur qualiter beatus Paulus, quanuis
per eũ Deus deuictis Dæmonijs,in cordibus hominũ triũ-
Exo.18 pharet,non omnibus placebat.Moſes quanuis a mane vſq.
ad veſperam in componendis hominum diſſidijs occupa-
retur,nequaquam ſatis ipſis faciebat, ita vt ſocer eius ipſi
diceret ſtulto labore conſummeris:quia quãuis omnibus ho
ris in diluédis Iudęorũ forenſibus cõcertationibus diſcrutie
ris,minime contenti erunt.Iudæi quia Ioannes Baptiſta cõ
fragoſas aſperrimorum montium crepidines habitabat, &
locuſtis pro cibo vtebatur,murmurantes,Dęmonium eũ ha
bere dicebant. At contra quia Chriſtus cũ eis cõuerſabatur,
ſimiliter eum murmure inſectabantur.Propterea eos Salua
Luc.7. tor pueris ludétibus in foro humili quidẽ ſed aptiſsima pa-
rabola comparauit.Ac ſi diceret,Tale quid accidit homini





bus generationis huius,quale pueris ludentibus in foro con
tingere ſolet.Qui ſuis ſodalibus dicũt,Cãtauimus vobis &c.
Et lamétauimus.Quemadmodũ enim accidere ſolet in cetu
puerorũ ludentiũ,quoſdam nec tibijs ad tripudiũ prouoca-
ri,aut lamentatione ad fletũ;ita(ait Saluator)hominibus ge
nerationis huius accidit,vt pleriq.nec ſeueræ, nec laxioris
vitę exẽplo,ad pietaté prouocari potuerint,Venit Ioannes
Baptiſta cum vitæ auſteritate panem non manducans,& vi-
nũ non bibens,& illi non ſolũ ad pænitentiam non commo
ti ſunt,ſed potius eũ Dæmonium habere dicunt.Venit Sal
uator more aliorum cum eis comedens & bibens:& hac ci-
uilitate nequaquam etiam ad pietatem moti ſunt, quim po-
tius voracem eum appellabant.Vt vel inde hominum iudi-
cia aperte inter ſe diſsidentia nõ miremur,cum vnũ idemq.
Saluatoris miraculum turbas in admirationem raperet, &
Phariſæorum animos inuidia commotos cruciaret,ita vt ip
ſum conuellere niterentur.

SED quod Chriſtus cogitationibus eorum reſpondeat Vt vi-
cum poſſet verbis reſpondere, mirum eſt. Apertis enim dit co
verbis Phariſęi miraculum,Dæmonis virtute effectum eſ- gitatio
ſe ebuccinabant, & tentantes ſignum de cælo petebant.Cũ nes eo
ergo verbis ipſum aperte calumniantibus ſatisfacere poſ- rum.
ſet, cur ad cogitationes eorum, reſponſa conuertit? Ra-
tio eſt quia intellectus velit, nolit, veritatem amplecti-
tur,quia ad ipſam quaſi ad obiectum,vt naturale agens ten-
dit.Nonnulli vero veritatem agnitam propter deprauatum
affectum inſectantur,& id quod interius eorum intellectum
conuincit, exterius verbis impugnant, quod in Spiritum
Sanctum peccatum eſt.Tales erant Phariſęi, qui apertiſsi-
mam verborum & miraculorum Chriſti veritatem,impug
nabãt.Hebręi ab AEgipto egreſsi,accẽſam diuinitus facem Exo.14
ad iter deferebãt,cũq. AEgiptiorũ exercitus eos perſequẽs

appropinquaret Angelus Dei accéſam ignis collucentis fa
cem, inter vtraq. caſtra poſuit, vt vel inde AEgiptij viden
tes diuinum adeſſe lumen regrederentur & eos perſequi de
ſiſterent: quod efficere nolentes ſed eos perdendi animo
inſectantes deleti ſunt, ita vt nec cladis nũtius reuerteretur.
Ita Phariſæi, cum diuinum lumen in Chriſti miraculis &
doctrina ſplendere viderent, ipſum maligne inſectabantur.
Cuiuſmodi multos videas, qui cum in aliorum ſtudioſis
moribus, Dei lumen collucere videant, ipſos inuidia mo-
ti calumniantur. Ad cogitationes ergo potiſsimum Salua-
tor orationem conuertens, eas aliquot rationibus a com-
munibus exemplis petitis conuincit, quarum prior eſt. Ex
perientia cognoſcimus, omne regnum quantomuis muni-
tum ſi factionibus diuiſum ſit, deſſolari conſeſtim & colla-
bi; ſi ergo (vt vos calumniamini) Dæmun Dæmonem eii-
cit, neceſſario conſequitur, Dæmones factionibus diuiſos
eſſe, & ita Diabolus ea agit per quę regnum eius deſoletur:
ſed contrarium efficit, quia ſuum regnum conſeruare labo
rat &c. Et ita intelligitur illud, quomodo ſtabit regnum
eius? id eſt quomodo ſtabiliet regnum ſuum, quod omni
bus modis procurat, ſi Sathanam ipſe eijcit? Hæc prior
Saluatoris ſentẽtia experientia (vt diximus) comprobatur.
Quemadmodũ enim humana corpora multis membris cõſ-
tantia, varijs infirmitatibus ex humorum corruptione pe-
reunt; ita regna. Cum enim humores præfixam a natura
metam non exuperant, ſanitas conſeruatur, ſi vero tempe-
ramentum exceſſerint, infirmantur corpora, & quandoq.
pereunt. Ita in regno ſi prouintiales prauis moribus cor-
rumpantur, multoties regna collabuntur. Aliæ infirmita-
tes proueniunt ex mala compoſitione, cum aliqua in parte
corpus turget; ita quando in republica reperiuntur, qui
ſuperbe tribules ſuos paruipendunt, ſectiones fiunt, & ita
quan-

Omne regnũ in ſe ipſum diuiſum.

Similitudo.



quandoq. corruit. Aliæ infirmitates ex diuiſione continui
cauſantur, veluti ex inflictis vulneribus. Nullum atrocius
vulnus in republica reperitur quam prouintialium aut ci-
uium propter ſectiones & factiones diuiſio propter quam
collabi regna ſolent atq. diſſolui. Secunda Saluatoris ratio
eſt. Filij veſtri ſcilicet exorciſtæ Dæmones expellunt virtu
te exorciſmi, ego autẽ in digito Dei ſcilicet ſpiritus ſancti
virtute: ſi ergo illos virtute Dei expellere creditis me etiã
illius virtute eijcere (ni odiũ vetet) credere debetis, ſed ipſi
iudices veſtri erũt. Digitus Dei ſpiritus Sãctus dicitur, quia
ſicut digitus a corpore & brachio ita ſpiritus ſanctus a pa-
tre & filio. Digitus multa & diuerſa operatur; demõſtrat
viã, mũdat maculas, ſcribit. Ita illa vna & ſimplicisſima per
ſona eſt, ſed plura ſunt eiuſdẽ dona. Docet viã veritatis, mũ
dat maculas cordis noſtri, ſcribit in libro vitæ &c. His ce-
leriter explicatis ad propoſitũ parabolę veniamus.

Si in digito Dei.

EA quidem tertia ratio eſt, qua Saluator Iudæis oſtẽdit
ſuam poteſtatem, quæ magna eſt, fortior enim eſt Diabolo,
quẽ expugnauit, & domũ eius diripuit, ac ſi Saluator dice-
ret. Expellere me ſpiritus ſancti virtute Dæmonia, & in
vos regnum Dei veniſſe patet. Nam ego in regnum Diabo
li ingreſſus, arma eius in quibus hactenus confiſus eſt, abſtu
li, potentiam ſcilicet, & vitia quibus homines debellauit, &
ſpolia eius ſcilicet homines quos captos tenebat diſtribuit,
certiſsimum ergo ſignum eſt, me eo multo fortiorem eſſe.
Sed quomodo diabolus fortis ſit & armatus videamus. Crea
turę ſpirituales, & ſubtiles fortiſsime ſũt, & quo res ſubtilio
res eo fortiores. Sic aqua terra fortior eſt, & aer aqua, & ig
nis aere, anima corpore, ſine qua corpus cadauer eſt inſenſi
bile. Eapropter Diabolus qui mere ſpiritualis eſt, fortiſsi
mus eſt. Qui poteſt aera cõturbare, excitare tempeſtates, to
nitrua & grãdines, ſi ſibi permitatur. Sic Iob. 41. Nõ eſt po-

Cum fortis armatus &c.

Iob. 41.

 teſtas

teſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Aptiſsime vero pē
Alexandrum ſignificatur, qui græca lingua forté ſignificat.
Macha. De quo ſpiritus ſanctus Machabæorum ca. 1. loquitur dicēs.
1. Cōſtituit prælia multa & obtinuit munitiones, & interfe-
cit reges terræ, & pertraſiit vſq. ad fines terræ, & ſiluit terra
in cōſpectu eius, & cōgregauit virtuté & exercitū forté: &
eleuatū eſt cor eius, & obtinuit regiones gētiū, & facti ſunt
illi in tributū. Dæmō multoties præliatus eſt, primo in cælo
cū Michaele & Angelis, quod quidē præliū factū eſt percō
trarietatem volūtatū. Poſtea deſcēdit & præliatus eſt in pa
radyſo terreſtri, contra primôs parentes. Totq. prælia cōſe-
cit quot animas per peccatū occidit. Et obtinuit muniriones;
Caſtella ſunt hominū corda, quibus dominabatur parū enim
de corporibus curabat. Siquādo vero corpora cruciat, id fa-
cit, vt commodius cordibus dominetur. Et interfecit reges
terræ, nam protoparentes quos Deus mūdi reges effecerat,
occidit per peccatum. Et per tranſiit vſq. ad fines terrę, quia
Rom. 5 (vt Paulus ait) per vnum hominem peccatum in hunc mun-
dum intrauit, & per peccatum mors & ita in omnes ho-
mines mors pertranſiit. Et ſiluit terra a facie eius; quia om-
nes illi obediebant. Et exaltatum eſt cor eius; quia ab ho-
minibus ſe adorari faciebat. Et obtinuit regiones gentium
& facti ſunt illi in tributum; quia ſicut regi illi omnes tri-
buta cōcedebāt, ipſi ſacrificantes, Ecce qualis eſt Dęmonis
fortitudo. Quę quidem quanuis magna ſit, minime nobis no
Simile cebit, ſi nos ab eius laqueis cuſtodiamus. Eſt enim diabolus
ſicut enſis in vagina ligatus, & ſicut moloſus cathena vinctus
qui tibi ſi lōge ſteteris, nequaquā nocebit, ſi autē ei appropin
quaueris per conſenſum, quaſi rabidus canis te inuadet. Sic di
Ephe. cębat Paulus ad Ephe. 4. Nolite locū dare diabolo. Et Iaco-
Iaco. 4 bus 4 Reſiſtite diabolo & fugiet a vobis. Nō ſolū vero dia-
bolus fortis eſt ſed armatus, illis profecto armis, quę nos illi
con-



cōcedimus, nēpe noſtris prauis operibus, adulterijs periurijs
&c. De his armis loquebatur Paulus ad Ro. 6 Sed neq. exhi Ad Ro.
beatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: Quaſi dicat; 6.
Ne tradatis mēbra veſtra quaſi arma diabolo, ſed tradite Deo
Hieronymus vero ait peruerſos homines arma diaboli eſſe, Hiero
quibus alios expugnat. Atrium diaboli mundus erat, quem nym.
propter peccatum ſubiugauerat, & ideo ſecure poſsidebat
vſq. ad Saluatoris aduētum, a quo ipſum eiecit, quia vt for-
tior eum ſuperauit. Sicut Hieremias dicebat cap. 46. Fortis Hiere.
impegit in fortem & ambo pariter cōciderūt. Fortis Chriſ- 46.
tus, fortis dęmon impegit vero fortis in fortē, in nocte paſ
ſionis, & ambo conciderunt; Dæmon fęde ſuperatus, Chriſ-
tus concidit quidem per mortē, ſed deſcendens, ſpolia eius,
ſcilicet patres liberās, per varias cæli ſedes diſtribuit. Arma
etiam eius ſuſtulit, peccatum vincendo & Chyrographum
reſcindendo. Propterea dicebat Eſaias c. 49. Nūquid tolle Eſa. 49
tur a forti pręda, & quod captum fuerit a robuſto ſaluū eſſe
poterit? quia hęc dicit dominus. Equidē & captiuitas a forti
tolletur, & quod ablatum fuerat a robuſto ſaluabitur:
Quaſi dicat. Nūquid a diabolo qui fortis eſt poteſt ſubtrahi
pręda, & quod tot ānis ab ipſo captū in inferno tenetur prop
ter originale peccatū ſalutē cōſequi poterit? ac ſi dicat, maxi
mę. Num captiuitas a forti ablata eſt ſcilicet a Diabolo;
quando Saluator ad infernum deſcendens, patres liberauit &
in cælum conſcendēs, captiuam duxit captiuitatem. Tunc
ſalui facti ſunt, qui propter originale peccatum capti fuerāt
a Robuſto ſcilicet diabolo, per Chriſtū qui eo fortior eſt.

ALIA Saluator parabola iuſtum Iudæorum ſuppli- Cū im-
cium depingit dicens. Cum immundus ſpiritus. Dęmō ſpiri mun-
tus per naturam ſed inmundus propter culpam, ſicut Eſaias dus ſpi
dicebat ca. 14 Quaſi ſtirps inutilis, & ſanie pollutus es: quaſi ritus i
dicat. Stirps tua egregia quidē erat, ſed inutilis facta eſt per &c.
culpam, Eſa. 14

Ezech. 28. culpam, & ſanie pollutus es per ſuperbiam. Ezechiel etiam cap. 28. dicebat. In iniquitate tua polluiſti ſanctificationem tuam. Si talem reddidit culpa angelum, obſecro qualem red

Oſeę. 9 det hominem? propterea dicebat Oſeas. Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. Dæmon ergo expulſus fuit a iudæorum populo, quando legem accepit; Sed quemadmodũ aliquis mauult habitare in domo parata & commoda, quam ambulare per loca arida, & ſine aqua; Ita diabolus quęſiuit iterum ad eos reuerti, & priſtinum locum recuperare. Cui locum iudæi parauerant, Chriſti doctrinam impugnando; Inde factum eſt, vt non ſolũ ille, ſed ſeptem alijs ſecum adductis, eos repeteret, vt tyrannidé exerceret, & maioribus eos calamitatibus affecit quam vmquam. Iſta vero ſi ad mores traducantur ſic aptari poſſunt. Exit dæmon ab homine per pænitentiam. Ambulare vero per loca arida humano more dicitur, ſicut homines nequaquam libenter aridam terram inhabitant; Ita dæmon paratos ſibi reſiſtere homines, tamquã loca arida deuitat, & horret, quaſi dicat. Ita Diabolus extra hominem peccatorem manet, quaſi homo in locis aridis. Et ſicut paratæ domus & mundatæ, homines ad manendũm in eis alliciunt, ita otioſitas & exterior munditia, Dæmones quaſi ad habitandum vocant. Summopere vero cauendam eſt ne ipſum iterum admittamus, ipſe enim extra ſic eſt, ac ſi in locis aridis eſſet, ſi vero recipitur, ſeptem alios ſecum affert. Quibus pænæ & incommoda eorum, qui ad peccatũ redeunt explicantur. Primus diminuit peccati timorem. Secundus tollit conſcientiæ mordentis impulſum. Quartus adducit contemptum gratiæ. Quintus proponit veniæ difficultatem Sextus dat præſumptionem. Septimus inducit ad deſperandum. Ideo nouiſsima peiora ſunt prioribus. Qui in eo

Simile dem, quo curatus eſt loco, vulneratur iterum, difficilius curatur. Siquiſpiam fugit a carcere, & iterum comprehenditur, for-



fortius cathenis cõſtringitur; ita qui a Dæmone iterum poſt pænitentiam, ad peccatum rediens, comprehenditur acerbiorem eius Tyrannidem experietur. Curandum ergo ne ad vomitum quaſi canes homines reuertantur, ſed acquiſitã Dei miſericordiam caute viuendo conſeruare, procurent.

## OMNIS PLANTATIO QVAM non plantauit pater meus cæleſtis Eradicabitur, ſinite illos cęci ſunt &c. Matthæ. 15.

CVM diſcipuli Chriſti in Phariſæis ſigna indignationis vidiſſent, propter verba Chriſti, ad ipſũ acceſſerũt dicentes. Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? Quibus verbis oſtendebant, ſe curam gerere ſalutis Phariſæorum, & honoris Chriſti. Ideo Saluator audiens eos illorum curam gerere, oſtendit tale ſcandalum, ad impediendam veritatem ordinatum, eſſe contemnendum dicens. Omnis plantatio &c. Nonnulli ſanctorum Patrum ſcilicet Hilarius & Chryſoſto. nomine plantationis eradicandę, traditiones & dogmata, intelligunt, Quaſi dicat Saluator. Omnis doctrina quæ a Deo non dimanat, ſed a diabolo, eradicabitur per prædicationem Euangelicam, Et ita iſtæ traditiones Phariſaicæ eradicandæ ſunt, non eſt igitur eorum ſcandalum curandum, nec propter ipſum prædicatio relinquenda. Hieronymus vero nomine plantationis huius, peruerſos homines intelligit, quales erant Phariſæi. Aſſidicat Chriſtus. Non eſt illorum ſcandalum curandum, qui tandem, eradicandi ſunt. Nam frequentiſsime ſcriptura per arbores homines intelligit.

Hilari. Chriſoſto. Hiero.

 Reprobi

Reprobi igitur homines qui non ad vitam ęternam præpa-
rati ſunt, vt fructus bonorum operum producant, nequaquã
a Deo plantati ſunt. Secus dicendum de electis, de quibus
Pſa. dicebat Dauid. Erit tanquam liguum &c. Sententia vero
Chriſti intelligenda eſt de plantatione ad vitam ęternam,
& ideo quanuis diuerſis modis Deus homines plantet, (Nã
Hiere. malos vt Hieremias ait plantat, & Sinagogam plantauit) il
12. li omnes eradicandi erunt qui ad vitam æternam non ſunt
plantati. De his vero qui ab Apoſtolis plãtati ſunt, idem eſt
iudicium, nã (vt Paulus ait) Deus in crementum dedit, quia
Apoſtóli Dei cooperatores erant, & ita Deus per eos fide-
les plantabat. Cum ergó (ait Saluator) Phariſæi eradican-
di ſiat, non eſt quod illorum curam geratis, nam cæci ſunt,
& cum tales ſint aliorum cæcorum duces eſſe volunt. Que-
madmodum enim corporales cæci etiam die impingunt; ita
praui homines quales erant Phariſæi, ſicut deſperati nõ po
terant non ſcandalizari ex prædicatione veritatis, quam
quia cæci erant, non poterant reſpicerę. Ob id ait Chriſtus
Cæci ſunt, & cũ tales ſint minime ſe agnoſcunt, ſed alios du
cere præſumunt. Nec aliud de eis ſperandum eſt, quam vt
deſperati, ſe, & alios quos trahunt, in inferni foueam præ-
cipitent.

## CONCIO.

PHARISAEORVM ſcandalum a Chriſti
diſcipulis deſumptum, quod parum exteriorem
corporis munditiam curarent, cuius ipſi erant
ſtudioſiſsimi, apertam ipſorum hypocriſim dam
nat, quæ nihil aliud ſtudebat, niſi exteriori quadam ſancti-
tatis pictura, ſpectantium oculos paſcere; ad quam totius
legis obſeruantiam dirigebant, minime curantes quales in-
terius



terius eſſent, vbi vt peſtilentiſsimi & corruptiſsimi omnes
vitiorum numeros contegebant, dummodo inter homines
ſanctitatis opinionem conſeruarent, ob idq. non ſolum om
nium perfectiſsimi exiſtimari, ſed aliorum iudices eſſe vo
lebant. Qua autoritate ſingulorum domos ſcrutabantur; Et
ita ad Chriſti domum venientes, maximum in ea crimen
reperiſſe ebuccinabant, nempe Apoſtolos, non crebro, vt
ipſi faciebant in menſa manus lauare. Cuius gratia ab Hie
roſolymis venientes, & in eorum magiſtrum retorque-
re volentes, acceſſerunt ad ipſum. De his dicit Eccleſiaſti- Acceſſerunt,
cus. Ne fueris Hypocrita in conſpectu hominum &c. ne- ab Hie
reuelet Deus abſconſa tua, & in medio Sinagogæ elidat roſoly
te, quoniam acceſsiſti maligne ad dominum; & cor tu- mis
um plenum eſt dolo. Tales erant Phariſæi iſti Hypocri- &c.
tæ, quorum abſconſa Saluator in eos inuectus; reuelauit; Eccle-
quoniam maligne acceſſerunt, & cum maximo dolo & ſiaſt. 1.
fallacia Chriſtum aggreſsi, accuratam accuſationem exor
ſi ſunt dicentes: Num ignoras ſcriptum eſſe. Ne tranſ- Pro. 22
grediaris terminos antiquos? Quare diſcipuli tui traditio 1. Pe. 3.
nes a maioribus quaſi per manus traditas, tranſgrediuntur, Nee-
nõ enim lauant manus &c. Sed qualis erat obſecro ſchola miæ 5.
Chriſti tũc, quamq. moribus pręſtans, in qua nihil inimici
quod reprehẽderẽt inuenerũt, pręter hoc inane commen-
tum, quod non lauarent manus Tales profecto Chriſtiani
omnes eſſe deberent, ſicq. vitam inſtituere, nequid in eis in
fideles inuenirent, quod iure reprehendere poſſent. Ita di-
cebat Petrus. Conſcientiam habentes bonam, vt in eo quod
detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur bonam
veſtram conuerſationem. Propterea dicitur Neemiæ. 5. Neẽ. 5.
Quare non in timore Dei ambulatis, ne exprobretur vobis
agẽtibus inimicis noſtris? Qui nãq. in timore Dei minime
ambulant, occaſionem præbent inimicis ad eos calumnian

 dum.

dum. Qui vero ſtudioſe ſecundum Dei legem vitam inſtituũt, aduerſariorum ora claudunt, ita vt nihil contra eos ebuccinare poſsint, niſi aliquod paruiſsimi momenti commentum, quale Phariſæi contra Apoſtolos adduxerunt, quod ſcilicet manus non lauarent, ita crebro ſicut ipſi.

Actuũ. 28. Cum beatus Paulus poſt turbulentiſsimam maris tempeſtatem inſulam Melite tenuiſſet, egreſſus de naui faſciculum, vt in ignem mitteret accepit, a quo egrediens vipera manum eius inuaſit. Quod circumſtantes aſpicientes homicidam eum vocabant, quem a maris periculo liberatum, nec animalia illeſum relinquerent. Sed Paulus facili negotio viperam excutiens liber euaſit, ita vt eũ homines commutata voluntate adorare vellent. Ioannes Baptiſta Phariſæos genimina viperarum appellabat. Quia vipera nequiſsimum beſtiæ genus ſuper omnes ſerpentes aſtutior videtur, cuius catuli (vt ferunt) quandoq. moræ veluti impatientes, occiſa parente eius latera perrumpunt; Ita Phariſæi malicioſi & aſtuti maxime erant, qui impietatem ſanctitatis ſpecie contegebant, Patres etiam ſuos ſpirituales magiſtros & doctores Prophetas ſcilicet occiderunt, & Synagogam matrem ſuam fœde dilaniabant; immo ſicut viperæ, ita ipſi erant homicidæ & homicidarum filij; inuidiæ etiam ſtimulis agitabantur, & ſicut vipera matris viſcera exedit ita iſti ſuam animam conſummebant. Phariſæi ergo iſti ne non progenies viperarum viderentur, diſcipulorum manus mordicus arripientes dilacerabant, quia eas non lauabant, vt populares audientes ipſos tanquam legum tranſgreſſores contemnerent. Sed Chriſtus facili negotio viperam excuſsit & in accuſatores inuectus dicebat. Quare vos tranſgredimini? &c. Hoc etiam cauterio Chriſtus vrit eos, qui adinuentiones humanas, legi Dei pręponunt. Adinuentiones dico non leges. Quia humanæ leges

Quare vos trã ſgredimini.



leges ſi iuſtę ſint, a Deo ſunt. Sicut Pro. 8. dicitur. Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Nec cęremonias damnamus, quæ virtutes conſeruant, ſicut cortices arbores & ſepes vineam; Sanſon in capillis fortitudinem habebat, quibus abſciſsis captus & vinculatus eſt atq. excæcatus; ſimiliter de cæremonijs dicendum eſt, quia ſicut capilli exornant, ita cęremoniæ. Damnat vero Saluator eos qui traditiones hominum legi Dei præponunt immo qui traditionibus humanis ipſam legem corrumpunt. Sicut iſti Phariſæi qui ſuis traditionibus permittebant vt filij parentes emori fame ſinerent, dummodo conſuetas in templo oblationes, non omitterent, talibus parentes adiuuari dicentes. Propterea dicebat Abachuch. ca 1. Lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium. Ita iſti ſuis traditionibus legem lacerabant; & iudicium a Deo præceptum, ſicut parentes honorare, & ſimilia, non aſſequebantur finem, propter quem præcepta erant.

Pro. 8. Iudi. Abach. 1.

QVANVIS religio pietate ſit potior, tamen materia pietatis in parentes, quandoque religionis materiam præcedit, mauult enim Deus parentibus ſubueniri, quam oblationes in templo fieri. Tuncq. miſericordiam vult & non ſacrificium. Phariſæi vero interprætabantur coli rite parentes, ſi minime propter eos oblationes conſuetæ in templo omitterentur. Filius patri amorem debet, honorem, & alimentum ſi indigeat. Amorem quidem, vt ipſi vicem reddat. Filius enim nihil aliud ſignificat, quam dilectus deſideratus. Filij ergo parentes eo amore proſequãtur, quo maior non ſit præter Dei amorem. Honorem etiam filij parentibus debent; ita vt propter eum filius ſi iudex ſit, patrem etiam ſontem cõdemnare non poteſt, propter honorem & obedientiam illi debitam. Si filius paternæ perfidiæ in regem conſcius ipſum detegit, Honorius & Archa.

Honora patrem.

Archadius ſuis legibus volunt patrem abſolui, eo quod
Eccleſ. talem habeat filium, qui Regis vitam patris vitę pręponit.
3. De honore parentibus debito loquebatur Eccleſiaſticus ca.
3 Qui honorat patrem iocundabitur in filijs, & in die o-
1. Tim. rationis ſuæ exaudietur. Alimenta etiam filius patri cōcede
5. re tenetur ſicut Paulus dicebat 1. Ti. 5. Mutuam vicem red-
dere parentibus, hoc enim acceptum eſt coram domino. Ta
lionē enim filij parentibus reddere debent, ſicut Ciconiæ,
Quę parentibus, quibus ſenio confectis alę decidunt, alimē
ta comportant, eaſq. dorſo deferunt, cum recedunt; Ita filij
parentibus vitæ neceſſaria concedere tenentur. Phariſæi
vero populis tradebant, hoc pręceptum impleri, ſi filius pa-
tri alimenta petenti reſponderet. Munus quodcumq. eſt
ex me tibi proderit? Quaſi dicat. Quod ego voui Deo vis ti
bi cōcedā? Vel ſine interrogatione ſic. Munus quod ego voui
Ezech. etiam tibi proderit. Et ita Phariſæi vt oblationes raperent
22. populos inſtruebāt. De quibus Ezech. loquebatur ca. 22. Prin
cipes eius quaſi lupi rapiētes prędam, ad perdendas animas,
& auare ſectanda lucra, Tales erant Phariſęi, qui veluti ſan-
guinem effundebant, parentes mori fame permittentes, vt
auare ex oblationibus lucrū caperent. Propterea eos Salua-
Hypo tor acriter arguebat dicens. Hypocritæ, ore ſolum, & appa-
critæ rentibus ſanctitatis ſignis Deum honorantes; Sicut Eſaias
bene dicebat. Populus hic labijs me honorat. Quaſi dicat. Sola ex
Phrop teriori pictura, Deum colunt, cum deprauatum intus cor ha
heta- beāt. Id ipſum deprauis etiam chriſtianis dici poteſt, ſolum
uit &c. exteriori oſtenſione ſe tales præbentes, cum intus corrup-
Hie. 6. tiſsimi ſint. De quibus per Hieremiam dicebat Deus cap. 6.
Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum fructum co-
gitationum eius; quia verba mea non audierunt, & legē meā
proiecerunt. Vt quid mihi thus de Sabba offertis, Quaſi di-
cat. Ego ſeuere animaduertam in populum iſtum, adducens
mala



mala quæ debita ſunt ſuis auaris & ſuperbis cogitationibus.
quaſi earum fructus ex corrupto corde procedentibus, quia
verba mea noluerunt audire, & proiecerunt legem meam,
ſuas illi traditiones præponētes. Vt quod mihi offertis thus
adductū de Sabba? acſi dicat. Fruſtra ita me colitis, docentes Sine
mandata hominum quæ meam legem ſubuertunt. Ideo obla cauſā
tiones veſtras thus & holocauſta nō recipiam. Id ipſum mul colune
tis fidelibus qui moribus deprauati ſunt dici poteſt. Ecce me.
qualiter Saluator Phariſęos acriter reprehendit. Non ſicut
prædicatores multi, qui ne ingrati auditoribus ſint, a repre-
hēſionibus abſtinēt, ſubtilitatibus quaſi ſalibus potius cōcio
nes aſpergere curātes, quā vitia a cordibus fidelium ſtirpitus
elidere. Si alicuius hominis domus incēdio cōflagraret iāq. Simili.
pene tota abſumeretur, alterq. ad ipſi nuntiandum perge- tudo.
ret, non ne inſanus eſſet, ſi cogitabundus ſubſiſteret, græ-
ce ne an latine, vel vt elegantius nuntiaret? Ita nunc vſu eue
nire videmus, nam cum homines tot uitiorum incendijs
iræ, luxuriæ, auaritiæ, gulæ, indiēs abſumi videantur,
prædicatores cogitabundi morantur, quo pacto tantam
animarum ſuarum perniciem elegantius annuntient. Pec-
catoris conſcientiæ domus abſumitur igne, & tu cogi-
tas, græce an latine id ſibi exponas? Si inter duos exer- Simili
citus bellum iam conſertum eſſet, ſclopetis, & maioribus tudo.
tormentis vtrimq. diſploſis, iamq. coniuncti, gladijs rem
gererent, obſecro nonne inſanus eſſet, qui flores tunc
militibus ſpargēs, per exercitum ſolicite ambularet? Iam
pene inter Deū & homines tot peccatis iuſtitiam Dei inter
pellātibus bellum conſertum eſt, gladiumq. Deus cōtinēter
vibrat ferire volens, iamq. iuſtitię Dei tela nobis furibun-
da minantur & concionatores e ſuggeſtu, flores audito-
ribus tot prauis operibus inuolutis, ſpargunt. Non ſic Salua
tor qui Phariſæos Hypocritas vocans, fruſtraq. Deum cole
re di-

Tit. 1. re dicens, acriter reprehendebat. Sic Paulus Tito dicebat, In
crepa illos dure, vt ſani ſint in fide, non attendentes Iudaicis
fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe a veritate, om
nia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus, nihil
eſt mundum, ſed inquinata eſt eorum mens & cōſciētia. Lo
quebatur Paulus de Iudæis vaniloquis, qui domos ſubuerte
bant turpis lucri gratia. Propterea de eis & alijs ipſis ſimili-
bus dicebat Tito. Increpa illos dure &c. Quaſi dicat, Eos
qui ſola exteriori pictura pietatem oſtendunt, cor a Deo a
lienatum habentes increpa dure, vt ſani ſint in fide, quia ta
les ſunt in periculo fidem amittendi; Et vt ne attendant ad
modum mandatis hominum, quæ ſi veritati ſint contraria,
velut Iudaicæ fabulæ ſunt. His qui mundo ſunt corde, mun
da ſunt omnia, etiam quælibet ciborum genera, ſi cum bene
dictione Eccleſiæ & eius permiſsione ſumantur, alioquim
mala ſunt, quia prohibita, inquinatis autem peſsimum cor in
Non tus habentibus, nihil eſt mundum, immo quæ ab ipſo proce
quod dunt immunda ſunt, hominemq. deturpant, quia illorum cō
intrat ſcientia inquinata & immunda eſt, a qua praua opera velut a
in os. radice dimanant. Et hoc eſt quod Saluator turbis dicebat,
Non quod intrat in os &c. Sed a mala mente omnis turpitu
do quaſi a fonte procedit. Ex his Chriſti verbis, noſtri tem-
poris nouatores, hos Phariſæos ſequentes, ieiunia quadrageſ
ſimalia ad edomādam pro Deo carnem ordinata, nequaquā
prodeſſe ebuccinant, quæ quidem apertiſsima eſt blaſphe-
mia, nam ad iuſtitiam colendam magnopere proſunt. Non
ieiunare vero malum iudicatur, quia prohibitum. Tales ve
ro qui eius modi docent, cæleſtis vitæ obliti, veluti pecora
ventrem tantummodo curant, qui ex verbis Chriſti ſicut
Phariſæi ſcandalizantur. Quod quidem ſcandalum, quia ex
iniqua mente procedit, euitare non tenemur. Tale erat Pha
riſæorum ſcandalum, quod ad doctrinam Chriſti impedien
dam



dam ordinabatur. Propterea Saluator diſcipulis ſcanda-
lizatos Phariſæos eſſe dicentibus reſpondit. Sinite illos &c. Sinite
Non enim puſillorum ſed peſsimorum hominum ſcanda- illos.
lum eſt, qui doctrinam veritatis detractionibus inſectan-
tur. Taliū verba minime curāda ſunt, quia qui ea proferunt
nobis non nocent. De quibus dicebat David. Tota die iniuſ Pſ.
titiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti do-
lum. Nouaculæ nequaquā ad occidendos homines acuūtur;
ad hoc enim enſes ſunt, & lanceæ, & tormenta manuaria, &
innumera alia id genus tela, ſed ad radendum pilos deco-
ris cauſa quæruntur. Ad hunc modum ſe erga ſtudioſos ho-
mines peruerſi murmuratores ſe habent, nihil enim aliud
efficiunt, quam veluti pilos ad decorem radere. Nam
quod peſsimi de perfectis viris obloquantur, ijs ſis in ho-
norem cedit. Sic etiam dicitur in Pſalmo. Sagittæ par- Pſ.
uulorum factæ ſunt plagæ eorum. Huius modi ſunt illo-
rum tela, qui ſtudioſa virtutum opera ſecreto murmu-
re inſectantur. De quibus dicebat Iudas Apoſtolus. Hi Iud.
ſunt murmuratores queruloſi, ſecundum deſideria ſua am-
bulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes per-
ſonam quæſtus gratia. Tales erant Phariſæi iſti aduerſus
Chriſtum murmurantes, praua ſua deſideria ſectantes, elati,
perſonis autē adulabantur propter turpelucrum. Cuius mo
di etiā plures reperiuntur ſecreto murmure etiā bona opera
perſequentes, cū ipſi corruptiſsimi ſint. Nequaquā ergo cu-
randum quid iſti dicant; Nam quemadmodum ſol ſuis ra- Simile
dijs, oppoſitam nebulam euaneſcere facit ipſamq. diſſoluit,
ita perfecti viri corruſco ſuæ vitæ ſplendore, nebulam quā
murmuratores opponunt, diſſipant. Ita dicitur Pro. 20. Diſ- Pro. 20
ſipat impios vir ſapiens, & incuruat in eos fornicem. Quia
vir ſtudioſus, quaſi Rex, ſuis virtutibus impios proterit, &
triumphum de eis agit. Nam vt plurimū huius modi peſtes
Aa fœdiſsimo

Pſal. fœdiſsimo vitę exitū abſumuntur. Sicut dicebat Dauid. Dile
xiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa, propterea
Deus deſtruet te, & emigrabit te, & radicem tuam de terra.
Quaſi dicat. Quia præceps citra delectū ſtudioſos viros, lin
gua doloſa inſecutus es, propterea te Deus ſtirpitus elidet,
immo radicem tuam a terra eradicabit. Praui enim homines
quos Deus minime ad beatitudinē præparauit, quales ſunt
Omnis plā tatio &c. qui bona opera inſectantur, tandem funditus euellētur, quia
Deus eos minime plātauit. Quāuis autē prout in mūdo ſunt
a Deo ſint, quaſi nō ab ipſo plantati exiſtimandi ſunt, quādo
quidem minime ad fælicitatem præparati ſunt, ſed ſtirpitus
Eſa. 40 elidendi. Sicuti Eſa. ca. 40. dicebat. Deus iudices terræ velut
inanes fecit, & quidē neq. plantatus, neq. ſatus, neq. radicatus
in terra truncus eorū, repente flauit in eos & aruerūt & tur
bo quaſi ſtipulam auferet eos. Quaſi dicat. Deus Principes
ſuis opibus præſidentes ad nihilū redigit, ciuitatumq. recto
res conſumit, omnemq. illorū memoriā extinguit, nihilq. eſt
quod abſq. illius ſingulari ope ſtabilitatē conſequatur. Pra
ui igitur homines, qui in oculis hominum opibus & impe-
rio florere videntur, quia non ſunt Dei præſidio ſtabiliti,
perinde ſunt acſi nunquā ſati, aut ſeminati eſſent, nec radices
egiſſent, neq. enim diu trunco niti poterūt, flatu namq. Deus
de omni ſtatu conuellet, eorumq. fortunas euertet, & opes
omnes iniecto turbine diſsipauit. Quanuis ergo exterius
proſperari videantur, non eſt quod moueamur, quia ad vlti
Iob 5. mū eradicandi erūt. Sic dicitur Iob. 5. Vidi ſtultum firma ra
dice & maledixi pulchritudini eius ſtatim. Quaſi dicat. Vi
di impiū, Qui nec literis nec moribus prę ſtabat, ſolis diuitijs
& humano fauore veluti firma radice fundatum, ſecundum
exteriorem hominum æſtimationem, ſed ipſe videns ipſum
ſuis ſe operibus oſtendētem, nequaquam a Deo plantatum,
maledixi continuo eius pulchritudini, quæ minime duratu-

ra erat.



ra erat. Huiuſmodi erant Phariſæi, qui ſuperbia tumentes
alios præ ſe contemnebant, auaritia & crudelitate infames,
operibus virtutum vacui & ſine fructu. De quibus Iudas
dicebat. Arbores autumales, bis mortuæ eradicatæ infruc-
tuoſæ ac ſi diceret. Praui homines ſunt velut arbores autu
males, quia cū eo tempore ab alijs arboribus folia decidant,
iſtæ tunc inutiliter florent, nec fructus bonorum operū pro
ducunt, ex quo apparet non eſſe a Deo plantatas, bis mor-
tuæ, ſemel ante baptiſmum, & poſtea etiam per tot lætha-
lia peccata commiſſa, ex quo illarum eradicatio ſequitur,
quia qui velut arbores infructuoſæ ſunt, tandem funditus
eradicabuntur per Dei ſententiam. Eradicatæ vero arbori
non relinquitur ſpes iterum erumpendi; ita qui per Dei ſen
tentiam, vel per ſupplicium morti coniunctum eradicātur,
funditus pereunt. Sic Iob ca. 19. dicebat. Spoliauit me glo- Iob 19.
ria mea, abſtulit coronam de capite meo, deſtruxit me vn-
diq. & pereo, & quaſi auulſæ arbori abſtulit ſpem meā. Qui
bus verbis oſtendit Iob, Deum a reprobis tollere gloriam,
quam exterius captabant, coronamq. a capite qua inaniter
gloriabantur, nullamq. eis ſpem ſupereſſe, ſicut nulla auul-
ſæ arbori relinquitur. Ecce quomodo Deus hos ſuperbos,
eradicat, qui ſuis operibus ſe ipſos oſtēdunt minime a Deo
eſſe plantatos. De quibus etiam dicitur Iob 15. Non perma- Iob 15.
nebit ſubſtantia eius, nec mittet in terra radicem ſuam, non
recedet a tenebris. Quibus verbis Iob pęnam eorum, quos
Deus minime plantauit exponit, quia eorum ſubſtantia, nō
permanebit, nec radicem in terra diu figere poterunt, ſuiſq.
prauis moribus expetentibus, non illuminabuntur, ſed in te
nebris ignorantiæ, & cæcitate cordis erunt. Antea Prophe
tæ domus vocabatur domus videntis, vt pote qui quaſi ſpe
culator plus cęteris videre debebat. Sic Iob de ſe dicebat Iob 29
ca. 29. Oculus fui cæco. Nunc vero ductores ipſi cæci ſunt.

 De qui-

Hiere. De quibus Hierē. 2. dicitur. Tenentes legem neſcierūt me
2. Quaſi dicat. Qui legem commiſſam habent, neſcierunt me.
Et hæc eſt tantorū malorum cauſa, omnia enim fere ex ig-
Eſa.56 norātia prælatorū proueniūt. Ita Eſa, cap. 56. dicebat, Om
nes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſal
tus, ſpeculatores eius cæci omnes. Quaſi dicat. Poſſunt
ſecure hæretici per beſtias ſignificati, introire ad deuoran
dum, & ſeminandum hæreſes, quia ſpeculatores per quos
Pſa. prælati intelligunt, ut qui prohibere, debuerant, cæci ſunt
omnes. Ita dicebat Dauid. Obſcurentur oculi eorum ne
videant & dorſum eorum, ſemper incurua, nam cum Ec-
cleſiæ oculi qui rectores ſunt, obſcurantur per cæcitatem
ignorantiæ, dorſum quod ſubditos ſignificat, incuruatur,
quia obliq etiam incedit, quia ſubditi, cæcutientes præla-
tos ſequentes cum ipſis in foueam cadunt. De his dicebat
Paulus. Confidis te eſſe ducem cæcorum lumen eorum, qui
Rō.2. in tenebris ambulant, eruditorem inſipientium, magiſtrū
infantium, habentem formam ſcientiæ: qui alios doces te
ipſum non doces, qui prædicas non furandum furaris. Qua
ſi dicat. Qui locum habes vt ſis dux cæcorum &c. Taliter
Exo. viue ſicut prædicas. Prælatus per columnam perſpicuā, quæ
14. dirigebat filios Iſrael, ſignificatur. Debet enim prælatus co
lumna eſſe clara: columna quidem per fortitudinem &
conſtantiam, quæ onus ſuſtentare poſsit, clara per doc-
trinam & ſtudioſam vitam. Talis prælatus ſubditos diriget
claritate ſcientię ipſos inſtruendo, & vitę conſtantia eos
Apo.3. ſuſtentando. Propterea Ioannes Apo. 3. dicebat. Qui vi-
cerit, faciam eum columnam in templo Dei mei. Et Pau-
lus de Ioanne & Petro dicebat. Qui videbatur columnæ eſ
Tit. 2. ſe. Et Tito dicebat. In omnibus te ipſum prębe exemplum
bonorum operum, in doctriua, in integritate, in grauita-
tę, quaſi dicat. Eſto alijs exemplar prius ſtudioſe viuens, &
pote-



poteris alios inſtruere, & cum integer ſis & grauis, alios do
cere poteris. Et ſi ſubditi rudes & ignorantes fuerint, non
tua ſed illorum culpa erit. Saluator ſuos diſcipulos ſępius
inſtruebat, qui aliquando inſaniſsimi apparebant, ſicut
hic. Quibus de parabola interrogantibus dicebat. Adhuc
vos ſine intellectu eſtis? Quaſi dicat. Non intelligitis hanc
non eſſe parabolam? Vere enim quod per os intrat, minime Quod
hominem deturpat, ſi cum benedictione & permiſsione ſu intrat
matur. Quę uero de ore procedunt, a prauo corde & peſ- in os.
ſimis cogitationibus dimanant. Quia qualis in terra radix Simile
fuerit, tales ab arbore fructus erumpunt. Cogitationes igi- Quæ
tur peſsimę præcidendæ ſunt, ſin autem praua opera ſub- proce
ſequentur. Nam ſi cogitationem nutris, viſa muliere con- dunt
iugata, adulterium ſequetur. Si cogitationem irę non ex- de ore
cutis, naſcetur homicidium. Si auaritiæ cogitationem non
proijcis, ſequetur furtum. De praua cogitatione intelligitur
illud, quod Iacob dixit Ruben filio ſuo. Ruben primogeni Gē.49
tus meus principium doloris mei, non creſcas, qu a aſcen
diſti cubile patris tui, & maculaſti illud, Praua cogitatio
eſt primogenita ad malum opus, & principium doloris,
non ſinamus eam creſcere, alioquim ad malum opus pror-
rumpet, quæ iam aſcendit cubile, ſcilicet voluntatem, &
maculauit illam per conſenſum. Si ergo excutimus ignem
malarum cogitationum, etiam praua opera pręcidemus,
quę homines vere deturpant, non vero illotis manibus mā
ducare. A prauis igitur quilibet operibus abſtineat, ſi mun
dus eſſe vult. Sic Hieremias. Laua a malitia cor tuum Hie Hiere.
ruſalem. Et Paulus ad Ephe. 1. Vt ſimus ſancti & 4.
inmaculati. Et Petrus. Propter quod Eph.1.
chariſsimi expectantes, ſatagi- 1.Pe.3.
te inmaculati in-
ueniri.

# ¶SOLVITE TEMPLVM HOC in tribus Diebus excitabo illud Io. 2. cap.

POST QVAM Saluator templi prophanatores eiecit, Iudæi ab ipſo maligne ſignum petierunt, quos Saluator hac metaphorica ſententia eluſit, dicens. Soluite &c. Indigni enim erant, vt aperte ipſis loqueretur, quia ſignum ab eo poſtulabant non vt diſcerent, ſed potius vt calumniarentur. Aptiſsime vero Saluator poſt eiectionem prophanorum e templo, hanc reſponſionem dedit, dicens. Soluite templum hoc &c. Quaſi dicat. Admiramini qua autoritate materiale hoc templum, quem vos prophanaſtis mundem, idea autoritate & poteſtate facio, qua hoc corporis mei templum, a vobis ſolutum per necem iterum excitabo, Hęc interpręṭatio eſt venerabilis Bedæ. Chriſtus autem non ita aperte locutus eſt, & ideo illi de materiali templo intellexerunt, nam poſtea id ei falſi teſtes improperabant, dicentes. Nos audiuimus eum dicentem. Poſſum deſtruere &c. Matth. 26. & 27. Vah qui deſtruis &c. Sua etiã idipſum reſponſione indicarunt cum dixerũt. Quadraginta annis &c. Locuntur vero de ædificationę tempore Zorobabel. Quomodo vero Chriſti corpus templum ſit, & quare vtitur vocabulo excitare, mox inſequentibus dicetur.

## CONCIO.

SI cæleſtis pater ſe ipſum diligit, ſuiq. honoris zelantiſsimus eſt, iuſtum immo neceſſarium erit ſuam quoq. bonitatem & gloriam ardentiſsime diligere, Et quia ſuæ bonitati ſalutem noſtram vnire dignatus eſt, ipſam quoq. ita tenere amat, vt bonorum omnium, & gratiarum penæ prodigus ſit, quo nobis ad eam conſequendam patrocinetur. Hoc ipſum Chriſtus toto ſuæ peregrinationis tempore ita oſtendit, vt non ſalutifera verba ſolum, ſed opera vbiq. locorum ſparſerit, & demum ſanguinem, vt paterni honoris noſtræq. ſalutis Zelum oſtenderet. Qui tandẽ ipſum quaſi ardentiſsima flamma deuorauit, & abſumſit, ſuiq. precioſiſſimi tẽpli ſolutionis cauſa extitit. Quod Iudęis. Saluator ſub ſalomonis templi ſimilitudine inſinuauit. Perrexerat Chriſtus Hieroſolymam ſolemnitatis ergò colẽdę, vt alijs exemplum eſſet obedientiæ, vel vt matrem Sinagogam ſumptuoſiori tumba ſepeliret, vel vt prodigioſa opera, in patris laudem fideiq. augmentum confecta, numeroſa populi frequentia illuſtraret. Quemadmodum vero medici infirmum viſitantes, primo de ventriculo inquirunt, vtpote vnde tota pene, vel ſalus, vel infirmitas procedere ſolet; Ita Saluator cæleſtis medicus, ſacrificos primo ſacerdotes inuiſit, qui veluti totius corporis ſtomachus iudicãdi ſunt, a quo pene corporis ſanitas vel infirmitas emanare conſueuit. Nã ſicut ſtomacus decocti cibi ſubſtantiam, ad reliqua membra tranſmittit; Ita ſacerdotes ſicut Dei inſtrumenta ipſi familiares, Chariſmata per ſacramenta popularibus diſtribuunt, atq. per verbũ Dei, vnicuiq. de populo munus preſcribunt. Sic dicitur Mala. 4. Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirent de ore eius, angelus enim domini eſt. Quaſi dicat. Sacerdotes ſcientiam retinent, & populi ab eorum ore legem Dei requirunt. Hinc fit vt cum ipſi clauem habeant ſcientiæ, peruerſe viuentes, populum poſt ſe trahunt, vitamq. illorum turpem homines videntes, ipſos plerumq. imitantur. De his dicebat Ezech. 34. Cum limpidiſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris conculcabatis, &

Propè Erat paſcha.

Similitudo.

Mala. 4.

Ezech. 34.

tis,& oues meæ quæ pedes veſtri turbauerant,hęc bibebãt. Quibus verbis oſtendit Propheta,ſacerdotes puriſsimã verbi Dei aquam ex ſcripturæ ſacræ fonte bibere, ſed eam prauis operibus quaſi pedibus turbare,& populi aquam tot peccatis turbidam bibentes,ad ſimilia peccata prouocantur, & ſicut ventriculo corrupto reliqua membra corrumpuntur;Ita ſacerdotibus deprauatis,populares corrumpi ſolent. De talibus idem Propheta Ezechiel cap.22. dicebat.Sacer-
Ezech 22. dotes contempſerunt legem meam,& poluerunt ſanctuaria mea,inter ſanctum & prophanum nonhabuerunt diſtantiã, & inter pollutum & inmundum non intellexerũt. Quaſi dicat.Sacerdotes qui plebẽ in his quæ lege præcepta ſunt , inſtruere deberent,ipſi eam cõtempſerunt,ſanctuariumq.templi pollutis operibus inquinauerunt,nullaq. apud eos ſancti & prophani differentia,cum ſancta prophanis,& prophana
Et inuenit Ieſus intemplo vẽdẽtes. Hie.7. Leui. 10. ſanctis permiſcerent. Tales erant hi quos Saluator inuiſit, qui res venales oues,boues, & numularios commutationes exercentes,in templo admiſerant.De quibus Deus per Hiere. loquebatur ca. 7.Poſuerunt offendicula indomo,in qua inuocatum eſt nomen meum,vt polluerent illam. Iſta quæ Saluator inuenit nempe oues,& bobes offendicula profecto erãt,quibus populares offendebantur, & ita domus Dei polluebatur auaritia & talibus commutationibus. Filij Aaron alienum ignem introducentes,cum accerris incenſum adolerent, ſubito flagrantiſsimus ignis effulgens ,eos abſumpſit. Nonulli ad Dei templum ignem alienum adducunt,ad adolendum orationum incenſum, tales ſunt qui auaritia moti, vel orant,vel ſacrificant, cum id igne proprio potius efficere debeant,ſcilicet charitate & deuotionis feruore.In eos igitur qui propter turpe lucrum ſpiritualia operantur, Deus ſeueriſsime ſicut in filios Aaron animaduertit. Ita dicebat
Ezech 44. per Ezech.ca 44.de ſacerdotibus loquens.Facti ſunt domui Iſrael



Iſrael in offendiculum iniquitatis , ideo leuaui manum meam ſuper eos, ait dominus,& portabunt iniquitatẽ ſuã . Ac ſi diceret. Quia turpe lucrum admiſerunt in templo,ſcandalizantes populares,vt et ipſi eadem efficerent,ideo ego leuaui manũ iuſtitiæ ſuper eos,& ſuę iniquitatis pęnã portabũt. Ita Saluator indigne ferens talia in tẽplo fieri,patris honorẽ zelans nolenſq. in templo quippiam præter ſacra fieri , manum veluti ad eos aijciendos leuauit. Ve his qui polluerunt templum Dei, quia ipſi in eos animaduertit . Si quempiam contra leges facientem , ipſemet rex diſtricto gladio puniret , graue illud fuiſſe crimen , & quo rex maxime offenderetur exiſtimaremus . Peccauit Adam,& Angelum Deus miſit,vt eum a paradiſo expelleret. Igni etiam præcepit vt ſodomitas combureret . Aquæ,vt mundum ſubmergeret. Terræ, vt Datan & Abiron abſorberet . Blaſphemum a populo voluit lapidari, ſed in prophanatores templi ipſemet animaduertit, fecitque flagellam . Non ſecum ferebat , ſed effecit, noſtra namq. peccata pęnam accerſunt , & noſtris veluti prauis operibus infernus accenditur . Sic dicitur Pro. 13. Peccatores perſequitur malum , & iuſtis retribuentur bona; Quaſi dicat. Eos qui Deum offendunt, malum pæne perſequitur, quaſi ipſis debitum , ſicut etiam iuſtos ſequitur retributio.Semper enim culpam pæna reſpicit. Pro.13.
Sic Deus dicebat Eſa.50.In peccatis veſtris venundati eſtis, & in ſceleribus dimiſi matrem veſtram, quia veni & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret. Ac ſi diceret.Si venditi eſtis diabolo,propter peccata veſtra vẽditi eſtis,& propter ſcelera, adulteram matrem veſtram Sinagogam vltra tenere non potui,ſed mundi voluptatibus irretitam, abire permiſi, veni enim humanum corpus aſſumens ( vt interpræta tur Hieronymus ) & non erat in vobis homo , quia omnes beſtiarum imagines ſumpſerant,& non erat homo qui ſe vi- Eſa.50

riliter tot peccatis oponeret, cum inter vos tot viperæ venenoſę ſcilicet Phariſęi inuidia mordéres, tot porci voluptuoſi, tot canes impudentes, tot vulpes ſimulatores reperiantur. Si iſta peccata non eſſent, nequaquam vos vendidiſſem, vendidi autem, quia vocaui, & non erat qui aures aduerteret.

Et cũ feciſſet.

MVLTI quia Dei vocantis vocem audire nolunt, flagellis multoties & tribulationibus vocantur vt reſpōdeant.

2.Re. 14.

Abſalō vocauit Ioab, ſed cum pergere cunctaretur, agrum eius vicinum, Abſalon incendio vaſtari iuſſit, qua re cognita feſtinus ad Abſalō venit. Multos Saluator inſpirationibus interioribus, & per prædicatores vocat, ſed quando audire negligunt, flagellis tribulationis vocat. Ita dicitur Thre. 3. Ego vir vidēs paupertatē meā in virga indignationis eius, Ac ſi dicat. Quia in proſperitate poſitus meā virtutū paupertatem non videram, & peccati miſeriam, cum Deus indignatus, me virga ſui flagelli percutit, tunc video.

Similitudo.

Nonnullę arbores faciliter & pene ſine labore fructus concedunt, Aliæ veluti quæ nuces aut oliuas, aut amigdala producunt, oportet vt virgis cędantur & lapidibus; Ita multi homines ſunt, qui quaſi naturali quadam ad bonum propenſione, virtutum fructus efficiunt. Alij vero ſunt quos oportet flagellis tribulationis percuti, vt ſtudioſe operentur, peccataq. dimittentes, ad Dei domum veluti compulſi tendant.

Similitudo.

Ita vero ſe Deus habet cū his, veluti pirata quiſpiā, qui ſuis triremib9 nauem ventis deſtitutam offendens quieto, & minime fluctibus agitato mari circūdat, quam primo hortatur vt ſe dedat, quod ſi efficere nolit, diſploſis tormentis ad terrorem tantum, pilis pręter volantibus, ipſam quaſi expugnaturus adoritur, edicens iterum vt ſe dedat, ſi recuſat autem, Antennas pilis tormentorum impetit, temonemq. poſtea, & ſi pertinatius ſe defendit, ipſam, vel expugnat, vel demergit; Ita Deus hominem vocat primo, vel interius, vel exterius per prędicatores



dicatores alloquendo, ſi non audit ꝗ ipſum alicuius infirmitatis flagello, vel iudicij interminatione terrefacit, Si nec cedit, ipſum permittit cariſsimarum rerum iacturam facere; ad vltimum ſi perſiſtat ſuis peccatis exigentibus, in infernum demergit. Caueat ergo vnuſquiſq. ne huius vitę flagella, inferni flagellis propter ſuam duritiam coniungantur. Sicut dicebat Deus. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ardebit vſq. ad inferni nouiſsima? Quibus verbis oſtenditur, ignem Iuſtæ iracundiæ Dei contra aliquorum peccata, in hac vita ſuccendi, & quia tales pænitere nolunt, non extinguitur, ſed ſua obſtinatione experente ardet vſq. ad inferni nouiſsima, quia huius vitæ pæna infernali pęnæ coniungitur; quæ vere flagellum eſt, quia huius vitæ tribulatio non flagellum, ſed quaſi flagellum eſt, ſicut Ioannes ait, non enim flagellum Chriſtus effecit, ſed quaſi flagellum, quia ad ſalutem noſtrā ordinatur.

Deus

Quaſi flagellum

Pæna vero quę cū ea quæ in inferno infligitur, coniungitur, eſt de qua dicitur Hie, 30. Plaga inimici percuſsi te, caſtigatione crudeli, quia vſq. ad infernum perſeuerat. Flagella vero huius vitæ amicorum eſſe cenſentur. Immo tunc maxime Deus iram ſuam oſtendit, cum flagellare deſinit in hac vita. Sicut Deus dicebat Ezechielis 16. Requieſcet indignatio mea a te, & auferetur zelus meus a te, & quieſcā nec iraſcar amplius, eo quod nō fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuę, & prouocaſti me.

Ezech. 16.

Simile

Quaſi Deus ſe habeat admodū eius qui aliquā impotenter amat, & ab ea deſpicitur, eiuſq. inſolētia prouocatus, iuſta iracūdia percitus dicat eā deſerens. Vade & in poſterum tui iuris eſto, quaſi nihil ad me attinēs; Ita Deus animę loquitur pręfatis prophetę verbis. Quia toties vocata a me vocibus & animaduerſionibus, nequaquam conuerſa es, & poſt tot vitia impotenter traheris, ideo quieſcet in te indignatio mea, qua ſoleo quos diligo corripere, & auferetur zelus

 meus

meus a te, quia nequaquam amplius zelabo ſalutem tuam, quieſcam, nihil tui curans, nec iraſcar amplius tecum, ſed relinquam te, quaſi nihil ad me attinens, quia fidem mihi in adoleſcentia promiſſam fregiſti, & prouocaſti me tot peccatis. Iſta ſunt veræ indignationis Dei ſigna, non corripere in hac vita, ideo amicorum Dei voces ſunt, quas Auguſtinus proferebat; Hic vre, hic ſeca, hic non parcas, vt in æternum parcas. Quia perfecti viri non minus placatum Deum ti-

Simile ment quam iratum. Sicut expertus magiſter non minus tranquillum mare timet quam fluctibus agitatum: Ita etiam prudentes viri cum ſibi omnia proſpere ſuccedere vident, imminere ſibi aliquod fortunæ flagellum exiſtimantes, magis timent. Propterea dicebat Seneca. Fortuna cum blanditur, tunc maxime timenda eſt. Et ita vir ſapiens vtramq. fortunam, tam proſperam quam aduerſam, fortunam eſſe

Simile cognoſcens, minime ipſi confidit. Et quemadmodum expertus, gubernator æque omnia præparata habet in naui tranquillo tempore & tempeſtuoſo; ita prudentes viri proſperitatis tempore, paratum animum ac veluti expoſitum habent ad tribulationem æquanimiter ferendam. Immo electi viri eam a Deo expetunt (vt diximus) tantū abeſt vt adueniente Dei flagello perturbentur. Hoc expetebat E-

Eſa.63. ſai. cap. 63. Attende de cælo & vide de habitaculo ſancto tuo, & de ſolio gloriæ tuæ, vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua? & multitudo viſcerum miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe? tu enim es pater noſter. Quibus verbis orat Eſaias Deum, vt ad ipſos de cælo oculos conuertat dicens. Vbi eſt zelus tuus? Hieruſalem (vt interpretatur Hieronymus) quæ ſecuta fuerat amatores ſuos, dixit per Ezechielem Deus. Auferetur zelus meus a te &c. Nunc ergo ait Eſaias. Vbi eſt zelus tuus? ſenſus eſt (ſecundum Hieronymum) quia peccauimus & nos odire cepiſ-

ti, re-



ti, receſſit a nobis zelus tuus, recedente vero zelo, recedit etiam fortitudo Dei, & paternorum viſcerū affectus, a multitudine peccatorū ſuperatur, & incredibilis Dei clemētia. Ait ergo Eſaias. Aſpice nos clemētiæ oculis, vbi eſt zelus & indignatio qua ſoles quos diligis viſitare? vbi viſcera miſerationū? Iā in nobis ceſſant? Tu es enim pater noſter, qui filios corripere debes & noſtri curam gerere, vt pater qui, filios flagellis ſolet compeſcere, & paterno zelo in ipſos quādoq. animaduertit, vt a prauis operibus auertantur. Talis ſe Chriſtus oſtendit in templo contra prophanos, qui indigna locis ſacris opera faciebant. Propterea paterni honoris zelantiſſimus in eos flagello cōuerſus eſt. De quo Eſa.c. Eſa 59.

59. loquebatur. Vidit quia non eſt vir, & aporiatus eſt, quia non eſt qui ſibi occurrat, & ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſtitia eius confirmauit eum, indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius, & indutus eſt veſtimentis vltionis, & coopertus eſt pallio zeli. Viderat Saluator non fuiſſe virum iuſtum qui ſibi irato occurreret ſicut Moſes & alij &c. Immo videbat, non eſſe virū in quo aliquod officium reſideret, quiq. iuſtitiæ cauſam ſuſciperet; & ideo robore ſuæ virtutis innixus, hoſtes ſuos impreſſione peruertit. Se quidē iuſtitia, quaſi lorica muniuit, & capiti ſalutem quaſi galeam aptauit: ſtatumq. ſuum vlciſcendi ſtudio, tanquam veſte contexit, & quaſi pallium zelum & acrimoniā iuſtiſſimæ indignationis induit, prophanoſq. qui indigna templis inuexerant, impetu facto profligauit. Quibus dixit. Auferte iſta &c. Hoc Chriſti facinus primo ſuæ prædicationis anno geſtum eſt, & ideo mitioribus verbis eos alloquitur quam poſtea, cum ante mortem eos eiecit; Tunc enim acrioribus & mordacioribus verbis contra eos eſt vſus, dicens. Feciſtis illam ſpeluncam latronum. Quia parabolica ſentētia prauos ſacerdotes deſcribit. Quia

 ſicut

ſicut latrones a ſpelunca qua veluti ſecure occultantur egreſsi, itinerantes adoriuntur eoſq. deprædantur; ita per uerſi Eccleſiaſtici quadam ſanctitatis imagine cooperti, & ſui ſtatus ſecuritate, inter populares prauis operibus graſſantur, ipſos plerumque ſpoliantes. Nunc vero Saluator prædicare incipiens mollius alloquitur dicens. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. In quibus verbis latus ſe nobis campus aduerſus eos, qui ſimoniace in Eccleſia negotiantur, oſtenditur. Horum ego ſcelus paucis proſequar, ne propter paucorum auaritiam quorum præcipuus ſcopus, turpe lucrum eſt, quiq. quod in eſtimabile eſt vili præcio vendunt, multorum ſtudioſis moribus, qui ingenue ſpiritualia adminiſtrant, vel tantilum derogare videar. Nonnulli Dei ſapientiam vendunt, qui turpis lucri gratia ſolummodo docent; Alij potentiam, alij gratiã, quæ omnia in eſtimabilia profecto iudicari poſſunt. Sed

Simile quidnam obſecro peius aut ſceleſtius operari poteſt, quam quod dominus quiſpiam ſuis ſubditis ſolem venderet, & ex ipſo prætium exigeret? Tale quicpiam ſimoniaci faciunt,

Miche. 3. De quibus Micheæ ca. 3. dicitur. Sacerdotes eius in mercede docebant, Prophetæ eius in pecunia diuinabant & ſuper dominum quieſcebant dicentes numquid non eſt Deus in medio noſtrum. Hoc facinus indignißime tulit Chriſtus; adeo vt zelo veluti accenſus, aduerſus eos excandeſceret. Taliſq. eius zelus extitit vt ipſum conſumeret, ſicut dicebat

Pſ. Dauid. Zelus domus tuæ comedit me, quia inimicis meis occaſionem dedit me abſumendi, eo quod acriter eorum ſcelera inſectabar. Vel ardentiſsimum domus Dei ſtudium, ſicut ignis intra viſcera me excuſsit. Vel zelus domus Dei cõſumſit Chriſtum, quia cum humanitas diuinitatem contegeret, ita vt inter homines habitans hominibus non compareret; repente ſic illum commouit zelus patris ſui, vt ipſa huma nitatis



nitatis infirmitas quaſi non compareret, dum diuinitatis fulgor ſe exerens, naturam infirmam operuit. Vel potius quia charitatis igne veluti decoctus eſt, dici poteſt. Fænix (vt fertur) ligna ferens ipſis comburitur, & ſic renouatur. Saluator amore noſtri in cruce flagrans, conſumptus eſt. Ita Dauid accendetur velut ignis zelus meus. Iudæi vero non cõpuncti, quinpotius indignati ſua antiqua conſuetudine ſignũ petebant, ipſe vero intelligens etiã ſi ſignum æderet, minime crediturοs, idipſum fere reſpondit, quod Matthæ. 12. Dans eis ſuę paſsionis & reſurrectionis ſignũ, ſicut anteade Iona nunc, de templo dicens. Soluite templum hoc &c. Vbi diligenter aduertenda ſunt Saluatoris verba. Vtitur enim his vocabulis ſoluite & excitabo. Nam quemadmodum ſoluitur ædificium cum lapidum & lignorum iuncturæ diſſoluuntur, ita homo cum anima a corpore ſeparatur. Et ſicut excitatur ædificium, cum extruitur; ita qui poſt ſoporem mortis ſurgunt excitantur. Saluator ergo metaphoricæ corpus ſuum templum appellat, quia ſicut in templo Deus eſſe dicitur; ita in corpore Chriſti diuinitas erat. Sicut Paulus ad Collo. 2. dicebat. Videte nequis vos ſeducat per Philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum & elementa, & non ſecundum Chriſtũ, quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quaſi dicer. Videte ne Philoſophi ſuis traditionib⁹ & ſubtilibus rationibus, ab elementis & non a doctrina Chriſti deſſumptis, vos decipiãt; quia in Chriſto habitat omnis ex integro diuinitas. Ne vero in Neſtorij errorem laberẽtur addidit corporaliter. Nam in vnione diuinitatis cum humanitate duo valde mirabilia (præter alia multa) intueri licet. Alterũ eſt (vt interpræatur Caetanus) deitatẽ in Chriſto habere eſſe ſubſtantiale corporeũ, ideo Paulus ait, corporaliter; Alterum eſt deitatem tale eſſe habere ſine ſui mutatione, ad ho

Quod ſignũ oſtẽdis — Mat. 12 — Soluite templum hoc. — Collo. 2.

ad hoc vero oſtendendum vtitur Paulus hoc vocabulo in habitat. Quaſi dicat Deitatem ex integro eſſe in Chriſto ſine aliqua ſui mutatione, non denominatione extrinſeca ſed ſecundũ eſſe corporeũ. Similiter Idem Paulus ad Colloſ. (Collo. 1.) 1. ait. Vt ſit ipſe primatum tenens, quia in ipſo complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis habitare. Quãuis hoc multi, de plenitudine gratiæ Chriſti interprætentur. In templo erat propitiatorium; (1. Io. 1.) ita Saluator vt 1. Io. 1. dicitur, eſt propitiatio pro peccatis noſtris, et non pro noſtris tantum ſed pro totius mundi. (1. Io. 4.) Et ca. 4. Ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Super propitiatorio erant duo Cherubin, id eſt plenitudo ſciẽtiæ; Ita in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei (Collo. 2.) abſconditi, vt idem Paulus ait. In templo menſa erat in qua proponebantur panes; Ita Saluator nobis ſui corporis & ſanguinis menſam parat. In templo cãdelabrum erat, ſuper quo ſeptem erant lucernæ ardentes. Ita in Chriſto vitæ & doctrinę exemplum erat, in quo ſplendebant ſeptem dona ſpiritus ſancti. In templo erat altare, in quo offerebatur incenſum & thymiama; In Chriſto etiam, & per Chriſtum noſtrę orationes vim habent, & a patre acceptantur, per ipſum oblationes offerimus, & ipſe patri offert & gratas efficit, nã ex ſua etiam oblatione quã patri in cruce obtulit, noſtræ oblationes efficatiam habent. Appriſſime ergo Chriſti corpus tẽplum dicitur. Mortem vero ſuam explicaturus Saluator vtitur hoc vocabulo, ſoluite, quia corporis & animæ ſolutio fuit. Vbi conſiderandum eſt duos nodos fuiſſe, vnus quo anima & corpus iungebantur, & iſte naturalis fuit, alius quo diuinitas & humanitas copulabantur, quem amor conſtrinxit; ab amore enim, vtriuſq. naturę cõiunctio facta fuit; Ideo quãuis totius trinitatis opus extiterit, ſpiritui ſancto attribuitur. Ex quo intueri licet quam apte ſpiritus ſanctus dixerit





(Canti. 8.) Canti. 8. Fortis eſt vt mors dilectio, immo fortiorem eſſe amorem morte aperte oſtenditur. Nam mors nodum quidem naturalem animæ & corporis diſſoluit, animam a corpore ſeparando, ſed minime diſſoluere potuit nodum diuinitatis cum humanitate, quem amor conſtrinxit. (Similitudo.) Hoc quadam ſimilitudine oſtendetur. Si malum vna quidem ſui parte album, alia vero rubeum cultello incidas ſeparando album a rubeo, ſaporem a qualibet parte minime ſeparabis. Saluator cãdidus & rubicundus vt dicitur Canti. 5. (Canti. 5.) Candidus quidẽ propter ſãctiſſimam virtutibuſq. refertam animam, Rubeus vero propter corpus, quod liuens fuit ob vulnera, gladius ergo mortis animam a corpore ſeperauit, ſed minime diuinitatem ab vtraq. parte. Et ita nodus amoris indiſſolutus fuit, quamuis ille ſolutus fuerit, quo anima & corpus iungebantur. Excitauit vero Dei filius, corpus ſuum animam ipſi coniungendo, poſt trium dierum ſomnium, Hoc ergo iudęis ſignum ſuæ mortis & paſsionis dedit, qua omnes a diaboli Tyrannide liberati ſumus.

## ¶ NONNE DVODECIM HOræ ſunt diei? Siquis ambulauerit in die, non offendit: &c.

## Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt a ſomno excitem eum. Io. 9.

HVIVS parabolicę ſententię, plures ſunt expoſitiones, quarum aliquot in concione explicabimus; Ea vero Saluator ſecundum literam inſinuare voluit, diſcipulos ſuos nihil mali paſſuros, quamdiu ipſe cum eis eſſet, ſibi enim non eſſe pereundum ante tempus. Quaſi dicat. Quandiu vobiſcũ

ſum non eſt quod timeatis, quia duodecim horæ ſunt diei, ita vt per diem intelligatur tempus ante paſsionem, & per noctem tempus poſt mortem Chriſti, quo tempore inſtabat apoſtolis periculum. Sed hanc & alias expoſitiones in concione proſequemur, ſimiliterq. cur dormire Lazarum dicat parabolice, cum eſſet mortuus.

## CONCIO

POſtquam Dei potentia duas, adeoq. diſtinctas res, corpus ſcilicet & animam in vnum cõiunxit, corpus quidẽ terreſtre & humile, animã vero ſublimẽ ſuperq. cæleſtis originis, tali eas amicitiæ vinculo copulauit, vt cũ morte metã vitę pręfigẽte diſſoluitur, naturaleq. diuortiũ, celebratur, ita homines indolere videmus, vt iure vltimum terribilium iudicetur. Quod non ſolum ipſi exhorreſcunt, ſed cum gentiles ſuos, immo amicos etiam aut tribules, mori accidit, ſingultibus & effuſis lacrymis, feralibus veſtimentis, nigroq. colore parietibus obductis, accerſitiſq. tenebris dolorem teſtentur. Ad hunc modũ affectę erant Lazari ſorores Maria, & Martha Chriſti familiares: quę extinctũ in ipſo iuuentutis flore fratrẽ, mærore incõſolabili, & profuſo lacrymarũ imbre lamentabantur. Sed quemadmodũ, antequã expugnetur ciuitas aliqua ab hoſtibꝰ, primo obſidione cingitur, & tormẽtis, in gẽtibuſq. collubrinis diuerberati muri deijciũtur: tandẽq. ſubeuntibus hoſtibus, propugnatores e muro omnis generis tela iaculãtur, quouſq. vel laſsi, velocciſi muros deſerũt, hoſteſq. victores trãſcẽdũt; Ita antequã mors hominẽ expugnet, obſidio præcedit terribilis, hæc eſt infirmitas, quæ tot hominẽ incõmodis, & doloribꝰ afficit, vt laſsitudine pene deficiẽs, portas morti aperiat

Simile



periat. Quę ingrediẽs adeo crudeliter graſſatur, vt ex viuęte corpore, & multis naturę dotibus pręſtãte, trũcũ efficiat. Ita Lazarum mors primo velut obſidione cinxit; erat enim primo languens. Omnes vero Euangeliſta Ioãnes nominat, ſcilicet Lazarum, Mariam, & Martham, ad incorruptę veritatis argumentum, Sed et ſi nullum nominaret, adeo fuit prodigioſum, longeq. ſtupendum miraculum, vt ex hominum memoria numquam excidere potuiſſet. Magdalenæ vero precipue officioſum opus commemorat, vt Chriſtum minime eius oblitum, reuocato ad vitam fratre, gratiam rependiſſe intelligamus. Aſſuerus librum habebat, in quo memoria prodita erant & conſcripta, beneficia collata regibus, & præmia pro ipſis reddita: proptereaq. Mardochæum, qui paratas ſibi inſidias detexerat, aureo torque ornatum, & purpura indutũ equo inſidentem per ciuitatem circumduci iuſsit. Id etiam Mariæ factum Ioannes in principio commemorat, ne nos admodum Chriſti miraculum territãs, attonitos reddat. Non enim minus fuit Mariam ad ſanitatem reducere, tot carnis inſultibus conſopitis, quam Lazarum ſuſcitare.

Erat quidã languens Lazarus.

SOrores igitur in ipſo infirmitatis limine Chriſtũ certiorẽ reddunt: Ita peccati principia, quę ipſum pręcedunt ſicut infirmitas mortem, ſedulo curanda ſunt: ne ſi pręualeant radices emittendo, ſuccumbas. Catellus oblatrans, & ſi nocere nõ poſsit, tamen moloſſos excitat; Ita venialia peccata, minima quanuis ſint, ni pręcidantur, grauia, & deinde lethalia vocãt. Aſael eximia pedum pernicitate præſtans Abner perſequebatur neq. ad dexteram neq. ad ſiniſtram deflectens; a quo præmonitus, vt recederet, & perſequi eum deſiſteret, cũ pertinaciter perſequeretur, interẽptus eſt. Ita multi veluti peccatũ circũdãt procaci viſu, & munuſculis, vaniſq. cõfabulationibus; tãdẽ ſi his nimis indulgeãt, nec ab eis tẽperẽt,

Miſerunt ergo ſorores.

Iob 21. peccato ſuccūbūt. De talibus dicebat Iob 21. Caput aſpidū ſu
Grego- get, & occidet eū linguę viperę. Aſpis (vt Gregorius expo-
rius. nit) paruū eſt animal; vipera vero prolixioris eſt corporis,
quæ matris viſcera perrumpit. Quid per aſpidem, niſi paruę
Dæmonum ſuggeſtiones? quid vero per linguam viperę ni-
ſi grauis, & violenta tentatio? Primo enim Dæmon leniter
tētat, deinde quaſi violēter trahit. Caput igitur aſpidis ho-
mo ſugit, cū principijs tētationis non obſtat: & tandem ip-
ſum lingua viperę occidit, cū eius mens veneno peccati ne-
Eſa. 59. catur. Ita dicebat Eſa. 59. Oua aſpidū ruperunt, & telas ara-
nearum texuerūt. Qui comederit de ouis eius, morietur: &
quod cōfotū eſt, erūpet in regulū. Oua rumpunt praui homi
nes, cū diabolicis tentationibus acquieſcentes, ad opus pro-
grediūtur: telas vero aranearū texūt, qui peccatū circundāt:
tandem de ouis id eſt prauis Dæmonis ſuggeſtionibus co-
medētes, lethaliter peccantes moriūtur. Peccati ergo prin
cipijs obſtemus, ſicut ſorores Lazari, quæ in ipſo infirmi-
tatis limine Saluatorem certiorem faciunt. Fælices ſorores,
quæ ita propinquum habuerunt Chriſtum, ad quem mit-
tere nuntium cito poſſent. Hac nos fælicitate nequaquam
priuati ſumus, non enim diſtat adeo Chriſtus, quem ſi
velimus orationis nuntio conuenire, non poſsimus. Nam
Luc. 22 vno ſuſpirio ipſum conſequi poſſumus. Propterea Lucas
ait, quod a diſcipulis in nocte paſsionis auulſus eſt, quantum
iactus eſt lapidis: vt faciliter vocatū per orationē adeſſe in
telligamus. Sed neq. aliquid a Chriſto per epiſtolā ſorores
iſte petunt, ſolum neceſsitatem explicant. Domine (dicebat
Ecce David) ante te omne deſideriū meū, & gemitus meus a te nō
quem eſt abſcōditus. Ipſe prius noſtra deſideria cognoſcit. Et ideo
amas. eius volūtati, quæ ipſi inſinuamus, relinquenda ſunt. Immo
quid ab ipſo petere debeamus, neſcimus; ſicut Paulus dice-
Rō. 8. bat ad Ro. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe
ſpiri-



ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui-
bus verbis oſtendit Paulus, nos quidē ignorare quid, & quo
modo orare debeamus: ſed ſpiritus vicem noſtram implet, Simile
ideo Dei voluntati cuncta relinquamus. Neq. enim corpus
ad menſuram tunicæ, ſed vice verſa tunica ad menſuram cor
poris efficitur: nec pes ad menſuram calcei, ſed contra cal-
ceus ad menſuram pedis aſſuitur. Ita noſtra volūtas Dei vo
luntati commenſurari debet, non autem vice verſa. Ita Pau-
lus ad Ro. 12. Reformamini ſpiritu mētis veſtrę, vt probetis, Rō. 12.
quæ ſit volūtas Dei. Ita Lazari ſorores Saluatoris voluntati
omnia relinquūt dicentes. Ecce quē amas, infirmatur. Signū
amoris Dei tribulatio eſt. Et ideo patienter ferre debēt, qui
tribulationibus pulſantur. Ita enim ſe cum eis Deus habet, ac Simile
cū amicis; Si enim in officina a venditore merces empturus
expoſcis, optime ſe tecum geret, ſi tanti tibi vendat, quāti ſi
bi ſtāt, vel quāti matri, & amicis, & familiaribus vendit. Ita
Saluator laboribus fælicitatē, quā habet, mercatus eſt, ſicut
Lucæ 24. Nōne oportuit Chriſtū pati, & ita intrare in glo- Luc. 24
riā ſuā? Si ergo labores immittit, tanti tibi vendit, quāti ſibi
ſtat. Vel eo tibi prætio vēdit, quo ſuæ matri, ſuiſq. familiari
bus Apoſtolis, & martyribus vēdidit. Suis etiam electis ſal
uator tribulationem immittit, vt eorum conſtantiam decla
ret, ſicut pater filio exteriorem tunicam ſcindi a ſartore fa- Similē
cit, vt interiorē thoracem illius oſtendat. Sic Paulus ad Ro. Rō. 5.
5. Non ſolū autem, ſed in tribulationibus gloriamur ſciētes,
quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero proba
tionem, probatio vero ſpem, ſpes autem non cōfundit: quia
charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum
Sanctum, qui datus eſt nobis. Deus enim, qui tribulatio-
nem immittit, tribulatum ſuſtentat: ſicuti cum clauum figi- Simile
mus, vna quidem manu ipſum percutimus, & altera ſul-
tentamus. Sic David. Et enim manus tua deducet me, ſci- Pſal.

 licet

licet ad tribulationem, & tenebit me dextera tua; me...
Pſ. tribulatione ſuſtentans. Sic etiam ipſe David. Iuſtus, cum
ceciderit, non collidetur: quia dominus ſupponit manum
ſuam. Lazarus amicus Chriſti, cecidit quidem per mortem,
ſed minime colliſus fuit: quia Saluator veluti manũ ſuppo-
ſuit; quia ipſum & eius ſorores diligebat, & tribulationem
ad earum commodum & ſuam gloriam immiſit. Propterea
dixit. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed vt manifeſte
Infirmitas hęc nó eſt ad morté tur gloria Dei in illo; Bonorum enim aduerſitates ad Dei
gloriam diriguntur. Sed quomodo non fuit ad mortem,
cum Lazarus fuerit mortuus? Ratio eſt; Quia nequaquam
ibi ſiſtere debebat. Veluti ſi Romam proficiſcaris, non
Simile Barchinonam te petere ais, quamuis illuc tendas; quia mi
nime ibi ſiſtere debes. Ita Lazari infirmitas ad morté vſq;
deueniens (quia a morte Lazarum detineri non debebat)
non fuit ad mortem; ad vitam namq. redditurus erat. Tan
dem Lazarus Chriſto permitente mortuus eſt, Sed non fuit
crudelis cæca mors, quæ iuuenem in ipſo ætatis flore inua-
Simile ſit? Seneca ait, homines ſimiles eſſe hijs, qui vrbem expug
naturi muros ſcandunt, propugnatoribus vero alacriter ſe
defendentibus, nonnulli ab ipſo ſcalæ initio, alij a medio, alij
ab ipſa muri corona deturbantur. Ita homines nonnulli in
iuuentute, alij in virilitate, alij vero in ſenectute moriun-
Eccleſ. 9. tur. Sic Eccleſiaſtes 9. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut ca
piuntur piſces hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ita
homines in tẽpore malo; cum eis repente ſuperuenerit. Sic
autem nonnulli viuũt, acſi non eſſent morituri, ſicut illi, de
Eſa. 28 quibus dicebat Eſa. ca. 28. Pepigimus fœdus cum morte, &
cum inferno fecimus pactum; flagellum inundans, cum tran
ſierit, non veniet ſuper nos; quia poſuimus mendaciũ ſpem
noſtram, & mẽdacio protecti ſumus, Acſi dicerẽt. Secure vi
uere poſſumus peccatis indulgẽtes, quia pactum fecimus cũ
morte,



morte, & inferno, ne nos abſorbeant. Et cũ Deus peſte, vel
gladio terram mulctauerit, nequaquã nobis nocebit. Tales
mendacio confidunt, & in eo ſpẽ ſuã collocant; veniet ergo
illis inſperata mors. Sicut puer in aliena vinea vuas colligẽs, Simile
cuſtodem aſpiciens, non curat, videns illum longo itineris
ſpacio abeſſe, & prius quam cuſtos appropinquet, ſe euaſu-
rum confidit; ſed cuſtos auijs itineribus accurrens ipſum cũ
furto comprehendit. Ita multis vitiorum dulcedini ſuc-
cumbentibus, mors minatur, ſed illi in iuuentute confiſi,
multumq; ſibi tempus ſupereſſe exiſtimantes, nequaquam
permouentur; ſed eos ſæpiſsime inprouiſa mors fores pul-
ſans, cum furto comprehendit. Piſces minime cognoſcũt piſ Simile
catoris dolũ, cibum in aculeo contegentis; ita homines innu
meras mortis artes & modos minime intelligunt; & ſic ipſis
ſæpe nihil tale expectantibus ſuperuenit. Ita Lazarus, iu-
uenis, elegãs, diu s in ipſo iuuẽtutis limine extinctus eſt. Sed
ſi Saluator Mariá & Marthã, & Lazarũ diligebat, quare mo
ri eũ permiſit? Diligis odiẽtes te (dicebat Ioab ad David) & 2. Reg. 19.
odio habes diligẽtes te. Hoccine amoris ſignũ eſt, amicos oc
cidere, dilectaiq. perturbare, & incõſolabilib⁹ lachrymis affi
cere? Solet deus quãdoq. ad modicũ electos dimittere. Sic E- Eſa. 54.
ſa. c. 54. Abſcondi faciem meã parũper a te, & miſericordia
ſẽpiterna miſertus ſum tui. Preterea quia maior Chriſti glo
ria fuit, ipſum ſuſcitare, quã efficere, vt nõ moreretur. Que-
madmodum pictor, qui pulchram imaginem depinxit, vt
credant ipſam videntes, a ſe eſſe confectam, ipſam delens,
iterum eiſdem delineamentis depingit. Vt oſtenderet i-
gitur Chriſtus ſe hominem formaſſe, Lazarum mori per-
miſit, vt ipſum glorioſe ad vitam reduceret. Eapropter diſ Eamus in Iudæam.
cipulis dixit. Eamus in Iudæã iterum. Quibus verbis mirus
Saluatoris amor, quo bonos proſequitur, explicatur. Propter
prauos Iudæã reliquerat, & propter electos ipſam repetit,
Quamuis

Quanuis enim contra malos Deus iraſcatur, bonorũm gratia reuertitur. Ita Zacharie. 8. Zelatus ſum Hieruſalem zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam, hęc dicit dominus exercituũ, Reuerſus ſum ad Sion, & habitabo in Hieruſalem, & vocabitur Hieruſalem ciuitas veritatis, Quaſi dicat. Zelo feruidus acriter inuectus ſum in habitatores Sion & indignatus ſum contra eos qui profanabant eã: ſed miſericordia motus propter bonos, reuerſus ſum iterũ, & habitabo in Hieruſalem quę, quia in ea Euangelium prędicabitur, dicetur ciuitas veritatis. Similiter Micheæ. 7. Nõ inmittet vltra furorem ſuum, quia volens miſericordiã eſt: reuertetur, & miſerebitur noſtri. Quaſi dicat. Non ſemper Deus iraſcetur, quanuis aliquando id faciat propter malos; ſed reuertetur ad nos, & miſerebitur noſtri. Apoſtoli vero in Iudęa poſiti non timebant, & in Galilea timent: quia ibi periculum conſiderabant. Ita vſu venire ſolet, vt peccatis obvoluti nequaquam timeant, extra peccatum vero poſiti, vel minima curant, & timent etiam in minimis Deũ offendere. David Saulem in ſpelunca nactus, noluit in ipſum ſæuire, ſed laciniam tantum palij eius pręcidit: propter quod poſtea angebatur, eo quod proprium dominum, & eum, quem Deus ad regni faſtigium euexerat, tetigiſſet. Cędem vero Vriæ inmeritam audiens, minime motus eſt, aut indoluit: quinimo Ioab conſolabatur dicens. Nõn te frangat iſta res. Sic multi peccato opreſsi nec grauia curant, ipſos enim peccati ſomnus quietos reddit: ſed cum peccatum veluti excutientes, in Dei gratia conſtituti ſunt, vel minima curant. Ita Saluatoris diſcipuli extra iudęam poſiti, timentes, ipſum ab itinere reuocare nituntur, mortis pericula præcinentes. Milites reuocabant David ex prelio, ne extingueret lucernam &c.

*Marginalia:* Zach. 8. — Miche 7. — 1. Reg. — Rabi nunc quere bãt te iudei &c. — 2. Re. 18.

QVIBVS Saluator parabolice reſpondet. Nonne duodecim horæ ſunt diei? multas huius loci patrum interpręta tiones minime ſpernẽdas legimus. Quidã enim interprętãtur. Nonne duodecim horę ſunt diei? quaſi dicat. Nõ tot horæ in die ſunt, quot mutationes in corde hominis eſſe ſolẽt. Forſitã ergo iã iudęorum ira ſubſedit, & ad ſanitatem reducti ſunt. Si enim quolibet temporis interuallo homines mutari ſolẽt, idipſum de iudęis ſentiẽdũ eſt, quod in melius fuerint cõmutati. Aliter exponitur ſecũdũ Auguſtinum. Vt per diem Saluator intelligatur, per horas vero duodecim Apoſtoli ſignificentur. Quemadmodũ ergo non dies horas, ſed e cõtra horę diẽ ſequuntur, ita oſtendit Apoſtolos ſe debere ſequi, qui quaſi horę ab ipſo electi ſunt: & ita merito ipſum ſequi debere, quia qui ambulat in die, non offendit &c. Alij vero ſic exponũt; vt intelligerẽt Apoſtoli mortis horã nondũ aduenifſe. Nam quemadmodũ dies ſuas horas habet; non vero finitur, quouſq. omnes eius horę trãſierint: (quia minime eſt in hominũ arbitrio, quod lõgior dies ſit, aut breuior); Ita Saluator præfixum tempus habebat, quod nulla quantumuis effera hominum violentia anticipari, aut prolongari poterat. Quia ſicut Sol, quia diem cauſat, non occidit, quouſq. veniat hora; ita (ait Saluator) ipſe minime occumbam, quantumuis illi deſæniant, & mihi mortem machinentur, quouſq. veniat hora mea ſtatuta. Non eſt ergo quod timeatis. Senſus vero, qui videtur a Chriſto intentus hiſce verbis is eſt ſecũdũ Theophilatum; vt oſtendat Chriſtus parabolice loquens, nihil mali paſſuros diſcipulos, quãdiu ipſe cũ illis maneat: Ideo apte illis dicit: Nõne duodecim horæ ſunt diei, quibus ambulare poſsimus; qui ambulat in die, nõ offendit. Ego lux ſum, ad huc ergo tempus eſt, quo vobiſcũ permanſurus ſum: quandiu ergo ego vobiſcũ ero, tandiu in die ambulabitis; & ſic nõ eſt quod timeatis. Nihil enim me præſente patiemini aduerſi, ſed inmunes eritis ab omni iniuria: quia dies erit. Cũ vero a vobis ablatus fuero,

*Marginalia:* Nõnẽ duodecim horæ. — Augu. — Simile — Theophilatus.

Pſ. cum violentia moriuntur. Ita Pſ. Virum iniuſtum mala ca-
Eccleſ. pient in interitu & Eccleſiaſtes 5. Dulcis eſt ſomnus operãti:
5. quaſi dicat. Quia in hac vita minime otioſus fuit, ſed ingenue
laborauit, mors illi ſuauis erit. Demũ ſicut dormientes emiſ
ſa voce facilime excitamus, ita Deus: immo maiori facilita-
te ſua voce mortuos ſuſcitat, quã nos dormientes homines
vociferantes excitamus. Hoc in Lazaro manifeſte apparet,
ad cuius domũ accedens Saluator, veniẽtes ſorores ad eũ re-
Simile cipiẽdũ cõſolatus eſt, quę de eius abſentia querebãtur, ob id
Domi fratrẽ mortuũ exiſtimãtes. Sicut Solis abſẽtia eſt cauſa, quod
ne ſi arbores moriantur; & pręſentia, quod iterum viuant: ita prę
fuiſſes ſentia Chriſti eſt cauſa vitæ, ſicut eius abſentia eſt cauſa mor
his. tis. Id eſt, quod ſorores iſtę hoſpitæ & beneficæ Saluato-
ris confidenter dicebant: Quę toties Chriſtũ hoſpicio & cõ
uiuio exceperant. Maria vero Magdalena, quod hoſpita E-
3. Re. lię ipſi dicebat, dicere poterat. Quid mihi & tibi vir Dei-
17. ingreſſus es domũ meã, vt rememorarẽtur peccata mea &c.
quid mihi peccatrici & tibi, qui virtutũ exẽplar es, ita vt ad
cõſpectũ tãtę iuſtitiæ, forſam rememorata ſunt peccata mea,
propter quæ mortuus eſt frater meus. Saluator autẽ ſolatus
eas, ad ſepulchrum accedẽs infremuit, ira veluti perturbatus
Simile aduerſ⁹ eũ qui tale vulnus inflixerat. Sicut nobilis vidẽs filiũ
ex vulnere debilitatum curari, excandeſcit, & ira efferbet ad
uerſus eũ, qui vulnus inflixerat. Ita ſaluator vidẽs vulnus pec
cati eſſe mortẽ, infremuit contra peccatũ. Lachrymatus eſt
autẽ cõſiderãs amicum iterum ad vitæ miſerias rediturum:
præterea conſiderans, miraculum petrãdum ſuæ mortis cau
ſam accelerandæ futurum, deinde quia parũ vtilitatis iudæis
miraculum allaturum erat. Tunc alta voce clamans dixit.
Lazare &c. Sed quem vocat Chriſtus, cũ Lazarus iam nõ eſ
1. Tim. ſet, ſed cadauer. Propter hoc dicebat Paul⁹. 1. Ti. 6. Qui ſo-
6. lus habet inmortalitatem, & vocat ea, quæ nõ ſunt, tãquam





ea, quæ ſunt. Ad potentiſsimam vero Saluatoris vocẽ mor tuus exurgẽs attonitos circunſtantes reddidit, & ſorores incredibili gaudio affecit. Suſcitatum vero Chriſtus ſolui iubet, quia peccator Dei auxilio per contritionem a peccato ſurgens, per confeſsionem a ſacerdote ſoluitur.

# EGO SVM LVX MVNDI, QVI ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitę. Io. 8.

FREQVENTISSIME in euangelio Saluator luci cõparatur. Propter multas lucis proprietates, quæ ipſi aptiſsime quadrãt, quas proſequi non eſt difficile. Quomodo vero hæc parabolica ſententia, hiſtoriæ de adultera aſſuatur, in ſequentibus oſtendemus, antequam aliquot lucis proprietates proſequamur, ad hanc ſimilitudinem explicandam.

## CONCIO.

ANTIQVVS humani generis hoſtis per peccatum admiſſus, ſolitam in mundo tyrannidem exercens, obſcuris ipſum inferni tenebris inuoluit AEgyptijs, quę quondam manibus attrectari pę poterant, multo ſpiſsioribus, vt pote quæ hominum inſipientia corda adeo obſcurarunt, vt nihil aliud præter apparentem hominum formam ſine ratione, habere viderentur. Tantæ vero calamitatis (& quæ curari poterat) cæleſtis pater miſeratus ſplendidiſsimum puriſsimæ ſuæ lu-

cis candorem miſit amoris velo contectum, qui doctri
næ Euangelicæ radijs mundum illuſtrans, recta homines ad
Eſa.49 beatitudinem duceret: ſicut Eſaias cap. 49. dicebat. Dedi
te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum
terræ. Cuius radios cæcæ noctuæ, nempe Iudæorum men
tes, ferrę non poterant. Ita vt in Gazophylacio publice
prædicans, poſt detectas tricas, quas ipſi nectere Scribæ &
Phariſæi parabant, muliere adultera in medium adducta,
id teſtatus ſit dicens. Ego ſum lux mundi, quaſi diceret; Ne
miremini me veſtrorum cordium occulta penetraſſe, te-
chnaſq. aperuiſſe: quia ſum lux mundi. Vel, vt quid vos,
cum obſcuri ſitis, & peccatorum caligine inuoluti meam
Simile gloriam obſcurare nitimini? nonne inſanus eſſet, qui ſplen-
didiſsimum ſolis iubar, tenebris obuoluere tētaret? Non mi
nus igitur vos deridendi eſtis, qui veſtris inſidijs, & detrac
tionibus meum nomen & gloriam, ſolis iubare longe ſplen
didiorem obſcurare, tot mihi tricas nectentes procuratis.
Si vero hanc Saluatoris ſententiam his, quæ adulteræ hiſto-
riam præcedunt, aſſuere volueris, obſerua: Chriſtus audito-
res ad credendum incitabat, & vt a ſe omnia ſperarēt, prop
terea ſe fontem aquæ viuæ dixit; & modo ſimiliter ſe mun
Pſal. di lucem vocat. Sic etiam Dauid de Deo loquens dicebat.
Quia apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lu-
men. Et quia Nicodemus Iudæos inuitabat ad audiendum
Chriſtum, & cognoſcendum, propterea coram poſitis, & au
dientibus Saluator dixit. Ego ſum lux mundi. Qua veluti the
ſi a Chriſto pręfixa Phariſęorū argumēta, quibus ipſam im
Ego pugnāt: diſſoluit. Sed quā apte Saluator lux dicatur; videa-
ſum mus. Lux nō eſt corpus. Quia præterquā quod duo corpo-
lux mū ra ſimul eſſent, daretur vacuū. Et etiā quia in inſtāti infundi
di. tur, quod corpori repugnat. Præterea, quia ſi corpus eſſet,
determinatū motū haberet: lux vero diuerſimode moue-
tur.



tur. Non eſt etiā lux ſpiritualis natura, quoniā exterioribus
ſenſibus non perciperetur, ſicut Angelus: lux veró ſenſi-
bus percipitur. Et propter eandem rationem non eſt for-
ma ſubſtantialis, quia videtur: forma vero ſolo intellectu
percipitur, Rei enim cuiuſlibet accidentia tantum perci-
piuntur, forma vero ſubſtantialis veluti abſconſa latet.
Sed eſt lux qualitas ſolaris corporis: quæ quidem, vt eſt in
Sole, dicitur lux: vt eſt in ſtellis illuſtrare dicitur; quatenus
vero, cum corpus tangit repercuſa reflectitur, dicitur ſplen
dor, ſed vt conſideratur corpus perſpicuum penetrans, di-
citur radius; quatenus vero in opaco corpore detinetur, ca-
lor dicitur. Lux vero trinitatis perſonarū & vnitatis eſſen-
tiæ & creationis creaturarum veluti ſignū eſt. Eſt vero mū
dus Archetypus & Intellectualis, Elemētariſq. & Rationa
lis qui Microcoſmus dicitur ideſt minor mūdus. Dei filiꝰ eſt
lux mūdi Archetypi & Intellectualis, & Aelemētaris, & Ra
tionalis ſeu minoris mūdi. Archetypus mūdus eſt deus. Quia
quemadmodū artifex operis a ſe efficiendi normā habet, &
ſimilitudinē in mēte; ita Deus huius mūdi ideā ante creatio-
nem habuit, immo habet, & habebit. Propterea dicebat Boe Boetiꝰ
tius. Pulchrum pulcherrimus ipſe mundum mente gerens ſi
mili ſub imagine formans. Huius vero Archetypi & idealis
mūdi Dei filius, vt verbū æternū, lux eſt, & vt lux procedit.
Quia lux eſt prima in exordijs: ita proceſsio verbi (quanuis
nulla ſit in diuinis tēporis prioritas) præ intelligitur ante
proceſsionē ſpiritus ſancti. Et ſicut lux a ſubſtātia Solis pro
cedit, ita filius a patris ſubſtātia, Et ſicut lux ſemper genera
tur, ita verbū. Sic Pſal. Ego hodie genui te. Et ſicut lux ęter
na eſſet, ſi Sol eſſet ęternus, ita Dei filius, quia pater eſt ęter
nus, ipſe etiā ęternus eſt, & ęternaliter generatur, ſuoq; pa-
tri coæternus. Ita dicebat Paulus ad Heb. 1. Qui cū ſit ſplē Heb. 1.
dor glorię, & figura ſubſtātię eius, portāſq. omnia verbo vir
tutis

tutis ſuæ. Et ſicut a Sole & luce ſeu radio calor generatur,
ita ex patre & filio procedit Spiritus Sanctus. Ecce quomo
do lux, trinitatis perſonarum veluti ſignū eſt. Vnitas etiam
in luce ſplendet: Quia cum lux vna ſit, omnes creaturæ ea
participant, & cum vna ſit, omnia complet: ita Deus, cælū,
& terram implet, & Deo omnes creaturæ quodammodo
participāt. Mūdus intellectualis, Angelicæ hierarchiæ ſunt:
quarum Dei filius lux eſt. Dicuntur vero intellectualis mū-
dus, quia citra diſcurſum vno actu intelligunt. Sicut enim
oculus in ictu videt, quę ſibi opponuntur: ita Angeli. Et que
Simile madmodum ſigillū vno actu ſignat, quæ in eo exarata ſunt,
quamuis artifex temporis multum conſumpſerit ipſum exa-
Simile rando: & ſicut prælum multa verba longo tempore cōſcrip
ta imprimit, ita Angeli ſimplici actu intelligunt ea, quæ nos
multis diſcurſibus, & diu inueſtigantes cognoſcimus. Huius
vero mundi Dei filius lux eſt; quia ipſum a tenebris eduxit,
a non eſſe ad eſſe; & ab eſſe naturæ, ad eſſe gratiæ; & ab eſſe
gratiæ, ad eſſe gloriæ, dans ei lucem ad videndum Deum fa
cie ad faciē. Ideo ergo Angelos a tenebris eduxit, quia hoc
triplex eſſe illis conceſsit, & præter hoc dedit eis, vt nobis
lux eſſent. Mundi etiam ſenſibilis & elementaris Saluator
lux eſt eo modo, quo ipſam creaturæ participare poſſunt.
Nam dedit eſſe lapidibus, viuere plātis, ſentire animalibus.
Et creaturæ inſenſibiles, quo magis lucem participant, eo
perfectiores ſunt. Ita Aqua perfectior Terra eſt; & Aer per
fectior Aqua; & Ignis perfectior Aere; & Cælum perfectius
Igne. Ferrum ideo vile eſt, quia terreum, & obſcurum; Plū-
bū ad huc prætioſius, & Stannum Plūbo; Aes autem ad huc
prætioſius Stanno, Argentum Aere; & Aurū, Argento præ-
ſtantius. Similiter de vnionibus dicendum, quo lucidiores,
eo perfectiores: ſicut Carbunculus, Adamas, Smaragdus.
Miro vero modo mundi rationalis Dei filius lux eſt. Ita
Ioan-



Ioannes 1. Et vita erat lux hominum. Et illuminat omnē ho
minē venientē in hunc mundum. Sed quemadmodum Sol,
ſi obtutu ab oculis cernatur, ipſos debilitat propter excelē
tiā lucis; ita Dei filiū homo videre non poterat. Sed ſicut Sol
nube tectus videtur, quæ Solis claritatem tēperat; ita diuini Simile
tatis lux, quæ ab humanis oculis cerni non poterat, humani-
tate ſuſcepta viſibilis apparuit. Filij Iſrael nō poterā Mo- Exo.
ſem videre, cum a Dei colloquio deſcendit, propter vultus 34.
eius claritatē; oportuit vero ipſum faciē velare: vt vel ſic a fi
lijs Iſrael videretur. Ita Dei filius infinita & æterna lux, vi-
deri quidē non poterat, aſſumpta vero humanitate, cum ho-
minibus viſibilis conuerſabatur, quaſi amictus nube. Ioan-
nes Apo 10. vidit Angelum fortem deſcendentem de cælo
amictum nube, & Iris erat in capite eius. Angelus iſte Sal- Apo.
uator eſt, fortis quidem, quia geminę gigas erat ſubſtantię. 10.
Nubes, qua amictus erat, humanitas eſt. Iris vero fædus per e
ius incarnationē cū hominibus reuocatum ſignificat. Ami-
ctus vero nube humanitatis, Euāgelicę doctrinę ſplēdorē e
mittebat, & miraculorū lucem longius etiam ſpargebat.
Eſt ergo Chriſtus quatenus Deus quidem lux; vt homo ve
ro lumen; in Apoſtolis vero & in alijs Eccleſiæ miniſtris
ſplēdor; in doctrina autē radius, in amore vero & charitate
calor. Nos vero Chriſtiani peculiariter hanc lucē participa
mus, ſicut dicebat Paul' ad Ephe. 5. Eratis aliquādo tenebrę, Eqhe.
nunc autē lux in domino & 2. Thi. 1. dicebat. Manifeſtata eſt 5.
per illuminationē Saluatoris Ieſu Chriſti, qui deſtruxit qui 2. Ti. 1.
dē mortē, illuminauit autē vitam, & incorruptionē per E-
uangeliū. Et Lucæ. 1. Viſitauit nos oriēs ex alto illuminare Lucę. 1.
his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Stellę mutua
to a Sole ſpendore fulgēt, nō ęqualiter, ſed alię alijs ſplendi
diores ſunt; in cōſpectu vero Solis tenebreſcunt. Sācti ſimili
ter omnes a Chriſto gratiā, & ſanctitatē non ęqualiter ha-
Ee ben t:

bẽt eius vero collatione obſcuri ſunt; In numẽrabiles vero
ſunt diuinę huius lucis effectus. In primis fugat omnes igno
Tit.2. rãtię tenebras, ſicut Paulus dicebat ad Titũ 2. Apparuit gra
tia Saluatoris noſtri Dei omnibus hominibus, erudiẽs nos.
Nã eiecit ſua humilitate ſuperbiã, ſua caſtitate luxuriã, ſua
patiẽtia irã, ſua tẽperãtia gulã, ſua paupertate auaritiam. Fe
cit etiã iſta lux obſcura cognoſcere; ipſa enim nobis prophe
tarũ myſteria, legis ſecreta, literę ſenſum, figurarũ verita-
tẽ intelligere fecit. Ignẽ iſta lux emiſit, ſicut ipſa dicebat de
Lucæ. 12. charitate & amore loquẽs Lucæ 12. Ignem veni mittere in-
terrã, & quid volo, niſi vt accẽdatur. Lux interiora penetra
re ſolet; ita Dei filius corda hominũ. Lux ad iter rectũ aber
rãtes reducere ſolet: Ita Saluator ad ſequendũ ſe homines
Pſ. hortabatur. Hãc lucẽ petebat Dauid, dicẽs. Emitte lucẽ tuã,
& veritatẽ tuã; ipſa me deduxerut, & adduxerũt in mõtẽ ſan
ctum tuũ, & in tabernacula tua: quaſi dicat. Emitte de cęlis
lucẽ, quę a te ęternaliter procedit; & veritatem tuam ad me
inſtruendum quoniã ipſius ductu ad æterna tua tabernacula
Eccleſ 50. perueniam. Similiter Eccleſiaſtici 50 dicitur. Lux Dei veſti
gium eſt. Nam ſaluator Dei lux eſt, ab ipſo per generatio-
nẽ procedens; & eſt lux hominũ, ipſos interius illuminans;
atq. etiam veſtigium eſt, quod ſequi debemus, Sed cũ ſe lu-
cẽ dixerit, nõ Iudeæ ſolum, ſed omnium hominum. Empha
ticæ ſe mũdi etiã dixit lucẽ ſignificans, neminem præter ſe
talem lucem eſſe.

CVM VERO ſe totũ mundum illuſtrare dicat mirum
quod in ſingulari eos, qui pone vadũt, enumeret dicẽs. Qui
Quiſe quitur me. ſequitur me &c. His uerbis oſtendit illorũ paucitatem, qui
ſincere Chriſtũ ſequuntur. Nã cũ totũ pene orbẽ per doc
trinã apoſtolicã illuminauerit, paucisſimi reperiuntur, qui
candide, & vt decet, ipſum ſequantur. Sic uero de Chriſti ſe
quela loqui poſſumus, ac de forenſi ſpectaculo, vel cũ tauri
pro-



rouocantur, vel cũ æqueſtres ludi fiunt. Quidam enim ad Simile
ſpectaculum vocati ire nolunt; alij quidem proficiſcuntur,
ſed cito portas muroſq. tranſcendentes recedunt; alij vero
in feneſtris & tabulatis, currẽtes & prouocantes cũ riſu reſ
piciunt, pauci vero ſunt, qui in platea laborantes currunt, &
ſe periculo exponunt. Ita multi ad Eccleſiam vocati venire
noluerunt, ſicut pagani multi, & Iudæi. Alij vero intrauerũt
quidem, ſed Eccleſię veluti parietes tranſcendendo receſſe-
runt, ſicut hęretici, qui ab Eccleſia perditisſimis opinioni-
bus excęcati abięrũt, Sicut de eis Ioãnes ait. 1. Io. 2. Ex nobis 1.Io.2.
prodierũt, ſed non erãt ex nobis. Alij vero in Eccleſia ſunt
moribus deprauati, qui libẽter alios laborãtes viros ſtudio
ſos reſpiciunt, & laudãt a feneſtris ſecuritatis, innumeris vi
tijs indulgẽtes. Pauci vero ſunt, qui laborãtes ſincere Salua
torẽ crucẽ ferentem ſequantur, Multæ vero ſunt vtilitates
eorũ, qui pręcedentes ſequuntur. Quia præcedens oſtendit
iter; ita qui Chriſtum ſequitur, aberrare a beatitudinis via
nõ poteſt: lumen enim iter ſibi oſtendens habet, nẽpe Chri
ſtũ quẽ ſequẽtes nequaquã in tenebris ambulabimus ſicut
illi, de quibus Dauid ait. Fiat via illorũ tenebrę & lubricum. Pſal.
Et alibi. Neſcierunt, neq. intellexerũt, in tenebris ambulant. Pſ.
Ita illis accidit, qui Saluatorẽ ducem non habent, quia in te
nebris peccatorũ, & prauorũ operũ ambulant. Fili Iſrael Exo.13
ab AEgypto egresſi collumnã nubis ſplendidã habuerunt,
ne aberrarẽt, Dei filius colũna firmisſima eſt, clara propter
doctrinam: hanc Deus nobis, qua dirigamur, conceſsit;
quæ totius mali tenebras remouit, mundum per ſapien-
tiam, & ſincerisſimæ vitę exemplum illuminans. Ita Paulus
1. Co. 1. Qui factus eſt nobis ſapiẽtia a Deo, iuſtitia, ſanctifica 1.Co.1.
tio, & redẽptio. Quaſi dicat. Dei filius factus eſt nobis ſapiẽ
tia, illuminãs intellectũ; iuſtitia, perficiẽs volũtatẽ; ſãctifica
tio, perficiẽs opera, & redẽptio nos a captiuitate, & laqueis

 diaboli

Diaboli eruens. Quæ omnia ſecundum cauſam intelligenda ſunt; acſi diceret, Chriſtus fuit cauſa noſtræ ſapientiæ, quia abſtulit ignorantiæ tenebras: fuit cauſa iuſtitiæ, quia abſtulit noctem peccati; & ſanctificationis etiam noſtræ cauſa extitit, quia purificauit nos; & redemptionis, quia patri pro nobis debitum ſoluit, & a laqueis inferni liberauit, nobiſq. cæleſtem portam aperuit. Non igitur qui ſequitur me, ambulabit in tenebris ignorantiæ, quia ego ſapientia; non in obliquitate peccati, quia ego iuſtitia: non in cæno turpitudinis, quia ego ſanctificatio: non in
Habebit lumē vitæ. carcere tenebroſo Diaboli, quia ego redemptio; ſed habebit lumen vitæ; quod lucem in materia ſignificat, ſcilicet beatitudinem in anima, qua anima beata ſplendet. Moſes iuſſu Dei calceos depoſuit, quos (vt credendum eſt)
Exo.3. poſtea aſſumpſit, & iterum calceatus eſt. Vidit vero rubum ardere, & non comburi. Ita homo exutus corpore, quod poſtea in reſurrectione iterum aſſumet (vt pariter cum anima coronetur, quod cum illa laborauit) videt beatum in cęlo ardere & non comburi; quia cum plenus gloria ſit & charitate, & amore Dei totus ardeat, videat q. facie ad faciem Deum, minime conſumitur. Id eſt, quod
Mat.13 Saluator dicebat Matthę. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris mei ca. 13. Hoc ergo lumen Saluator, ijs qui eum ſequuntur, concedit. Alię multę lucis proprietates in medium adduci poterāt, quę aptiſsime Chriſto accōmodari poſſent. Eſt enim lux creaturarum pulchritudo, obſcura & quę latent, manifeſtat; homines, & animalia cuncta lætificat. Penetrat etiam lux perſpicua, & ſubito ſpargitur: & quātum uis ſpurca loca contingat, minime maculatur. Aegros etiā lux corroborat, & alia multa; quæ Dei filio aptiſsime quadrāt. Sufficiat vero, illa quatuor explicaſſe, quæ pręfatis verbis cōtingētur, quæ ſunt quatuor proprietates, quæ bonū cōſequun-



quūtur, & Dei filio conueniēter aptantur. Prima boni proprietas eſt, ſui ipſius diffuſiuum eſſe. Secunda; quod alia ad ſe trahat. Tertia, quod mala repellat. Quarta, quod perfectionem inducat. Ea propter Saluator ſe lucem appellat propter priorem boni proprietatem, quæ late ſe difundit, & communicat. Gentes etiam ad ſe dulciter trahit, propterea dicit. Qui ſequitur me. Deinde mala repellit, ab ijs qui eum ſequūtur; ideo dicit. Non ambulat in tenebris. Demum perfectionē inducit; & propterea addit. Sed habebit lumen vitæ. &c.

AD hunc ergo modum a Chriſto ſtatuta ſententia & ſtabilita, a Iudæis eam audientibus impugnatur. De quibus dicebat Iob 24, Ipſi rebelles fuerunt lumini. Nam miraculis Iob.24
luce clarioribus, & operibus virtute ſplendentibus, & coruſcanti doctrinæ, ſuperbiſsime & inuidioſiſsime detrahebant, Chriſtoq. ſemper rebelles fuerunt. Id vero, quod primo opponunt, apertiſsimum eſt mendaciū; nempe. Tu de te Tu de
ipſo teſtimonium perhibes. A multis namq. Saluator teſti te ipſo
monium accepit, & non tantum de ſe ipſe teſtificatus eſt, ab Angelis, a Paſtoribus, a Stella, a magis Regibus, a Simeone, ab Anna, a Ioanne Baptiſta, & quod maius eſt, a patre in baptiſmo, qui filium ſuum naturalem nominauit: a pueris, & populo clamantibus oſanna & a cæco nato; immo a ſuis inimicis, qui nequaquam ipſum comprehendere auſi ſunt dicentes. Nūquam ſic loquutus eſt homo: & ante mortem a latrone; & poſt mortem a Centurione, & a Pilato; immo omnia fere elementa teſtificata ſunt; terra, quæ tremuit; aer, qui obſcuratus eſt; lapides, qui ſciſsi ſunt; monumenta, quæ aperta ſunt, mortui, qui ſurrexerunt. Non ergo ipſe ſolus de ſe teſtimonium perhibuit. Quanuis aliqua ſint, de quibus nullus poteſt ſine ipſis teſtificari, ſicuti de luce nullus ſine ipſa teſtimoniū perhibere poteſt; quia ipſa ſe ipſa videtur: Deus vero adeo magnus eſt, quod nullus poteſt de eo ſine ipſo

 teſtifi-

teſtificari:ſed oportet,vt ipſe de ſe ipſo teſtimoniũ perhibeat;quia nos ipſum alias nũquam intelligeremus.Propterea dicebat Iob cap. 36.Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram. Sed nec ea, quæ Deo reuelante cognoſcuntur,teſtimoniũ habent ab hominibus. Ea propter Prophetæ,de ſe ipſis teſtimoniũ dederũt, quod a Deo miſsi fuerint ad prophetandũ,ipſiq.conſcij erant,& commendantes ſe ipſos,nõ ſe,ſed Deum laudabant; quia ex ſe ipſis ſecluſo Deo nihil habebant,quod hominibus exponerent,ſed ſuam & a Deo acceptam dignitatem.Ideo dicebat Paulus 1.Co 9.Nõ ſum Apoſtolus?Sed quam aptum a Chriſto teſtimoniũ de ſe ipſo datum ſit, videamus. Ad hoc vt aliquod teſtimoniũ acceptabile ſit,primo requiritur, vt ita ſit,ſicut ſignificatur: deinde,quod minime ex paſsione procedat,alioquin ſuſpectum redderetur.Ideo dicebat Iob 15.Nunquid ſapiens reſpõdebit,quaſi inuentum loquens,& replebit ardore ſtomachũ ſuum. Quibus verbis oſtenditur hominem ira, vel paſsione perciturn,inuentum veluti loqui,quod alienũ eſſe debet a ſapiente.Poſtea requiritur, vt teſtimoniũ ſit legitimũ,ita vt lex ſeruetur,& ſecundum legem proferatur.Id præcipiebat Deus Deu.16.Iuſte,quod iuſtũ eſt,exequeris. Nullus enim damnari debet,niſi iuridice ſecundũ leges veritas prius conſtiterit. Hiſce apparet,Saluatoris non ſolum ſermonem,ſed teſtimonium veriſsimum fuiſſe:quia ita erat,prout ipſe aſſeuerabat:nam ſciebat,quod proferebat.Ideo dicit,verum eſt teſtimonium meũ:quia ſcio,vnde veni;&quo vado.Tota vero prædicata veritas,ijs verbis conſtringitur, ſcilicet quod a patræ exierit,& quod in mundum venerit,& quod ad patrem reuertatur.Præterea Saluatoris teſtimonium ſine paſſione erat, ideo ait. Vos ſecundum carnem iudicatis; ego non iudico quemquam:acſi dicat. Vos carnali affectu, & ex paſsione iudicatis,ego taliter non iudico;ſi autem iudicarem,

Iob 36

1.Co.9.

Si ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo.

Iob 15.

Deu. 16.



dicarẽ,non eſſet ſicut veſtrũ: iuditiũ nã ſolus non ſum,ſed mecũ eſt,qui me miſit,ſcilicet Deus. Et ita vt Deus non exteriora ſolum,ſed interiora perſcrutaretur:& ita non ex paſſione fieret.Hoc Saluatoris dictum eos, qui ſecretiſsime ſe peccare exiſtimant,terrere deberet:qui corda hominum intime penetrat.Propterea dicebat Malach.3.Ecce ego accedã ad vos in iudicio,& ero teſtis velox veneficis, periuris, & adulteris,& qui fraudantur mercedẽ mercenarij.Iſta omnia peccata ſecreto fiunt,ſicut venefici ſecretiſsime preſtigijs incũbunt, ita qui falſo iurant exiſtimantes latere;ſimiliter adulteri,qui ſecrete ſe maritales toros deturpare exiſtimãt; & ij,qui fraudãtur ſecreto mercenarios &c.Tertia boni teſtimonij proprietas eſt, vt ſit ſecundum leges. Reo enim legũ iura ſeruari debent.Nõ ſicut praui iudices,qui præcipiti ſententia,ſine iuſto examine,multos ſupplicio afficiunt poſt habitis legibus.Propterea Saluator ait,Verũ eſt teſtimoniũ meum,quia legale,& legitimũ eſt.Nam in lege veſtra ſcriptum eſt,duorũ,vel triũ teſtimonium pro vero habendum: tale eſt meum,quia ego teſtimonium perhibeo de me,&pater,qui miſit me,etiam teſtificatur.Ipſi vero cæciores,ipſa luce facti, percontantur de patre, ſed quia Chriſtum Dei imaginem non cognoſcebant,nec ipſum patrem intelligere valebant,ſi enim filium cognouiſſent,etiam patrem cognouiſſent.Talia vero Saluatorem dicentem ſæpe ſaxis adorti ſunt,hic vero ſicut alias ipſi nocere minime potuerunt, quia hora eius nondũ aduenerat. Quemadmodũ enim Sol non occidit,antequam hora eius veniat,quanuis tota mundi potentia id velit:ita Chriſtus,qui lux eſt mundi,non occidit,quo vſq. hora eius aduenit,quando in Crucis lecto poſitus,extinctis mundi luminaribus,ipſe ſopore mortis dormiuit,vt nos gratiæ, & gloriẹ vita viueremus.

Mala. 3.

Simile

SI

# ¶ SI QVIS SITIT VENIAT ad me & bibat, qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuę Io. 7.

HVIVS parabolicæ ſententiæ duplex poteſt dari explicatio. Poteſt enim intelligi de his qui ardenter ſpiritualia deſiderant, ſcilicet doctrinam & veram ſalutem. Et ad eā Saluator inuitat dicens. Si quis ſitit veniat ad me & bibat. In eo quod dicit, ſi quis, indicat ſe neminem velle excludere volentem, nec compellere velle nolentem, ſed paratū ſe eſſe ad recipiendum quemlibet ſitientem, id eſt ardenter deſiderantem ſpiritualia. Poteſt etiam interpraetari vt Saluator de quouis ſitiente loquatur, ſcilicet vt eos etiam inuitet magnis vocibus qui non ſolū ſpiritualia ſed etiā temporalia ſitiant, vt voluptates, & diuitias, & honores, nam ſi tales ad Chriſtum accedant, veriores diuitias & honores & voluptates conſequentur, quam in mundo.

## CONCIO

PERVERSORVM hominum prauitas ſemper gliſcens, & indies in peius proficiens (vt Paulus ait) vel ob id omniū nequiſsima apparet, quod eximiæ Dei bonitati eregione reſpondet, ipſiq. pugnat. Ita vt eum quem benefactorem experitur, quiq. ad ſua bona vocare, & inuitare non ceſſat, & cupiditatū ſitim

alioquim



alioquim inſatiabilē extinguere optat, ſueq. inexhauſtę benignitatis fonte potare, non ſolum flocipendere, ſed irritare, & quantum in ſe eſt, in ipſum inſurgere, exiciali ſibiq. in malum cedenti ſtudio, procurat. Tale quippiam ſummę perfidię exemplum, in Phariſęorum principibus, hodie intueri licet, qui eum qui ad ſuę gratię fontem inuitabat, cōprehendere effera eius ſanguininis ſiti tentarunt. Sed Dei ſapientia, ſi ſibi hominum aſtutiæ opponantur, eas proterit & infatuat, ſuoq. fine ipſas deſtitui facit. Propterea dicebat Iob 5. Qui diſsipat conſilia malignantium, ne poſsint implere manus eorū quod ceperāt. Quibus verbis oſtenditur malignos homines multoties machinare, quę nequaquā ceptū finē aſſequūtur, quia illorum Deus cōſilia irritat. Ita etiā per Eſa. ca. 8. dicebat. Cōfortamini & vincemini, accingite vos & vincemini, inite conſiliū & diſsipabitur. Quo magis homines contra Dei voluntatē cōfortantur, eo facilius vincūtur, & cōſilia ineunt, & a Deo diſsipātur. Sic Phariſęorū principes, qui Chriſti gloriam ſepelire, quam turbę prædicabant, ipſum incarcerando procurarunt, confuſi admodum & verecundia pleni permanſerunt: Nam miſsi miniſtri, ab ipſo comprehenſi dulci eloquio, attoniti redierunt, dicentes. Nūquam ſic loquutus eſt homo. Miniſtri Saul qui ad comprehendendum Dauid profecti ſunt, inter Prophætas, & ipſi prophætare ceperunt, ita iſti Phariſæorum miniſtri, a Chriſto capti, ipſum laudabant. Vt nos Chriſtum comprehendamus, oportet vt nos ipſæ prius comprehendat: Sicuti Paulus dicebat ad Philipenſ. ca. 3. Sequor autē ſi quomodo comprehendam, in quo & cōprehenſus ſum a Chriſto Ieſu; Quaſi dicat Sequor perfectionis viam a virtute in virtutem progrediens, ſi tandem poſſem arduū virtutis finem, a me intētum comprehendere, nempe animæ gloriam, immo vt poſſim ipſum Deū per clarā viſionem apprehendere,

Miſerunt Phariſeimini ſtros. Iob. 5.

Eſa. 8.

Tranſlatio ad ſpiritualia. Phili. I

Ff hendere,

hendere,& conſequi, ſicut ſolent currentes,eos quos in ſe
quntur conſequi,ſicut ego cõprehenſus ſum a Chriſto , per
gratiam ſuam,in mea conuerſione . Ibat Paulus ad compre
hendendum , & alligandum Chriſtum, in ſuis membris ab
Hieruſalem in Damaſcum ſicut ipſi Saluator dixit : Quid
me perſequeris? ſed ipſum Chriſtus comprehendit prius,
per ſuam prçuenićtem gratiam,dicens. Durum eſt tibi con
tra ſtimulum calcitrare; Idipſum hic accidit,nam Chriſtus
eos qui ad ſe alligandum, & comprehendendum venerant,
miſsi a principibus Phariſæorum , comprehendit,quia du-
rum eſt immo impoſsibile , id infringere quod ęterno Dei
cõſilio ſtatutũ eſt. Neq. enim tota mũdi potentia, id effice-
Ad huc modicum tẽpus. Lucæ. 13 re poſſet. Propterea Saluator, ait. Ad huc modicũ tẽpus vo
biſcum ſum, Quaſi dicat. In caſſum me comprehendere ten
taris,oportet enim me,aliquo ad huc modico tempore vo
biſcũ eſſe. Ita etiam dixit illis qui nuntiauerunt ei,Herodẽ
ipſum ad mortem quęrere . Ite dicite vulpi illi. Ecce dęmo
nia eiicio, & ſanitates perficio , hodie,& cras,& tertia die
conſumor. Herodẽ vulpem vocat propter eius verſutiã ,
& dolum , quo ad occidendum Ioannem vſus eſt , nam
eum quem libenter audire moſtrabat , occidit . Immo cum
mortem Ioannis appeteret,contriſtatum ſe ſimulauit,quan
do eum decapitari mandauit . Erat etiam Herodes vul-
pis , quæ vineam Dei depopulabatur, præcipuos palmi-
tęs eius deuaſtare ſtudens, innoxijs inſidias tendens , & eos
Theophi. vulpinis artibus occidens. Liranus vero,& Theophilatus e
xiſtimãt,nomẽ vulpis minime ad Herodẽ pertinere, ſed ad
ipſos Phariſæos,qui illud de Herode confixerant,oſtenden
tes,ſe curã Saluatoris habere, cum ipſum maximo odio pro
ſequerẽtur, ob id eos Saluator vulpi comparat propter ſub
dolum eorum animum. In ſingulari vero loquitur,quo ma-
gis illi ſuſpicarentur de Herode loqui. Siue igitur de Hero
de, ſiue



de,ſiuẽ de Phariſæis intelligatur,Chriſtus inſinuare voluit,
nihil ſibi periculi inminere , quouſq. ipſe velit , ipſe e-
nim diem & horam mortis ſuæ ſciebat , ſuamque vitam
in ſua poteſtate , quaſi illius dominus habebat . Propterea
ait,hodie,& cras,& tertia die conſumor: Quaſi dicat in caſ-
ſum Herodes id efficit,quia hodie ſcilicet in hoc Scęnophe
gię feſto,oportet me doctrinę inſeruire,& demonia eiicere,
& cras ſcilicet in feſto Enceniorum ſimiliter,ſed tertia die,
ſcilicet in feſto Paſchę agni,cõſumabor,& iſtũ a me ſtatutũ
ordinem,neq. ipſe,neq. vos,aut alij peruertere poterunt. Sic
in præſentia , adhuc modicum tempus &c. Iſta Saluator
verba protulit quinta decima die menſis Septẽbris, & mor
tuus fuit menſe Marcio, in Paſchate, inter quæ feſta ſex mẽ
ſium tempus intercidit , His ergo (ait Chriſtus) ſex men-
ſibus oportet me vobiſcum commorari , tranſacto vero
hoc paruo tempore,intentum ipſe,& vos cõſequemur; Nõ
enim minus Saluator mortem deſiderabat . Immo maius e-
rat deſiderium Chriſti,quam Iudæorũ,quod ipſe declarauit
Lucę 12. Baptiſmo habeo baptizari , & quomodo coarctor Lucæ. 12.
vſq. dũ perficiatur. Mortẽ vero ſuam baptiſmum vocat pa-
rabolice,quia in ſcripturis ſacris,tribulationes per aquas ſig
nificari ſolent,ſicut Pſ. Veni in altitudinẽ maris,& tẽpeſtas Pſ.
demerſit me. Et etiam intrauerunt aquę vſq. ad animam me
am. In has tormentorum aquas,Saluator intrauit,immo ip Pſal.
ſis inmerſus eſt , dicit autẽ ſe coarctari,nõ quia mortẽ exho
rreſceret , ſed propter ardens deſiderium mortis obeundæ,
propter homines. Angebatur ſiquidẽ Chriſtus, valde mor-
tẽ optans, propterea nũquã ab eius ore excidebat , vado ad
eũ qui miſit me,quia ſemper Saluator ambulabat,nõ deſiſtẽs
ab incepto noſtrę redemptionis opere, Ita Pro. 4. Iuſtorum Pro. 4.
ſemita vt lux,creſcens vſq. ad perfectum diem . Nam ſicut Simile
Sol exoriens aſcẽdit vſq. ad meridiem, quãdo feruẽtiores ra

 dios

dios emittit, diciturq. meridies perfectus dies, & vſq. ad eã
lux veluti creſcit. Ita Saluator ortus in mundo per tempora
ſem natiuitatem, ſemper ibat, quia omnibus ſuis actibus me
rebatur, quibus noſtram ſalutem operabatur, vſq. ad per-
fectum diem, qui fuit dies mortis & paſsionis eius, quia
Io. 13. in eo feruentiores amoris radios emiſit. Ita Ioannes ip-
ſius horam vocat, quia & in finem ſuos dilexit, ſicut Solis
hora eſt, quando ardentiores caloris radios emittit, Ita ho-
ra Chriſti fuit qua a mundo ad patrem qui miſit eum tran-
ſiuit, quia in ipſa maiorem lucem emittens, ſplendidius,
& arſit amore, & effulſit doctrina. Quam quidem lucem ce
cæ Iudæorum mentes percipere non potuerunt. Sicut dici-
Iob 38. tur Iob 38. Auferetur ab impijs lux, Deus namq. ab impijs,
ſuis id peccatis exigentibus, lucem gratiæ & auxilij particu
Quęre laris ſubtrahit. Propterea illis dicit. Quęretis me & nõ inue
tis me nietis. Quæ verba quanuis nonnulli intelligant, quia Iudæi
quęſituri Chriſtũ erãt ad interimẽdũ iterũ, vt in ſepulchro,
& poſt reſurrectionẽ, nos de falſa pęnitẽtia Saluatorẽ quæ
rentibus, interpretabimur. Aliqui enim ita obfirmato Deũ
animo offendũt, vt iuſte ab illis gratiã, & particulare auxi-
Mat. 25 liũ, ſubtrahat, ſicuti virginibus cũ ianuã clauſit, quia nonnul
lorum obſtinatio, & pertinatia meretur, vt in cordis cæcita
tem incidant, & cum totam vitã peccatis abſumpſerint, mor
te fores pulſante, Chriſtum quærunt, non quidem ex corde
indolentes, ſed imperfęcta quadam voluntate, quia mortis
terrore potius, quam Dei amore mouẽtur. Ideo de Anthio-
Mach. cho dicitur. Orabat ſceleſtus Deũ, a quo non erat miſericor
diam cõſequuturus. Et Eſau non inuenit locum pęnitentię,
Simile quanuis cum lachrimis poſtulaſſet. Sicut homicidia & alia
ſcelera nonnulli committunt, ſperantes ſe habituros in ec-
cleſia receptum, quam cum petunt, clauſam ſæpe inueniunt.
Ita multi, vitijs æſalę indulgẽt, ſperãtes, immo pręſumẽtes,





ſe intra miſericordie Dei clauſtra, receptum habituros, ſed
quia talis præſumptio, peccatum eſt contra ſpiritum ſanctũ,
propterea miſericordię Dei ianuam, clauſam reperiũt, ſicu
ti fatuæ virgines, nequaquam enim integra voluntate Deum
querebant. Si vero candide, & ſincere quęrerent, vtiq. eos
Dei benignitas admitteret. Ita dicebat Eſa, 21. Si quæritis Eſa. 21.
quærite, conuertimini & venite. Quaſi dicat, ſi Deum quæ-
ritis: nõ ficte aut timore pænæ quæratis, ſed quærite & amo
re, & conuertimini voluntate integra, & venite confidẽter.
Sic Sapi. 1. Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate Sap. 1.
cordis quærite illum, quia inuenitur ab ijs, qui non tentant
illum. Acſi diceret, ſincere & candide ſine cordis duplicita-
te, Deum quærite, quia ab ijs qui ipſum tẽtant, pręſumptuo
ſe peccando, minime inuenitur, tales enim Dei bonitatẽ ten
tant, tot ipſam peccatis immo tanta obſtinatione irritãtes,
ab ijs non reperitur, immo nec inueniri poteſt, niſi maxima
cum dificultate. Sicut Paulus ad Hebre. 6. dicebat. Impoſibi Heb. 6
le eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donũ
cæleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerũt ni-
hilominus bonum Dei verbum, virtuteſq. ſeculi venturi, &
prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pænitentiam, rurſum cruci
figentes in ſemetipſis filiũ Dei. Quaſi dicat Paulus: Impoſi-
bile id eſt valde difficile eſt, ea enim quæ difficilia maxime
ſunt impoſibilia reputãtur; acſi diceret Paulus (vt exponit
S. Tho.) Ita dificile eſt, quod impoſibile videtur, & hoc ſẽſu
Saluator ait. Vbi ego iũ vos nõ poteſtis venire, quia obſtina
ti & repugnãtes veritati agnitæ, nõ poſſũt vbi etiã tũc Chri
ſtus erat beatus, petere quia dificile admodũ, & rariſsime cõ
tingit, ideo Paul[9] impoſibile ait, homines qui ſũt illuminati
per gratiã pręuenientẽ, & baptiſmalẽ, de qua luce Paulus ad
Eph. 5. Loquebatur. Eratis aliquãdo tenebrę, nũc autẽ lux in Eph. 5.
domino; Illuminati vero in baptiſmate, guſtauerũt donũ cę

eph.2. leſte, videlicet fidē, quæ donū Dei eſt, vt Paulus ait ad Ephe. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidē, & hoc non ex vobis, donum e- 1.Pe.1. nim Dei eſt, immo fides in formis, donū Dei eſt, vt Tridētina ſinodus teſtatur. Ita 2. Pe. 1. Perquē maxima nobis & prætioſa promiſſa donauit. Et participauerūt dona ſpiritus ſancti, quæ ſemper cū gratia concedūtur, & etiā guſtauerūt dul Pſal. cedinē verbi Dei, de qua Dauid. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Dicitur autē verbū Dei bonū, quia eſt verbū vitæ æternæ, in quo virtutes ſeculi venturi guſtātur, quia in eo ſūt promiſſe, guſtātur autē quadā inchoatione, nam fides in hac vita eſt quædam viſionis Dei inchoatio, charitas etiam viæ quæ imperfecta eſt, participatio quædam eſt illius ſupræmæ, ſpes etiam fruitionis & poſſeſsionis inchoatio quædam videtur. Illos ergo quibus Deus iſta contulit, adeo prætioſa, ſi prolapſi ſunt, id eſt totaliter lapſi, quia obſtinato Deum animo offendunt, impoſibile eſt, id eſt adeo dificile, vt impoſibile iudicetur, renouari ad pænitentiam, id eſt per veram contritionem innouari, quia tales quantum in ſe eſt, Chriſtum crucifigunt. Quæ cum ita ſint, immo quæ diximus indubitatę veritatis cenſeri debeant, quandiu quiſque viuit, ſpem non amittat, quia omnibus Saluator clamans dicit. Siquis ſitit veniat ad me.

clamabat Ieſus ſiquis ſitit. QVAE verba grauiſsima, & maximi momēti eſſe, vel ob id apparet, quia talibus circunſtantijs prolata ſunt, quas Euāgeliſta depingit. Quia in die magno feſtiuitatis. Vt intelligamus Chriſtum, maximam populi frequentiam expectaſſe, & opportunitatem ad myſterium verbi, quo maior fructus naſceretur. Alia circunſtantia eſt quia ſtabat, Stabat quidem Chriſtus, quia ſe vt rectitudinis exemplum omnibus oſtendebat. Stabat vt caſſuros, & eos qui per peccatum ceciderant eleuaret. Stabat etiam, quia nunquam a vitæ



a vitæ rectitudine declinauit, Ioannes Apo. 5. vidit agnum Apo.5. ſtātem tamquam occiſum, Saluator agnus eſt, vt dicitur Io.1. Io. 1. quia agni pro peccatis hominū offerebantur, & agnus inmaculatus pro peccatis quotidie oblatus, Chriſtū ſignificabat, & Eſa. 53. Saluator agnus vocatur, & ca. 26. Emitte agnū domine. Dicitur vero Saluator agnus, propter māſuetudinē, & innocentiā, & voluntariam ad mortem obedientiam. Eſa.53. Eſa.26 Agnus ergo a Ioanne viſus Saluator eſt, occiſſus quidem, ſed ſtabat, quia ſine culpa pro mundi peccatis offerebatur. Alia vero circunſtātia eſt, quod clamabat. Quo quidem clamore, feruor ſignificatur, quo homines ad audiendum, excitabat; Tumultuātes enim, magnis ſolemus vocibus cōpellare, tales ſunt mūdani homines, tot veluti vitijs tumultuātes, ad quos clamare oportet, animi potius feruore, quam exteriori reboatu. Clamabat vero Saluator, Siquis ſitit, Quaſi dicat. Modo ſit magnus, vel paruus, vel diues, vel pauper, vel ſapiens, vel inſipiens, quicūq. ſit qui ſitiat. Ita dicebat Eccleſiaſticus ca. 51. Appropiate ad me indocti, & congregate vos Eccleſ 51. in domū diſciplinæ, quid ad huc retardatis? & quid dicitis in his? animę veſtræ ſitiūt vehemēter, aperui os meū, & locut⁹ ſū, cōparate vobis ſine argēto ſapiētiā, His vel ſimilibus verbis, Saluator auditores inuitabat, nā æſtera in hominibus ſitis exarſit, quæ his mundanis rebus, expleri nō poteſt, quod deficientes ſint potiuſq. excitare ſitim quam extinguere poſſunt. Tantalus a poetis fingebatur, iuxta aquas valde ſitibundus, & cum bibere volebat, fugiebant aquæ: Tantalus a labijs ſitiens, fugientia captat pocula; Tales ſunt mundani homines, harum mundi voluptatum ſitibundi, & numquam inplentur, immo nec expleri poſſunt. Viator prudēs videns turbidū riuulū, & a Sole calefactum quia Simile fonte procedit, minime ex eo bibit, ſed per ipſū ad fontē deueniens, ſitim explet: imprudens vero ſitiens, minime fontem

fontem curat,ſed ex turbido riuulo potans, infirmitatẽ quã
doq.contrahit: Res omnes tẽporales veluti riuulus ſunt a
ſupremo Dei fonte dimanantes, & ideo prudentes ho-
mines, per ipſas res quæ veluti Deum oſtendunt ad ip-
ſum pergunt, & ipſum cognoſcunt, ipſumq. ſitientes deſide-
Pſ. rant, ſicut Dauid. Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuum.
Imprudentes vero mundani, ſe riuulis temporalium rerum
Hie.2. turbidis ingurgitant, quibus dicebat Deus per Hiere.ca.2.
Quid nũc tibi vis in via AEgipti, vt bibas aquam turbidam?
Quaſi dicat quid a mundo habes, niſi aquam turbidam? nã
ſi concedit diuitias turbat eas ſolicitudine, ſi dat honores,
turbat eos periculo, ſi delitias infirmitate, ſi filios, turbat
Hie.2. gaudium cura maxima, propterea queritur Deus Hie.2.
Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem a-
quæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſsipatas, quæ contine-
re non valẽt aquas; Acſi diceret. Populus meus incommuta
bile bonum, pro commutabili deſerens, duo mala fecit, quia
me qui aquæ viue fons ſum cõtempſit, & cum maximo labo
re, ciſternas temporalium rerum fodit; quæ continere non
Simile poſſunt aquas. Quemadmodum homines ex puteis & ciſter
nis, quibuſdam vaſis teſtaceis perforatis, aquam extrahere
ſolent, ex quibus aliqua plena, aliqua vero vacua ſũt, rotis ve
ro a cęca beſtia circũductis & verſis, quæ modo vacua ſunt,
implentur, & e conuerſo; Ita mundani homines magno labo
re temporalium rerum aqua implentur, & qui modo diui-
tes ſũt, poſtea verſa fortunæ rota (ſi ſic loqui licet quia cęca
eſt, & variabilis) pauperes euadunt, quia qui modo honora
ti, poſtea ſine honore, qui imperabant deiiciuntur, & quan-
uis ipſam beſtiam, ſcilicet fortunam, detineas ne moueatur,
ita vt diues & potens perſiſtas, tranſeunt omnia & elabun-
tur, quæmadmodum aqua ab illis teſtaceis vaſis perforatis,
Nam ſenſim delectationes, a nobis tranſeunt, quia contineri
non poſ-



poſſunt. Secuti nec perforata vaſa continere valent aquas.
Relinquamus ergo ciſternas has diſsipatas mũdi, & ad Chri
ſti vitæ fontem curramus. Medici dicunt euacuationem ſi- Simile
tim cauſare, ita ſi nos ſpiritualem medicum ſinamus genera
lem in nobis euacuationem facere peccatorum, certe lauda-
bili ſiti fontẽ Chriſti deſiderabimus; Qui ait. Aperui os meũ
& locutus ſum, comparatę vobis ſinę argento ſapientiam,
gratis enim comparare poſſumus, Ita Eſa 12. Haurietis a- Eſa.12.
quas in gaudio de fõtibus Saluatoris. Quemadmodum bibẽ Simile
tes calicibus aquas hauriunt, ita nos: vaſa ſunt ſacramenta,
hiſce haurimus aquas de fõtibus Saluatoris, ſi quis ergo ſitit
(ait Xp̃s) accedat. Qui ſitit diuitias veniat, quia ego ſũ in quo
ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſciẽtię Dei abſcõditi, Collo.
2. Si quis ſitit honorem accedat, quia ego ſum cuius pater eũ Collo. 2.
qui mihi miniſtrauerit honorificabit, Io.12. Si quis veritatẽ, Io.12.
& vitam ſitit, accedat, quia Ego ſum via, veritas, & vita. Io. Io.14.
14. Via incipientium, veritas proficientium, vita perfecto- Pro.4.
rum, Ego via ducens, ducam te per ſemitas æquitatis Pro. 4.
Veritas lucens, Vita paſcẽs; Ego vita vitæ, veritas doctrinę;
& vita ſalutis eternę, Ego via in exemplo, veritas in promiſ
ſo, vita in pręmio. Ego via nõ errans, veritas nõ fallẽs, vita
indeficiens, Ego via quæ dirigo credẽtẽ, veritas quę veracẽ
facio cõfitẽtẽ, vita quæ beatifico viua fide credẽtẽ. Qui etiã
ſitit delitias accedat, quia ego ſum qui diſpono, ſicut diſpo-
ſuit mihi pater &c. Si cõſolationẽ, ego Deus totius cõſola-
tionis, ſi victorias & triũphũ, ego ſum qui vici mũdũ, Om-
nes ergo accedãt; Ambitioſi & Superbi, bibãt ex fonte qui
late profluit ex meo capite, per ſpinas; Feminæ etiã quæ tot
vanitatibus capita exhornarũt. Auarus qui crudelis in pau-
peres fuit, quiq. raro eleemoſinas concedit, bibat ex fonte
qui profluit ex mea dextra; Vſurarius qui proximos vſuris
expilauit, quiq male acquiſita reddere non vult, bibat ex
Gg fonte

fontem curat,ſed ex turbido riuulo potans, infirmitatẽ qu
doq.contrahit: Res omnes tẽporales veluti riuulus ſunt a
ſupremo Dei fonte dimanantes ,& ideo prudentes ho-
mines , per ipſas res quæ veluti Deum oſtendunt ad ip-
ſum pergunt,& ipſum cognoſcunt,ipſumq. ſitientes deſide-
Ps. rant,ſicut Dauid. Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuum.
Imprudentes vero mundani, ſe riuulis temporalium rerum
Hie.2. turbidis ingurgitant , quibus dicebat Deus per Hiere.ca.2.
Quid nũc tibi vis in via AEgipti,vt bibas aquam turbidam?
Quaſi dicat quid a mundo habes, niſi aquam turbidam? nã
ſi concedit diuitias turbat eas ſolicitudine , ſi dat honores,
turbat eos periculo, ſi delitias infirmitate , ſi filios , turbat
Hie.2. gaudium cura maxima , propterea queritur Deus Hie.2.
Duo mala fecit populus meus,me dereliquerunt fontem a-
quæ viuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſsipatas,quæ contine-
re non valẽt aquas; Acſidiceret . Populus meus incommuta
bile bonum,pro commutabili deſerens,duo mala fecit,quia
me qui aquæ viue fons ſum cõtempſit, & cum maximo labo
re,ciſternas temporalium rerum fodit ; quæ continere non
Simile poſſunt aquas. Quemadmodum homines ex puteis & ciſter
nis , quibuſdam vaſis teſtaceis perforatis , aquam extrahere
ſolent,ex quibus aliqua plena,aliqua vero vacuaſũt,rotis ve
ro a cęca beſtia circũductis & verſis , quæ modo vacuaſunt,
implentur,& econuerſo;Ita mundani homines magno labo
re temporalium rerum aqua implentur, & qui modo diui-
tes ſũt, poſtea verſa fortunæ rota (ſi ſic loqui licet quia cęca
eſt,& variabilis) pauperes euadunt,quia qui modo honora
ti,poſtea ſine honore,qui imperabant deiiciuntur,& quan-
tis ipſam beſtiam,ſcilicet fortunam,detineas ne moueatur,
ita vt diues & potens perſiſtas, tranſeunt omnia & elabun-
tur,quæmadmodum aqua ab illis teſtaceis vaſis perforatis.
Nam ſenſim delectationes,a nobis tranſeunt,quia contineri
non poſ-



poſſunt . Secuti nec perforata vaſa continere valent aquas.
Relinquamus ergo ciſternas has diſsipatas mũdi,& ad Chri
ſti vitæ fontem curramus . Medici dicunt euacuationem ſi- Simile
tim cauſare,ita ſi nos ſpiritualem medicum ſinamus genera
lem in nobis euacuationem facere peccatorum,certe lauda-
bili ſiti fontẽ Chriſti deſiderabimus; Qui ait. Aperui os meũ
& locutus ſum , comparate vobis ſine argento ſapientiam,
gratis enim comparare poſſumus . Ita Eſa 12. Haurietis a- Eſa.12.
quas in gaudio de fõtibus Saluatoris. Quemadmodum bibẽ Simile
tes calicibus aquas hauriunt, ita nos : vaſa ſunt ſacramenta,
hiſce haurimus aquas de fõtibus Saluatoris,ſi quis ergo ſitit
(ait Xp̃s) accedat. Qui ſitit diuitias veniat,quia ego ſũ in quo
ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſciẽtię Dei abſcõditi, Collo.
2. Si quis ſitit honorem accedat,quia ego ſum cuius pater eũ Collo.
qui mihi miniſtrauerit honorificabit, Io.12. Si quis veritatẽ, 2.
& vitam ſitit, accedat,quia Ego ſum via, veritas,& vita. Io. Io.12.
14. Via incipientium,veritas proficientium,vita perfecto- Io.14.
rum, Ego via ducens, ducam te per ſemitas æquitatis Pro.4. Pro.4.
Veritas lucens, Vita paſcẽs; Ego vita vitæ,veritas doctrinę;
& vita ſalutis eternę,Ego via in exemplo,veritas in promiſ
ſo,vita in pręmio. Ego via nõ errans,veritas nõ fallẽs , vita
indeficiens, Ego via quæ dirigo credẽtẽ,veritas quę veracẽ
facio cõfitẽtẽ,vita quæ beatifico viua fide credẽtẽ. Qui etiã
ſitit delitias accedat,quia ego ſum qui diſpono,ſicut diſpo-
ſuit mihi pater &c. Si cõſolationẽ, ego Deus totius cõſola-
tionis,ſi victorias & triũphũ,ego ſum qui vici mũdũ, Om-
nes ergo accedãt; Ambitioſi & Superbi,bibãt ex fonte qui
late profluit ex meo capite,per ſpinas; Feminæ etiã quæ tot
vanitatibus capita exhornarũt. Auarus qui crudelis in pau-
peres fuit, quiq.raro eleemoſinas concedit, bibat ex fonte
qui profluit ex mea dextra ; Vſurarius qui proximos vſuris
expilauit, quiq male acquiſita reddere non vult,bibat ex
Gg fonte

fonte qui fluit ex mea ſiniſtra. Iracūdus qui nō vult proximi
iniurias cōdonare, bibat ex fonte qui late profluit ex meo la
tere. Homicidę qui humanū ſanguiné, toties crudeliter fu-
derūt, quorū pedes feſtinant vt effundant ſanguiné, bibant
ex fonte qui profluit ex meis pedibus. Laſcius qui totus de-
litijs deditus, luxurijs omnia deturpauit, bibat ex fonte, qui
ex toto corpore per vulnera verberū profluit. Omnes ergo
ſitientes venite ad aquas, & qui nō habetis argétū propera
Eſa.55. te, quare appéditis argétū? Eſa.55. Cū omnes homines natu-
raliter ſitim ſatiare deſideretis, venite ad meas aquas gratis,
quare res téporales tam care emitis, cū gratis haurire poſsi
tis, quęcūq. deſideratis? Qui credit in me nō ſecūdū ſuā opi
nioné ſicut hęretici, qui a veritate deuiarūt, nō exterius ſo-
lum, ſicut falſi & ſimulatores Chriſtiani, &c. Sed ſicut dicit
ſcriptura fide viua, is conſequetur quod ex vétre eius ſcili-
cet ex corde, fluent aquę viuę flumina, hauriet enim ſpiritū
ſanctū, a quo in ſuo corde exiſtéte, flumina donorum quibus
ſe, & pximos inſtruere poterit, fluét. Iſta ſūt flumina, ex qui
bus tot⁹ fere mūd⁹ potauit, quę a cordibus diſcipulorū Chriſ
ti profluebāt. Dicūtur vero aquę viuę flumina nā ſpiritus ſan
ctus aqua viua dicitur, quia ſicut aqua purificat, & extinguit
igné, & fructificare facit, ita iſta flumina purificarūt hominū
corda, & igné cōcupiſcétię extinxerūt, & eos per bona ope-
ra fructificare fecerūt, quibus gratiā & gloriā conſequerétur.

# EGO SVM PASTOR BONVS.

## Bonus paſtor animā ſuā dat pro oui bus ſuis &c. Io 10.

CVM Phariſęi eſſét cæci, vidétes ſe æſtimari volebāt
& aliorum duces & paſtores ſe eſſe profitebantur, in-
dignabāturq. quod pleriq. Chriſtū ſequerétur. Proptera Sal
uator parabolā hāc propoſuit, cuius ſcopus eſt oſtédere ſe eſ
ſe vo



ſe verū ouium Dei paſtorem, & etiā quid fuerit in cauſa, cur
Phariſæi & eorū diſcipuli ipſū quaſi verū paſtoré minime
agnoſcerét. Literalis vero expoſitio a principio capitis ex-
peténda eſt, quod ſic incipit. Qui nō intrat per oſtiū. Et impri
mis quid nomine oſtij ſignificetur explicādū eſt. Per oſtium
igitur Deus intelligitur, nec obſtat quod poſtea Saluator ſe
oſtiū nominat, quia intelligédus eſt ſecūdū diuinā naturā, &
ita nullū eſt incōmodū, quod paſtor ſit & oſtiū, quia vt ho-
mo paſtor eſt fideliū, & vt De⁹ oſtiū, & ita vt paſtor homo,
per ſe vt Deus ingreditur. Per oſtiariū cōgrue ſpiritus ſāct⁹
intelligitur, nomine vero ouiū electi ſignificātur, ouile ve-
ro eſt ipſa ouiū cōgregatio, in aliquo loco: Sicut ergo in exé
plo, alius eſt pater familias qui eſt dominus ouiū, alius ve-
ro paſtor eſt qué pater familias ouibus pręfecit, alius oſtia-
rius qui paſtoré cognoſcit. Ita Deus quaſi pater familias eſt,
filius paſtor, ſpiritus ſanctus oſtiarius. His pręmiſsis ſic eſt
parabola applicāda. Quicūq. ad Dei populū regédū nequa-
quā via recta & per Deū ingreditur, ſed ſe ingerit vel praue
ingreditur, & illicito quouis modo, talis fur eſt & latro; fur
quidé quia quod alienū eſt vſurpat, latro vero quia animas
(vt Caietan⁹ notat) falſis doctrinis occidit. Qui vere, iuſte &
per Deū ideſt a Deo cōſtitutus ingreditur ad paſcédū, paſtor
verus dici poteſt. Huic ſpiritus ſāct⁹ qui oſtiarius eſt aperit
eū docédo & inſtruédo ſuiſq. donis implédo. Cū vero talis in
greſſus eſt, electi vocé eius diuinam audiunt & cognoſcunt,
ideo ei credūt & obediūt. Alienorum vero vocem errores
ſeminantem exhorreſcunt, & deteſtātur. Ipſe auté verus pa-
ſtor, electos quaſi nominātim vocat quia ſingulorū curā ge-
rit, eoſq. ad paſcua educit ſcilicet ad verā ſcripturę intelligé
tiam, qua mentes eorum cibātur. Ipſe vero ſtudioſis mori-
bus & vitę exemplo ante eos vadit ipſoſq. pręcedit, vt a lu
pis eos defendat. Sic vero ante electos vadit, vt ſua voce eos

 quan-

quandoq. excitet & ad ſequendum impellat oueſq; illũ prõ
pte ſequuntur. Alienos vero non ſequuntur, qui ſcilicet er-
rores ſeminant, taleſq. ad perdendum oues & ad earum car
nificinam per falſas doctrinas ingrediuntur. Ego ſum paſtor
bonus, quod quidem vel hoc vno opere oſtendo, qui ita ad
ouium vitam procurandam veni, vt pro eis vitam expoſue-
rim, id enim efficere debet bonus paſtor; nam alij qui mini-
me veri paſtores ſunt videntes Lupos ſcilicet hæreticos fu-
giunt, & eos inter oues graſſari ſinunt, id vero tales faciunt,
quia electi minime ad eos pertinent. Ego vero ſum paſtor
bonus, qui electos meos cognoſco, & ipſi me etiam. Alias e-
tiam oues habeo, quæ nondum ſunt in hac congregatione,
quas per meos vocabo; vt vna ſit ouium congregatio & v-
nus paſtor. Hac parabola notauit Chriſtus Phariſæos qui
nequaquam per oſtium ingreſsi fuerant, fureſq. pluſquam
paſtores erant &c. Sed quia nos moralem ſenſum proſequi
mur per quandam accommodationem, interpretati ſumus
hanc parabolam de his, qui non legitime adminiſtrationem
dominici græcis ſuſcipiunt, veriq; paſtoris & mercenarij
imaginem ſequenti concione depinximus.

## CONCIO

INTER alia nomina, quibus Chriſti doctrinam per
euangelia ſparſam, quaſi titulis triumphantis glo-
riæ Saluatoris, ſcatere videmus, illud, quo ſe pa-
ſtorem nominat, iucundiſsimum nobis, & amabile vide-
tur. Quia eo Chriſtus ſe noſtræ infirmitatis ductorem, &
protectorem profiteri dignatur; ad cuius ſecuriſsimam tu-
tellam, ſi nos oues paſcuæ eius aberrantes confugimus,
non eſt, quod rapaces lupos, fures, aut mercenarios
timea



timeamus. Quinimmo eius ducatum ſequutæ, qui nobis
ſalutis viam præiuit, ad beatæ vitæ paſcua perueniemus.
Ita dicebat Petrus 1. Pe. 2. Eratis ſicut oues errantes, 1 Pe.2.
ſed conuerſi eſtis ad paſtorem & Epiſcopum animarum veſ
trarum: qui peccata noſtra ipſe pertulit ſuper lignum, vt
peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. Paſtorem vero ſe ſin-
gulariter bonum oſtenſurus, boni prius paſtoris imaginem
depingit, in huius capitis limine: deinde vero quaſi con-
ſequenter infert. Ego ſum paſtor bonus. Hac vero para-
bola Saluator oſtendit Phariſæos non eſſe veros paſtores;
ſe vero oſtendit verum ouium Dei paſtorem; indicat e-
tiam, qui in Eccleſia veri paſtores futuri erant, & quę oues.
Prima vero boni paſtoris proprietas eſt, per portam intra-
re, non aliũde peruadere ſicut fures, Per portam vero ingre
diuntur, qui iuſta via, & legitime ad oues accedunt. Hæc ve
ro via Saluator eſt; qui ſe oſtium nominat reſpectu aliorum
paſtorũ, nã reſpectu ſui ipſius, quatenus paſtor eſt, Deus pa
ter eſt eius oſtiũ. Quãuis, quia paſtor eſt vt homo, per ſe ip-
ſum (qui vt Deus oſtiũ eſt) intrauit. Cum ergo Chriſtus oſ-
tiũ ſit, qui minime per ipſum ingrediuntur, aliunde aſcẽdũt.
Saluator pauper, quicunq. ergo pecuniarum interuentu in-
grediũtur, minime per portã intrãt. Chriſtus ſpiritualis, qui
ergo carne & ſanguine ingrediuntur, aliunde aſcendũt. Chri
ſtus ipſa veritas, falſi ergo hypochritæ nequaquam per por
tã ingreſsi ſunt. Chriſtus humilis, qui ergo faſtu, & ſuperbia
intrãt, minime per oſtiũ ingrediũtur. Chriſtus Dei ſapiẽtia,
ignorantes ergo minime per portã intrarũt: de his omnibus
dicebat Deus Oſee 8. Regnauerunt, & non ex me: principes Oſee 8
extiterunt, & non cognoui. Præterea bonus paſtor ita ſuas
oues cognoſcat, vt nominatim eas vocare poſsit. Sic dicitur
Prouerbiorũ 27. Diligẽter agnoſce vultũ pecoris tui, tuoſq. Pro.27
greges cõſidera: nõ enim habebis iugiter poteſtatẽ; Quaſi di
 cat.

cat. Dum tibi tempus ſuppetit ad officium paſtoris exequẽ
dũ, diligẽter cognoſce ſubditos; inquietos quidẽ ad corrigẽ
dũ, puſillanimes ad cõſolãdũ, infirmos ad recreandum, diſco
Simile los ad puniendũ, ſtudioſos ad promouendũ: ſicut medicũ in
firmorum qualitates cognoſcere oportet, vt ipſis medelã tri
Gene. buat. Ioſeph fratres ſuos cognouit, quanuis ab illis minime
44. cognoſceretur: & ita eos in cõuiuio iuxta vnius cuiuſq ętatẽ ſedere fecit, taliter, vt illi quaſi attoniti expaueſcerẽt. Sic
pręlatus quãuis a ſubditis minime oblatis muneribus cognoſ
catur, ipſe eos cognoſcere debet: ita vt iuxta vniuſcuiuſq. me
rita, vel promouere, vel deturbare iure poſsit. Deinde bonus
paſtor oues ad paſtũ educere debet. Subditos namq. paſcere
pręlatũ nõ eleemoſynis ſolũ, ſed doctrina oportet; Horrendũ vero monſtrũ eſt, pręlatus ſine doctrina, inde enim tota
Simile Eccleſiarũ iactura procedit. Qui ſcribere neſcit, plures cala
mos, & papyrũ perdit: ita ignorantes multis calamitatibus
Oſee. Eccleſias afficiũt. Sic Deus dicębat per proph. Oſeã 4. Quia
4. repuliſti ſciẽtiã, expellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Oportet ſiquidẽ paſtores doctrina pollere, vt populũ inſtrue
Hie. 3. re valeãt. Sic Hie. 3. Dabo uobis paſtores iuxta cor meũ, qui
Exo. paſcẽt vos ſciẽtia & doctrina. Pręcipiebat Deus Iudęis. Si pig
22. nus præſente domino deteriorabatur, nõ tenebatur debitor
dãnũ reſarcire: ſi vero abſente domino pignus deterius fieret, tenebatur debitor dãnũ reddere. Animæ cõmiſſæ præla
tis, veluti Dei pignora ſunt ab ipſo in die iudicii repetẽda. Ita
Pro. 6. Pro. 6. dicitur. Si ſpõderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneũ animã tuã. Pręlatus enim ſpopõdit, & obligatur pro
animabus ſibi commiſsis. Si ergo præſente Deo, quẽ prælatus ante oculos ſubditis per prædicationẽ ponit, ſubditus deterior fit, vel in peccatis perſeuerat, ſibi imputetur; quando
quidẽ ipſi prælatus Deũ præſentẽ poſuit prædicãdo. Si vero
ſubditus Dei notitiam nõ habet propter paſtoris incuriam,
ſi malus



ſi malus eſt, de eo prælatus rationẽ reddet. Propterea etiã
dicebat Chriſtus. Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudẽs, quẽ
cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibũ in
tẽpore Matt. 24. Quibus verbis Saluator pręlatũ depingit. Matt.
Vocat eũ primo fidelẽ, videlicet vt verax ſit, & nõ fallat: de 24.
inde vocat ſeruũ, vt domino ſubijciatur: vt intelligat ſupra
ſe iudicẽ, & dominũ habere. Sit etiã prudẽs, vt rite cũcta diſ-
ponẽs, & dirigẽs, nõ fallatur. Poſtea, vt a Deo conſtituatur,
nõ ſe ipſe ingerat. Vt Paulus dicebat ad Heb. 5. Nullus aſſu- Hebrę
mat ſibi honorẽ, ſed qui vocatur a Deo. Talis, via iuſta gradi 5.
tur, & legitime per portã ingreditur. Eſt autem cõſtitutus
ſuper familiã; nõ enim dominus eſt pręlatus, ſed curã habet
familiæ Dei, quę ſibi valde cara eſt. Finis vero, propter quẽ
cõſtitutus eſt, nõ eſt, vt ſibi blãdiatur, ſed vt familiæ Chriſti
cibũ, nõ flagellũ cõcedat tẽpore ſuo; ideſt animas paſcat, quã
do oportet. Pharao ſeptẽ boues bene paſtas, & ſaginatas vi Gene.
derat ab alijs ſeptẽ maciẽ attenuatis deuorari. Septẽq. ſpicas
fruge plenas, & præ grauitate pronas a toridẽ alijs lãguidis,
& præ roris inopia deficiẽtibus abſumi. Interprætatus vero
Ioſeph ſomniũ, ſeptẽ ſterilitatis annos poſt alios vbertatis
ſeptẽ ſequuturos dixit: hortatuſq. eſt regẽ, vt vberioris tẽpo
ris prouẽtus taliter diſpẽſaret, vt ſequẽtiũ annorũ inopiã ſup
plerẽt. Ad hoc munus virũ prudẽtẽ præficeret, vt tẽpore v-
bertatis recõderet, quæ ſterilitatis tẽpore populis diſtribue
ret. Eccleſia vbertatis tẽpora, & ſterilitatis habuit. Nã Apo
ſtolorũ tẽpora, & apoſtolicorũ virorũ, qui tot nobis fruges
doctrinæ reliquerunt, vberrima fuere: quibus ſeptẽ ſpiritus
ſancti dona vberes fructus producebãt. Nunc vero tot cala
mitatibus ingruẽtibus, ſterilitatis tẽpus eſſe manifeſtum eſt.
Qui ergo familiæ Chriſti præfici debet, oportet, vt prudẽs,
& fidelis ſit, quo poſsit fruges in doctorum libris quaſi in
horreis recõditas accipere, & in cibũ fidelibus diſtribuere.
Hoc

Hoc enim eſt oues ad paſtum educere, vt per delitiarum
ſcripturæ prata deductæ verbi Dei cibo ſaginetur. Demum
bonus paſtor oues præcedat, ante quas moribus, & vita ipſis
1.Ti.4. exemplum præbendo vadat. Ita Paulus dicebat 1. Ti. 4. Exē
plum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate,
4.Re. in fide, in caſtitate. Iſtud vero 4. Re. Aptiſsime ſignificatū
eſt in curru igneo, qui Eliam in ſublime abripiens eleuauit.
Currus plebem ſignificat, quia ſicut currus nequaquam ad
permanendum in vno loco confectus eſt, Ita Deus populos
nequaquam ad permanendum in mundo, ſed ad ciuitatē ſu-
premam petendum creauit. Equi vero currum portantes
prælati ſunt. Quia ſicut equis in præſepio non conceditur
cibus ad otio vacandum, ſed ad currum portandum; ita nec
prælatis Eccleſiæ redditus conceduntur, niſi ad curam ſub
ditorum gerendam. Equi currum præcedūt, ita prælati ſub
ditos. Et ſi recti equi incedūt, ſimiliter currus: & ſi oblique,
pariter & ſubditi (qui vt plurimū prælatos ſequentes) pre-
Eccle. 10. cipites eunt. Ita Eccleſiaſtici. 10. dicitur. Secundum iudicem
populi, ſic & miniſtri eius. Et Gregorius. Si paſtor per ab
Greog. rupta vitiorum labitur, neceſſe eſt, vt grex in præcipitium
labatur. Iſtæ ſunt boni paſtoris proprietates, quas quo pacto
illi habere poſſunt, qui non reſidēt? Quomodo paſcere, cog
noſcere, & ante eas ire, & defendere valēt abſentes? Iſti præ
Simile lati ſimiles ſunt mulieribus, quæ filios, quos enixę ſunt, alijs
tollendos tradunt, a ſe abijcientes: ita iſti proprios filios ſci
Hie.13 licet ſubditos alijs alendos tribuūt. Talibus dicitur Hiere.
13. Vbi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclitum tuū? Quid
Simile dices, cum viſitauerit te? Sol eſt in medio planetarum, a quo
Simile omnes lucem participant. Cor eſt in medio corporis, a quo
omnia membra viuificātur. Ita prælatus reſidens, in medio
veluti ſit, vt præfata munera exercere valeat, ſicut Saluator,
qui dicebat. Ecce ego in medio veſtri ſum &c.

RECEN-



Recēſitis ergo boni paſtoris proprietatibus quaſi inferēs
ait. Ego ſum paſtor bonus, quia per oſtiū ingreſſus ſum, me Ego
enim pater in mūdū miſit. Oues cognoſco, ſcilicet prędeſtina ſū pa-
tos, quorum capilli numerati ſunt. Eas etiā cęleſti doctrina ſtor
paſco. Et ante eas vado; qui ſalutis viā exēplo demōſtrās pre bonus
cedo. Sed propter pręcipuā boni paſtoris cōditionē Salua-
tor per excellentiā, paſtor bonus nūcupatur. Ea vero eſt, vt
taliter oues diligat; vt ſi neceſſe fuerit ad eas defendēdū, ani
mā, ſcilicet vitā, exponat; ſicut bonus ille paſtor Dauid effi
ciebat, qui propter oues leonem aggreſſus occidit, & vrſū, 1.Re.
vt ipſe teſtabatur. Hoc vero cumulatiſsime pręſtitit Chri-
ſtus; ita enim ſuas oues dilexit, vt pro eis vitā abiecerit: tali
ter, vt eius amor minime verbis explicari poſsit. Propterea Bonus
Saluatoris amor dilectionib⁹, quę in hac vita feruētiores eſ paſtor
ſe ſolēt, cōparatur, ſicut amori matris erga vnicū filiū, & a- animā
mori ſpōſi & ſpōſę; & amori naturali, quo caput mēbra pro ſuam
ſequitur. Quāuis enim videamus mēbra vulnera ſuſcipere &c.
pro defenſione capitis, in Chriſto cōtrariū apparuit; quia
cū eſſet caput noſtrū, animā pro nobis dedit. Hūc amorē il
la Pauli verba declarāt. Hoc autē dico in Chriſto, & in Eccle
ſia: quia propter hāc relinquet homo patrē & matrē. Poti⁹
mulier, cui magis intereſt, deberet patrē & matrē relinquere,
quā vir: ſed hoc propter Chriſtū dictū eſt: qui amore ſuę ſpō
ſę reliquit hæreditatē, & domū, & alia; quæ Propheta Hie.
explicat c. 12. Reliqui hereditatē meam, dimiſi domū meā, Hie.12
dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Id
quod manifeſte apparet in parabola perditę ouis, qua amo-
ris Chriſti magnitudo exaggeratur; quia nonaginta nouē re
liquit &c. Quāq. inuentā ſuper humeros poſuit pro quo ſibi
gratulari voluit. Sed quia his ſimilitudinib⁹, amoris Chriſti
immenſitas minime exacte declaratur, a terrenis ad ſuper cę
leſtē patris amorē conſurgit dicēs. Sicut nouit me pater, &

Hh ego

nouit me pater &c. ego agnoſco patrē;& animā meā pono pro ouibus meis. Ac ſi dicat. Sicut pater me diligit &c. Quia in Deo ita amor infinitus eſt, ſicut cognitio infinita. Ecce quomodo Chriſtus amorē exaggerat,nō quod ita nos diligat ſicut patrē,ſed quia nihil eſt in mundo,cui eius amor cōparari poſsit,propterea ad patris amorem conſurgit. Cui enim rei in mundo Saluatoris amor comparari poteſt erga ſuas oues? Cuius tāta vis fuit, vt nō ſolū vitam,ſed exquiſitiſsimis tormentis extractā

Similitudo. dederit? Solent homines, qui aliquod beneficium alicui conceſſerunt, poſt collatum beneficium dicere ei,cui dederunt; vt nō opus,ſed affectum,& deſiderium maiora prçſtādi,cū ſe ſe occaſio offerat,accipiant. Ita Saluator cū tot pro nobis ſuſtinuiſſet; latus ſibi aperiri voluit, quaſi nobis diceret, vt cor eius, & affectum acciperemus,poſt tot nobis prçſtita,& poſt vitam pro noſtra libertate çxpoſitam, Quod profecto prçlatos deberet ad ſubditos amandum mouere,& ad ſolicitā de eis curā gerēdū;pro quibus Chriſtus cumulatiſſi

Actu. 20. me ſanguinem fudit. Propterea dicebat Paulus Actuum 20. Attēdite vobis,& vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſāctꝰ poſuit epiſcopos,regere Eccleſiā Dei;quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Quaſi dicat. In primis vobis attendite,vitā ſecundū Dei legē,& Euangeliū inſtituendo, et poſtea attēdite gregi. Ac ſi diceret. Aperite oculos primo vobis, poſtea gregi. Quidā enim ſibi ſolis attendūt,vt laici:nōnulli alijs ſolū, vt hypochritç: alij ſibi,& alijs,vt boni prçlati:qui ſibi beneviuēdo,& alijs,bene docēdo attēdūt. Quoſdā vero prçlatos ſpiritus ſanctus inmediate poſuit,ſicut apoſtolos;alios vero mediate,ſcilicet quos per electionē canonicā inſtituit. Nec parū intereſt,vt rite eligatur,nō fauore,aut pecuniis,ſed via iuſta,& per portā ingrediatur:& oſtiarius, ſcilicet ſpiritus ſanctus ei aperiat:& tales poſiti ſunt epiſcopi a ſpiritu ſācto regere Eccleſiam, primo oratione, ſicut illuſtres illi anti





qui pātrēs faciebant,cum deſperatos ſubditorum mores videbant:deinde doctrina,miniſterio ſacramētorum,ſacra cōmunione,correctione contra delinquentes,reſidētia. Ita Eccleſia regitur,quæ a Chriſto proprio ſanguine acquiſita fuit. Qui ergo contra faciunt,non prælati,ſed temerarij iudicandi ſunt. Quis enim gemmas prætioſiſsimas ſibi ad cuſto- Simile diēdū traditas deferre tentaret,qua in numeri aſſaſsini,& prçdones ad furādum parati vagarētur? Ita etiā temerarij ſunt, qui ſubditorum animas Chriſti ſanguine redēptas inter tot inimicorū turmas (Si negligentes ſunt) cuſtodire exiſtimāt. Propterea ſolicitus Paulus prçfatis verbis addidit. Ego ſcio Act.20 quod poſt diſceſsionē meā intrabunt in vos lupi rapaces nō parcētes gregi. Quia prælatorū incuria,qui non reſident,& mercenarijs ouiū curā cōmittunt, lupi intrāt, & inter greges graſſantur.

IDEO Saluator ait. Mercenarius aūtē,& qui nō eſt pa Mercenarius autem &c. ſtor. Deſcribit mercenarij proprietates de quibus loquitur Zacha.11. O paſtor,& idolū derelinquēs gregē. Idolū vocatur,quia quāuis oculos habeat,minime ſubditorū miſerias intuetur:aures habet,ſed ſubditorum querelas nō audit: lin Zach.11 guā habet,ſed nō ad prædicādum& docēdum:manus habet, ſed nequaquā eas ad eleemoſynas pauperibꝰ cōcedēdas extēdit:cor habet,ſed nō ad ſubditos diligēdum:pedes habet,ſed nō ad præcedēdum oues in via Dei. Receſſerat Dauid a lecto, vt legitur 1. Re.19. & vxor eius Michol. poſuit pro eo 1.Re.19 ſtatuā pellibus coopertam; veniētes autem exiſtimabant ſe Dauid inuenturos,& eius ſtatuam repererunt. Recedit prælatus a ſuæ Eccleſiæ lecto, & ponitur pro eo mercenarius, ipſum quaſi ſtatua repræſentans, ea enim eſt inter bonum prælatum,& mercenarium differentia, qualis inter hominē & ſtatuā. Erat autē pellibus cooperta,quia quādoq. exterius ſanctitatē oſtendit. Ita Iob 34. Qui regnare facit hominē hy Iob.34

pochritam propter peccata populi. Multoties enim Deus,
populi peccatis experentibus, hypochritas regnare facit, ex
terius quidem ſanctitatis picturas oſtentantes, cum interius
corruptiſsimi ſint. Subditi ergo accedentes exiſtimāt ſe bo
num prælatum inuenturos, & ſtatuam eius inueniunt: & ita
cum veri paſtoris imago ſit, nequaquam venienti lupo ſe ex
aduerſo opponit; ſed aufugiens oues deſerit timēs, ne ingra
tus ſit, aut ſilens diſsimulat; & ſic lupus graſſatur, rapit enim
Pſal. oues, & diſpergit. Ita Dauid, Nequādo rapiat, & nō ſit, qui
Iob.29 eripiat. Aliter Iob faciebat, vt dicitur ca. 29. Conterebā den
tes iniqui, & de ore illius eripiebā prædā. Rapit vero lupus
oues non prædeſtinatas, & ſi prædeſtinatas rapuerit, ad tem
pus illud erit, nam tandem ad ouile, & paſtorē reuertentur.
Io.10. Et ita Chriſtus Io. 10. ait. Non rapiet eas quiſquam de manu
mea. Sed videtur nullum præter Chriſtum verū paſtorē eſ-
ſe, ſed mercenarium, quia omnes oues Chriſti ſunt, immo Pe
Io.61. tro dictum fuit. Paſce oues meas. Verus paſtor Chriſto tali
ter indiuidua charitate iungitur, vt vnum cum Chriſto ſit;
& dicere poteſt. Viuo ego, ſed nō ego, viuit vero in me Chri
ſtus. Et ita quatenus vnū cū Chriſto eſt, ſuæ ſunt oues, & ve
1.Pe.2. rus paſtor eſt. Quibus dicebat Petrus 1. Pe. 5. Paſcite, qui in
vobis eſt, gregē Dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee
ſecundū Deū, neq. turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neq. vt
dominantes in cleris, ſed forma gregis facti ex animo: vt cū
apparuerit princeps paſtorum, percipiatis inmarceſsibilē
gloriæ coronam. Quaſi dicat. Paſcite per vos ipſos & non
per alios gregē Dei, quia veſter eſt etiā, quatenus Chriſtus
in vobis habitat, prouidentes ſpiritualia primo, deinde cor-
poralia: non coacte, ſed ſpontanee, hilariter eleemoſynas cō
cedentes, nam hilarem datorem diligit Deus, et ideo pro-
pter ipſum ſubditis prouidere debetis, nequaquam turpe lu
crum ſectantes, a quo prælati quaſi a peſte abhorrere debēt;
non



non ſuperbe, quaſi dominantes, & cum faſtu ſubditos contē
nentes, ſed potius facti virtutum exemplar ipſi gregi; quod
quaſi imaginem aſpicientes, recte inſtituantur: vt cum Chri
ſtus, qui princeps paſtorum eſt; ad iudicandum apparuerit,
veſtrorum laborum mercedem recipiatis.

TALES vero prælatos oues imitari tenentur, quibus Oues
Saluator tria in hac parabola incumbere ait, audire, ſequi, & vocē
cognoſcere. Nam oues paſtorem audire oportet, ſicut dici- eius au
tur Pro. 19. Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſa diunt.
piens in nouiſsimis tuis. Illi enim ſapientes ſunt, qui liben Pro. 19
ter verba ſapientiæ audiunt; qui vero paſtores, per quos
Deus loquitur, non audiunt, nec ipſum Deum audiunt.
Ita Ezechie. 3. Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Ezec. 3
Debent etiam eum ſequi, quem verum paſtorem eſſe cog-
noſcant ſcilicet ipſi obediendo. Ita Paulus ad Hebre. 13. Hebr.
Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim perui
gilant, quaſi rationem redditurí pro animabus veſtris, vt cū
gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expe
dit vobis. Quaſi dicat. Prælatis veſtris ſubiecti eſtote, obe-
diētes in omnibus; quia ipſi ſpeculātur, & ſuperintēdunt, &
vigilāt, vos cuſtodiētes, quaſi rationē redditurí pro anima-
bus veſtris; vt ipſi veſtrā obedientiā vidētes illud laborioſū,
& periculoſum officiū gaudētes faciāt, & non cū gemitu &
triſtitia, nam ſubditorum inobedientia cauſa eſt, quod præ
lati ingemiſcāt, & doleāt, quod tale munus ſubierint. Ad quē Grego
modū Gregorius exponit illud Iob 26. Gigātes gemūt ſub rius.
aquis. Quia ſubditi ſuis rebellionibus graue illud officiū fa- Iob 26
ciūt. Sed quod prælati munus ſuū cū triſtitia exequātur, mi
nime ſubditis expedit; quia etiā eorū triſtitiæ cōmunicabūt:
quando vero alacriter ſuum officiū exequūtur, cedit in vti Alie-
litatem ſubditorum. Debent etiā cognoſcere oues ſuum pa nū au
ſtorē, taliter, vt alienos, qui vel falſa, vel diſtincta a communi tē noſce
quūtur



ſanctæ-

ſanctorum ſenſu docent, fugere ſciant. Quemadmodum autem Chriſtus cognoſcit (vt Paulus ait 2. Thi. 2.) qui ſunt eius, eoſdem amando: & prælatus oues ſuas cognoſcere taliter debet, videlicet ipſas amando. Non diſsimiliter oues ſuum paſtorem amando cognoſcant, quia ipſis Chriſtum repręſentat, qui adeo ipſas amauit, vt ſanguinem pro eis fuderit, quo ipſas acquiſiuit. Ita Eſa. 23. Si poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemẽ lõgeuũ. Propterea dicebat. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Ecce qualiter nos Saluator amabat, qui etiam tunc noſtri curam habebat, vt nos ad ouile ſuũ vocaret. Ita Io. 11. dicebat Ieſus moriturus erat pro gente. & vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Vocauit enim gentes, quæ ſecundum prædeſtinationem oues eius erant, nondum tamen ad ouile venerant. Sic Deus Hiere. 23. ait. Ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eieceram eos illuc, & cõuertam eos ad rura ſua, & creſcent, & multiplicabuntur. Et Ezech. 34. Educam eos de populis, & congregabo eos, & inducam eos in terram ſuam. Tunc vnum ouile erit, & vnus paſtor: quia vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma: per quod quaſi per portam ad ouile Chriſti ingredimur. Si ergo vnus eſt paſtor, vnum ouile, oportet nos etiam charitate vniri. Quia ſi fide vnimur, & ſub eiſdem legibus, & ſub eodem paſtore regimur, iuſtum eſt, nos etiam cum eo, & nobiſcum charitate vniri, eius voluntatem opere complentes. Propterea dicebat Paulus ad Hebre. 13. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem.

[Margin: Eſa. 23. — Alias oues habeo — Io. 11. — Hiere. 23. — Ezech. 34. — Vnum ouile. — Hebr. 13.]

MVLIER



## ¶ MVLIER CVM PARIT triſtitiam habet, quia venit hora eius, poſtquam autem peperit filiũ, iã nõ meminit præſſuræ propter gaudiũ &c, Io. 16.

HVIVS parabolæ ſcopus a Chriſto intentus eſt, oſtẽdere dicipulorum triſtitiam ex ſua morte, in maximã lætitiam conuertendam ex ſua reſurrectione. Graues enim dolores in ſacra ſcriptura, frequenter parturientium doloribus aſsimilari ſolent. Breues vero futuros eſſe apoſtolorum dolores, oſtendit Chriſtus, eos parturientibus comparando, & etiam quia ſicut quod eſt cauſa doloris in parturiente, ſolet etiam eſſe cauſa lætitiæ, ita, res illa (vt Chryſo. ait) vnde dolorem accepturi erant Apoſtoli, futura erat cauſa gaudij. Quod vero adductum exemplum propoſito conueniat oſtenditur, quia Chriſtus per mortem, quaſi per quẽdam vterum veluti natus eſt, ſolutis doloribus mortis, nouuſq. homo in mũdo apparuit glorioſus, & ideo vocatur primogenitus ex mortuis, ita vt Paulus, illud Dauid, Ego hodie genui te, de reſurrectione interpretetur Actuum 13. Oſtẽdit ergo dolorem diſcipulorum fore veluti de doloribus partus nouæ prolis, eorumq. lætitiam fore propter nouam ex reſurrectione generationẽ, propter quod forte dixit Chriſtus. Natus eſt homo in mundum, & non natus eſt filius. Ob has rationes primitiua Eccleſia ex Apoſtolis congregata, recte comparatur illi mulieri quam Ioannes Apo. 12. depingit, quæ cruciabatur vt pareret, & peperit filium qui captus eſt ad

[Margin: Chry. — Actũ. 13.]

eſt ad Dei thronũ, hoc certe loco, partus potius ad reſur-
rectionem quam ad natiuitatem ex virgine referendus eſt;
quia cum dolore & cruciatu ſuorum Apoſtolorum, perue-
nit Chriſtus ad reſurrectionem, & poſtea ad Dei thronũ.
Hoc voluit inſinuare Saluator cum dixit. Et vos nunc qui-
dem triſtitiam habetis, ex mea paſsione, ſed iterum, ſcilicet
reſurgens videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.

## CONCIO.

Gene. SI MAGNVS Patriarcha Iacob moriturus cõ
gregatis ad lectum filijs, ſpiritu prophetico multa
futura prædixit, tandem collectis pedibus, conſola
tuſq. eos circa ſe plorantes, extremum diem clauſit: nulli
mirum eſſe debet Chriſtum pauperum patriarcham, colle-
ctis ad menſam diſcipulis quaſi filijs, quibus cum paſchalem
agnum comederat, & mortalis vitæ conuiuia finierat, futu
ra illis multa diuino ſpiritu reſeraſſe, & de ſuo receſſu triſ-
Eſa.66 tes ſuauiſsimis verbis conſolatum fuiſſe. Sicut per Eſa.66.
dicebat Quomodo ſi mater blandiatur, Ita ego conſolabor
Simili vos. Mater dilecto filio quem lactat, ſuam præſentiam quan
tudo. doq. ſubtrahit, vt filius ardentiori affectu ipſam deſiderans
expetat, illiq. ſe ex improuiſo offert; Ita Saluator ſuis filijs
Apoſtolis præſentiam, & ſubſtraxit, & obtulit ſicut etiã per
Eſa.54 eundem Eſa ca.54. Abſcondi faciem meam parumper a te, &
Modi- in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Quanuis Deus
cũ & modico tempore ſuæ conſolationis faciem, a nobis in triſti
non vi tia conſiſtentibus abſcondat, maximo nobis ſolatio eſſe de-
debi bet, quod ſempiterna pietate noſtrum miſeretur; & nõ eſt,
tis &c. quod non patienter feramus breuem triſtitiam ſine ſolatio,
qui æternam Dei miſericordiam præſtolamur. Adeo enim
modicum tempus eſt, ſi æternitati comparetur, quod quaſi





nihil æſtimatur. Ita Eccleſiaſtici 4. Modicum quaſi nihil in Ecclеſ
requie: Acſi diceret. In beatitudinis requie; modicum hu- 4.
iusvitę laboris, vel triſtitię, quaſi nihil reputatur. Si enim Simile.
ſecularium hominum extremam dementiam deploramus,
quod breuiſsimi temporis proſperitatem, quam impor-
tunis ſæpe laboribus mercantur, & quam exquiſitiſſi-
ma inferni tormenta conſecuntur, æternæ fælicitati præ-
ponant. Nobis profecto ſolatio eſſe debet temporis bre-
uitas, quo tribulamur. Ita dicebat Petrus 1.P.1. Modicum, ſi 1.Pe.1.
oportet, conſtriſtari, vt probatio fidei veſtræ multo prętio
ſior ſit auro: 1, quaſi dicat. Neceſſe eſt breui huius vitę tem
pore cõtriſtari, vt probemur; pręſertim cũ Saluator nõ lõge
ad ſit, vt cõſoletur. Ita Pau.2.Co.1. Sicut abũdant paſsiones 2.Co.1
Chriſti in nobis, ita per Chriſtũ abũdat cõſolatio noſtra.
Sicuti Antonio, cũ a dęmonibus torqueretur, aderat, Cui cũ
Antonius diceret. Vbi eras bone Ieſu? reſpõdit. Hic erã, ſed
expectabã. Propterea dicebat Eſa.ca.8. Expectabo dominũ, Eſa.8.
qui auertit faciem ſuam a domo Iacob: acſi diceret. Quan-
uis Deus auerterit faciem a domo Iacob permittens nos
tribulari, non propterea animum deſpondere debemus;
ſed expectare: quia reſpiciet nos, & conſolabitur. Ita
Saluator non longe eſt ab vnoquoq. noſtrum cum tri-
bulamur ſed modico interuallo diſiungitur, vt conſoletur.
Hic 1. Pe. 5, Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos 1.Pe.5.
ad æternam ſuam gloriam, in Chriſto Ieſu modicũ paſ-
ſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq. acſi diceret:
Deus, qui totius gratię autor eſt, qui vos poſt prædeſ-
tinationem, & electionem vocauit, vt ſitis ſuæ gloriæ con-
ſortes, ſi patienter feratis triſtitiæ modicum propter Chri-
ſtum, ipſe perficiet vos veros diſcipulos, & confirmabit per
fortitudinem, & ſolidabit per conſtantiam ſua gratia. Tali
ter ergo Saluator electos ſuos conſolatur. Et iſta ſunt, quæ

per acceſſum & receſſum ſuum obſcuris primo verbi.
(Ita vt apoſtoli non intelligerent) ſed apertiſsimis poſtea
Plorabitis & flebitis vos. 2.Co.1 verbis declarauit. Amen amen dico vobis; quia plorabi-
tis, flebitis vos, mundus autem gaudebit. Apoſtoli e-
nim magnis tribulationibus pulſati ſunt,& afflicti promul-
gantes Euãgelium.Propterea dicebat Paulus 2.Co.1.Supra
mõdum grauati ſumus ſupra virtutẽ,ita vt tæderet nos etiã
viuere: ſed ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus.
Quibus verbis Paulus exceſſum tribulationis exprimit,qui
talis fuit,vt vires naturales excederet,non autem vires gra-
tiæ, quia per eam omnia Paulus ferebat neq. ſupra id,
quod poterat tribulabatur. Tot vero malis eius vita ſubie-
cta erat, quod ex ſe ſui tædium excitabat, ſicut afflicta
manus ſui tædium ingerit, nec ſolum ex parte afflictio-
num exceſſus fuit,ſed ex parte(ait)animi noſtri eo deducti
ſumus, vt exiſtimaremus nos mori. Et hanc intimam
exiſtimationem reſponſum mortis apellat Paulus: qua-
ſi animus reſponderet ei, quod deberet mori. Quan-
tis iſta Chriſti verba ad electos omnes extendi poſsint,
qui ſemper in hoc mundo,qui lacrymarum vallis eſt,lu-
Ps. ctibus indulgent, ſicut Dauid dicebat. Beatus vir cu-
ius eſt auxilium abs te, aſcenſsiones in corde ſuo diſpo-
ſint in valle lacrymarum. Nam electi, quibus Deus ſua
gratia auxiliatur, aſcenſsiones faciunt in mundo: lacry-
mis enim ſibi ſcalam faciunt, per quam ad perfectionem
conſcendunt: Cuius ſcalæ multi gradus ſunt. Primus eſt;
Ps. peccata flere, ſiquæ ſint etiam præterita. Sicut Dauid.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodie-
runt legem tuam. Alter vero gradus eſt, cum quis le-
gem Dei audiens plorat, eo quod non ipſam, prout de-
cet, complet. Imperfecti quidem, quia ipſam fregerunt:
perfecti vero, quia cum faciant,quæ illis precæpta ſunt,
dicunt



dicunt cum lacrymis. Serui inutiles ſumus. De his Canti. Cãti.5
5.Anima mea liqueſacta eſt, vt dilectus locutus eſt. De a-
lijs Neemiæ 8. Audiens populus legem fleuit. Alius la- Nee.8
crymarum gradus eſt, compaſsione proximi, & eius affli-
ctione moueri. Ita Iob 30.Flebam ſuper eo, qui afflictus Iob.30
erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Alter & ſu-
perior gradus eſt aliorum peccata deflere. Sic Paulus ad
Ro. 9. Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi Rõ.9.
meo pro fratribus meis.Ita Dominicus, Frãciſcus, & Cathe
rina Senenſis flebant. Alius adhuc ſuperior gradus eſt, a
mariſsimam Chriſti paſsionem flere, deinde flere prop-
ter beneficia a Deo recepta; poſtea flere dilationem pre
mij, & incolatum præſentem: ſicut Paulus ad Co. 8.Sci-
mus autem; quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit
vſq. adhuc &c. Sed & nos ipſi gemimus adoptionem fi-
liorum Dei expectantes redemptionem corporis &c. Vl-
timo flere Saluatoris abſentiam; Sicut Magdalena &c.
Talibus lacrymis ſpirituales viri, ſibi aſcenſum ad bea-
titudinem præparant. At contra mundani gaudent,
& ſcalam decliuem ad infernum diuerſis peccatorum
gaudijs, quaſi gradibus efficiunt. Ita dicitur Eccleſiaſti-
ci cap. 19. Qui gaudet ad iniquitatem denotabitur, acſi
dicat, Qui propter peccati conſuetudinem adeo peſ-
ſimus euaſit, vt gaudium ex iniquitate eliciat, is a-
deo infamis erit, vt veluti digito ab omnibus oſtenda-
tur.

SED QVALE gaudium hoc ſecularium homi- Mũd' autem gaudebit.
num ſit, quamq. inane & vacuum, vel ob id manifeſtum
eſt; quia ſicut bonorum tribulatio præclara eſt, quia bre-
uis, ita iſtorum peſsimũ gaudium, quia breue. Nõnulli enim
gaudentes a morte rapiuntur, & inpuncto (vt Iob ait) ad
inferna deſcendunt. Et idem Iob dicebat ca. 20. Laus impio Iob.20
rum.

rum breuis eſt. Propterea Salomon dicebat Eccleſiaſtes 2. Eccleſiaſtes 2.
Magnificaui opera mea &c. & ſubinde, omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei, nō negaui eis: nec prohibui cor meum, quim omni voluptate frueretur; cumq. me conuertiſſem ad vniuerſa opera manus meę, in quibus fruſtra deſudaueram, inueni in eis vanitatem & afflictionem ſpiritus, & nihil permanere ſub ſole. Præterea malorum gaudium, nequaquam purum, ſed mixtum eſt multis incommodis, quæ quaſi tributa mundus a mundanis exigit. Ioſeph Aegiptijs terras ſuas, & poſſeſsiones cum tributo concedebat, ita Gene.
mundus nequaquam mundanos concupitis frui, & gaudere ſine tributo permittit; quia ipſorum gaudio multa triſtia immiſcet. Propterea dicebat Hierem. 2. Et nunc Hier. 2.
quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Mūdus enim ſecularibus aquam turbidam ad potandum propinat; nam ſi ipſis diuitias concedit, eos cruciat ſolicitudine. Si honorem, eos mordaci cura angit; delectationes triſticia & dolore inuoluit. Ita Iacobus eos deplorabat cap. 5. Iaco. 5.
dicens. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris; diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt, aurum veſtrum & argentum æruginauit; & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducauit carnes veſtras ſicut ignis. Ecce quomodo permixta ſunt omnia, de quibus mundani gaudere ſolent: immo cum delicijs affluant & gaudijs, mordax cura ſemper veluti eorum carnes deuorat. Deinde ſecularium gaudium de ijs eſt, dequibus potius triſtari deberent. Viatur, quia via aberrauit, ſtultus eſſet, ſi gaudens incederet; ita mundani a Simile
via veritatis & virtutis errantes, & per viam perditionis ambulantes lætantur, cum potius flere deberent, quod virtutis viam amiſerint. Ita dicitur Pro. 3. Stultorum exultatio ignominia. Quia de ſua ignominia ſtulti exultant, ſicut Pro. 3.



ēbræbrij, qui cum aſobrijs irrideantur, ipſi læti incedunt. De his Ioel ca. 1. dicebat. Audite ſenes, auribus percipite Ioel 1.
habitatores orbis, ſi factum eſt tale in diebus veſtris. Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Expergiſcimini ębrij, & flere, vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine; quia perijt de ore veſtro. Quaſi dicat. Quicumq. terrā habitatis mūdani, audite, id enim, quod refferre volo, in diebus veſtris accidit. Per ærucam, quæ toto corpore incedit, luxuria ſignificatur, per locuſtam, quæ volat, ſuperbia intelligitur, per bruchum, qui omnia deuorat, ſignificatur gula; per rubiginē auaritia; acſi Propheta dicat. Multos deuorauit luxuria; & quod ab ea relictum fuit, deuorauit ſuperbia; & quod a ſuperbia reliquum fuit, auaritia conſumpſit; & inter hæc omnia mundani lætantur quaſi æbrij vino delectationis mundi. Expergeſcimini ergo æbrij, qui bibitis vinum delectationis mundi in lętitia; qui cum tot vitijs inuoluti ſitis, & ob id flere deberetis, exultatis, flete ergo potius, quia delectationis vinū tandem decidet de ore veſtro, & conſumabitur. Nam, vt inquit ſapiēs, riſus dolore miſcebitur; & extrema gaudij luctus ocupabit Pro. 14. ſicut econtra bonorum triſticia in gaudiū Pro. 14
conuertetur. Mathematici dicunt duas lineas concurrētes ſe in puncto interſecantes taliter conuerti, vt quę ad dextrā erat, ad ſiniſtram vertatur: & contra. Duę in mundo vię cōcurrunt proſperitatis ad dexteram, & aduerſitatis ad ſiniſtram: ſed in puncto ſe inuicem interſecant, ſcilicet in morte: & taliter commutantur, vt proſperitas malorum in dolores vertatur, & tribulatio bonorum in iucūditatem trāſeat, & commutetur. Propter primum dicitur Eccleſiaſtes 2. Riſum reputaui errorē, & gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis? Eccleſiaſtes 2.
quaſi dicat. Mūdanorū læticiā, & riſum ex delectatione peccati prouenientē, reputaui errorem, & gaudio ſeculari dixi.

 Quid

Quid fruſtra deciperis? non enim perpetuo durabis, ſed in
Triſti- triſtitiam tandem conuerteris. Sed contra bonorum luctus
tia ve- in gaudium conuertitur. Ita Paulus ad Hæbre. 12. Omnis au
ſtra ver tem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gau-
tetur dij ſed mæroris, poſtea autem fructum paccatiſsimum e-
in gau xercitatis in ea affert iuſtitiæ. Quibus verbis oſtendit Pau-
dium. lus diſciplinam, qua ſuos Deus in hac vita examinat, mę-
rorem quidem afferre, ſed poſtea fructum ſuauiſsimum pro
Hier. 13 ducere. Hieremi. 13. etiam dicitur, Conuertam luctum eo
rum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo a do-
lore ſuo; quaſi dicat. Taliter conſolabor electos, vt non ſit
Eſa. 64 in eis luctus amplius, nec dolor. Et ita Eſa. 64. Nunquid
ſuper his continebis te domine, & tacebis & affliges nos ve
hementer? acſi diceret. Videns nos triſtari, & doleri, con-
tinebis te, & tacebis diſsimulans, & permittes nos vehe-
menter affligi? quaſi dicat: minime. Sed noſtram triſtitiam
Eſa. 64 in gaudium conuertes. Propterea idem Eſaias in eodem ca-
pite dicit electo. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a
lachrymis: quia eſt merces operi tuo, acſi diceret. Non eſt,
quod amplius luctibus indulgeas, quia adeſt merces, quæ de
betur operi tuo, ſcilicet gaudium.

Mulier cũ pa-rit. QVOD quidem Chriſtus quadam mulieris parturien
tis parabola declarauit. Nam ſicut parturientis mulie-
ris magnus dolor eſt, ſed breuis, & mox in maximam læ-
ticiam conuertitur: ita Apoſtoli grauiter dolebant, & ma
xima triſtitia afficiebantur ob magiſtri ſui mortem; ſed
ille dolor mox in maximam lęticiam commutatus eſt. Et
breuitatem doloris Saluator inſinuat dicens, quia venit ho
ra eius: Magnum vero, quod ſequitur gaudium, decla-
rat, cum ait; iam non meminit preſſurę propter gaudium.
Quod vero in hac parabola obſeruandum proponitur, &
maxime propoſito deſeruit, illud eſt; quia ſicut quod in
par-



parturiente eſt doloris cauſa, idipſum eſt cauſa lętici ę: ita
res illa, vnde Apoſtoli dolorem accepturi erant, eadem
futura erat cauſa illorum gaudij. Nam mors Chriſti cauſa
fuit reſurrectionis eius, ſicut partus nati filij cauſa eſt. Nam
Chriſtus per mortem quaſi per quendam vterum genitus;
& ſolutis doloribus mortis natus eſt per reſurrectionem,
& nouus homo in mũdo apparuit. Propter quod primo ge-
nitus ex mortuis dicitur. Et in reſurrectione interpratatur Act. 13.
Paulus impletum fuiſſe illud; filius meus es tu, ego hodie ge
nuite. Significatur ergo triſtitiam diſcipulorum fore velu
ti de doloribus partus, in noui huius hominis generatione
& natiuitate per reſurrectionem. Aptiſsime ergo Eccleſia
ex Apoſtolis potiſsimum congregata, mulieri parturienti
comparatur, ſicut Ioannes Apo. 12. idem ſignificauit, cum Apo. 12
de muliere loqueretur, quæ in vtero habebat, & clamabat,
& cruciabatur vt pareret: & peperit maſculum, qui con
feſtim raptus eſt ad thronum Dei. Quia Chriſtus cum do
lore ſuo & diſcipulorum, peruenit ad reſurrectionem, &
poſt eam nouam generationem, mox raptus eſt ad Deum.
Iſta literali ſenſu explicata, propoſito Chriſti in particula
ri taliter applicantur.

SED ſi de bonorum triſtitia in gaudium conuerſa in-
telligatur, qua electi in hac vita tribulantur; rite per par
turientem mulierem ſtudioſi homines luctibus indulgen-
tes & tribulationibus expoſiti ſignificantur. De illis e-
nim dicitur Eſaiæ 13. Torſiones & dolores tenebunt eos, Eſa. 13.
quaſi parturientes dolebunt. Iuſti enim in Eccleſia, cum tri
bulantur, ſimiles ſunt mulieri parturienti. Et Hiere. 6. Tri- Hier. 6
bulatio apprehendit nos, dolores vt parturientis; quaſi di-
cat. Inuaſit nos tribulatio, ſicut dolores parturientem in-
uadere ſolent. Et Miche. 4. dicitur. Dole ſatage filia ſion Miche.
quaſi parturiens; acſi dicat. Si propter tribulationẽ doles, ſit 4.
dolor

dolor vt parturientis; quæ patienter fert propter ſubſequentem lętitiam. Mulier partum expectans inter ſpem & metũ
verſatur timens, ne aborſum faciat; ita ſtudioſi homines in
hac vita, quæ bonorum operum tempus eſt, inter ſpẽ & me
tum commorantur timentes, ne eorum bona opera depere-
Pro 28 ant; & ita ſolicite viuũt. Propterea dicitur Pro. 28. Beatus
vir, qui ſemper eſt pauidus. Deinde Mulieris parturientes
dolor vehemens eſt, & a ſolo Deo curari poteſt: Ita electi
in hac vita acriter tribulantur, & a ſolo Deo conſolationes
Eſa. 26 expectant. Ita dicebat Eſa. ca. 26. Sicut quæ concepit, cũ ap-
propinquat ad partum, dolens clamat; Sic facti ſumus nos;
quaſi dicat. Quemadmodum partui mulier appropinquans
clamat, ita nos tribulationibus grauati ad te vociferati ſu-
2. Co. mus. Sic etiam dicebat Paulus 2. Co. 7. Cum veniſſemus
7. in Macedoniam, nullã requiem habuit caro noſtra, ſed om-
nem tribulationem paſsi ſumus, foris pugnæ, intus timores;
Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus. Præte
rea dolores parturientium omnibus, quę pariunt, commu-
nes ſunt: Ita piorum hominum communis via eſt per lacry
Matt. 5 mas & labores. Sicq. Chriſtus diſcipulos cõſolabatur Mat.
Iaco. 1. 5. Sic perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Et Ia-
cobus. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in tentatio-
nes varias incideritis. Ad hæc mulieris parturientis dolores
quanuis graues, breues ſint (vt diximus) ita electorum tribu
1. Co. 5. bulationes, ſicut Paulus ait 1. Co. 5. Id quod in preſenti eſt
momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modũ
in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,
non contemplantibus nobis, quæ videntur &c. Vbi aduertę
labores breues dici, & leues; & præmium appellari pondus.
Hic leuis tribulatio, ibi magnum gloriæ pondus. Non igi-
tur præſentem tribulationem reſpicias, ſed futurũ præmiũ.
Simile Sicut cui vena ſecatur, vt faciem auertat, dicitur. Et cui da-
tur



tur amara potio, vt oculos claudat, ne ipſam videant, & etiã Simile
ne alter ſibi venam ſcindi videns exhorreſcat; Ita ſi vis in-
telligere leues eſſe huius vitæ dolores & breues, præmiũq.
graue & ponderoſum; ne intuearis præſentia, ſed ſuprema;
& videbis labores pene eſſe momentaneos, ſicut ſciſsionem
venæ & potationem pharmaci quę cito perficiuntur, glorię
vero fælicitatem perpetuam. Demum parturientis mu-
lieris labores, quo grauiores fuerint, gaudium nato infan-
te maius eſt; Sic quo maiores & vberiores in hac vita la-
crymę, & dolores grauiores fuerint, maius in fælicita-
te gaudium maior erit gloria. Sicut enim quo maior in
hac vita peruerſorum lætitia & delectatio fuerit, grauio-
ra tormenta patientur, ſicut dicitur Apo. 18. Quantum Apo.
glorificauit ſe in delicijs, tantum date ei tormentum; Ita ele 18.
cti iuxta tribulationes, quas paſsi ſunt, gaudebunt, non ſolum
poſt mortem, ſed in hac vita quandoq. ſicut Paulus dice-
bat 2. Co. 8. Notam facimus vobis fratres gratiam Dei, 2. Co. 8
quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ, & quod in multo ex-
perimento tribulationis, abundantia gaudij ipſorum fuit,
& altiſsima paupertas eorum abundauit in diuitijs ſimpli-
citatis eorum: quaſi dicat. Conſiderate effectus gratię Dei
in electis Eccleſiarum Macedonię: quia iuxta tribulationes,
quas paſsi ſunt, creſcebat & abundabat illorum gaudium: &
profunda paupertas eorum abundauit & creuit in diuitias
eleemoſinarum, quibus beneficentiam exercuerunt. Et
Dauid. Secũdum multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo Pſ.
cõſolationes tuę lętificauerũt animã meã. Propterea Salua
tor dicebat diſcipulis. Et nunc quidem videntes me ad mor
tẽ ire triſticiã habetis, ſicut mulier pariens: Sed iterũ videbo
vos reſurgens ex mortuis, & gaudebitis: quod gaudiũ nemo
tollet a vobis. Quia bonę conſcientiæ gaudiũ ex pręſentia
Chriſti proueniens verum eſt gaudium, quod nullus eripe
re poteſt.

Pro.14 re poteſt. Ita Pro. 14. dicitur. Cor, quod nouit amaritudinē animę ſuę, in gaudio eius non miſcebitur extraneus, quaſi dicat. Qui nouit præteritam triſtitiam ex abſentia Chriſti, ipſo præſente ita gaudebit, quod in eius gaudio non miſcebi-
Bernard9 tur extraneus. Vel aliter exponitur a Bernardo. Qui nouit amaritudinem animę ſuę per pænitentiam propter abſentiam Chriſti, per gratiam cum habuerit eam, in eius gaudio non miſcebitur extraneus. Sed ſi de omnibus iſta Chriſti verba interprætari velimus; idem eſt, ac ſi diceret. In præſenti quidem, triſtitiam per labores habetis, iterum autem in reſurrectione videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Ita Dauid Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. Tale gaudiũ erit per-
Pſ. petuum, quod nemo tollet. Ita Pſ. Vox exultationis & ſalu-
Eſa.51. tis, in tabernaculis iuſtorum & Eſa. 51. Qui redempti ſunt a domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes; & lętitia ſempiterna ſuper capita eorum &c.

## ¶QVIS VESTRVM HABEBIT amicum, & ibit ad eum media noſtre, & dicit ei. Amice commoda mihi &c. Lucę 11.

Hæc parabola ex illarum numero eſt, quę ex diſsimilitudine potius quã ex ſimilitudine perſuadet, eſt enim argumentum a minori ad maius, quaſi dicat. Si hoc quanto magis illud? Scopus igitur Chriſti eſt oſtendere orationis efficatiam, ſi conſtans ſit & perſeuerans, obidq. hortatur nos ad perſeuerandum in orationibus, & vt ad Deum confidenter quaſi ad amicũ accedentes, illa bona petamus, quæ nobis ad ſpiritualem vitam tuendam neceſſariæ ſunt. Ad hunc ergo ſcopum Parabola ſic eſt interpretanda, immo aptan-

da.Si



da. Si depræcatio inſtans alicuius hominis tantum valet apud ſuum amicum, vt quanuis ad ipſum accedat importuno tempore, nempe nocte, ipſo in lecto dormiente, iuſteq. negare poſſet quod petit, tamen etſi non moueatur propter amicitiam, motus importunitate petentis, concedit amplius quam quod petit; multo profecto magis valebit apud Deũ conſtans oratio, qui hominibus amiciſsimus eſt, cui etiã nullum eſt tempus importunum, qui non ſolũ improbitate offenditur, ſed delectatur, taliter, vt quaſi victus præcantis cõſtantia, concedat amplius quam quod petit, cũ etiã id quod petit iuſte negare poſſet: etſi quandoq. differt concedere quod ab ipſo petitur, id efficit vt accẽdens deſideriũ, affluẽtius concedat. Iſte videtur litteralis & genuinus parabolæ ſenſus. Et quanuis recentiores aliqui dicant, coacte Deo amici proprietates aptari, quia tamen ſanctiſsimi patres id fecerunt nequaquam grauatus ſum, quæ mihi ad concionandum aptiora viſa ſunt, ex eorum fontibus exauſta, contexere.

## CONCIO.

ADEO homini (in quo imaginem Dei ſplendere videmus) religionis virtus coniuncta eſt, qua debitum Deo cultum exhibet, vt intellectu prorſus, immo ſenſu deſtitutus ſit, qui aſsiduos in ſe ſtimulos non ſentit, ad Deũ venerandũ impellentes. Nulla in mundo natio adeo barbara extitit, quæ Deum non coluerit. Nec Deũ eſſe ſide nobis reſerante cognoſcimus, ſed
ſuo natura lumine id apertiſsime intelligit. Et ſi inſipiẽs nõ Pſal.
eſſe Deũ dixit, corde quidem illud, non ore protulit, ne elementa, immo lapides contra ipſum inſurgerẽt, cũ omniaque in mundo ſunt, Deum nobis eſſe demonſtrent, antiqui

 uſq.

uſque nobis eſt Deum venerari, quam cibo & potu corpu
curare. Huius vero præclaræ virtutis pars præcipua oratio
eſt, qua veluti egentes Deo ſubmiſsi, eius diuitias experi-
mus. Orandi vero officium nobiliſsimum eſt, nam officium
eſt Chriſti, de quo non ſemel dicitur in oratione pernoc-
taſſe. Eſt etiam virginis Matris officium, & Apoſtolorum
immo electorum omnium. Magnus igitur nobis decor ac
cedet, ſi illi officio incumbamus, quod nobiliſsimi cæli
proceres exercuerunt. Eſt etiam vtiliſsimum orandi offici-
um; quia pũcto temporis gratiam Dei imploramus, quæ mil
Similitudo. le mundis præponderat. Quæmadmodum enim vapores, a
terra ſuperius aſcendentes, in nubes commutantur, & lique
facti deſcendentes, terram, a qua egreſsi ſunt irrigant & fæ-
cundant; ita oratio a nobis exiens, & trinitatis conclaue pe
Pſal. netrans, diues ad nos reuertitur, noſq. fęcũdat. Ita Dauid. O
ratio mea in ſinu meo reuertetur. Quę vero ſit eius vis & ef
ficacia, ſi conſtanter, & cũ fiducia fiat, oſtendit Chriſtus qua
dam ſimilitudine, immo diſsimilitudine. Eſt enim argumen
Quis veſtrũ habebit &c. tũ a minori ad maius vt declarabimus. Amicus iſte noſter
Deus eſt, quo nomine, amoris eius erga nos magnitudo exag
geratur, qui nobis arctiſsimo amicicię vinculo coniungi vo
luit. Ad amiciciã requiritur ęqualitas & cõmunicatio, ideo
ſe Deus ſummo modo nobis communicauit homo factus. Et
quamuis iudex ſit & dominus, cum a nobis orari vult amicus
nuncupatur. Solent etiam homines ad amicos, quaſi ad ref-
fugium, neceſsitate vrgente confugere; ideo amicus Deus
noſter dicitur, vt diſcamus, ad ipſum nos quaſi ad ſecuriſsi-
mam ancoram cum tribulamur confugere debere. Deinde
quia magis a nobis amari vult quam timeri. Demum amicus
vocari vult, vt nobis confidentiam ad petendum augeat,
nam adeo arduum nobis beneficium collatum fuit, ex eo
quod Deus amicus noſter effici voluit, quod in eius cõpara
tione,



tione, quid quid petierimus parui erit momenti. Qui enim
noſtram naturã ad vnionẽ perſonalem euexit, quid nobis (ſi
iuſte petamus) denegare poterit? Iſte ergo amicus eſt ad
quem nocte conſurgentes accedimus ad petendum.

DIES ſecularibus negotijs deputatur, nox vero quie- Ibit ad eũ media nocte.
ti & ſopori. Quod vero nocte ad Deum proficiſcamur oſ-
tenditur, liberum debere eſſe animum ad orationem; &
feriatum a forenſibus negotijs, nec debere diſtrahi men-
tem. Ita Eſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, id eſt Eſa. 26
in quiete ſeparata a mundi tumultibus. Similiter Thre. 1. Thre. 1
Conſurge in nocte, & lauda in principio vigiliarum, ef-
funde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini. Qua
ſi dicat: Conſurge nocte ſeparata & feriata a mundanis ne-
gotijs, vt effundas cor tuum quaſi aquam ante dominũ, diſco
operiens nuditatem & paupertatem cordis tui, id autem ſo-
lus ſine tumultu cũ ſolo Deo. Vt enim oculus continuo cir Simile
cumactu verſatus, & nũc horſum illorſumq. deflexus, viciſ-
ſim & erectus, nũc ſurſum deorſumq. depręſſus, exacte cerne
re nequit, ſed obtutu in rem viſam incũbere eũ oportet; ſic
mẽtem humanam, ſexcentis mũdi curis diſtractam, rite ora
tioni incũbere, vix eſt vt euenire poſsit. Ita Dauid. Vacate, Pſal.
& videte quoniam ego ſum Deus. Acſi dicat. Vacate a ne-
gotijs ſecularibus, & videbitis &c. In templo duo erant al- Exo. 38
taria, vnũ in quo iugulabãtur animalia & offerebãtur, aliud Leui. 1.
erat altare incenſi; Ita nos, antequam offeramus Deo incen-
ſum orationis, ingreſsi Eccleſiam primo animalia occida-
mus, ſcilicet ſenſus, ne ipſi effuſi per ſenſoria, animam diſtra
hant & ipſi impedimẽto ſint, ne commode ad Deũ feratur.
Iugulentur oculi, ne vane circunſpiciant in Eccleſia; Au-
res ne a circunſtantibus negocia ſecularia audiant, lingua
etiam, ne vana & otioſa verba loquatur. Moſes ſepara- Exo. 3
tus a populo, cum Deo conuerſabatur, & populus ido-

 lum

lum adorabat. Ita ſæpiſsime hominibus accidit, mente
ſuperius in contemplatione eleuata, inferiores ſenſus(ni
contineantur ) idololatrare. Orationis ergo tempore de-
bent non ſolum ſenſus exteriores, ſed & extraneę cogitatio
Baſili° nes cohiberi, vt mens attentionem habeat. Ita dicebat Ba-
ſilius. Quietus igitur ſtatus animæ eſt, cum nec lingua lo-
quitur quæ ad homines pertinent, nec oculi colorum nito-
Ber- res circunſpiciunt in corporibus. Bernardus Eccleſiã ingre
nard° diens dicebat, Cogitationes huc vſq. non amplius. Abrahã
Gene. antequã monté conſcenderet, pueros & impedimenta reli
22. quit; Ita nos Eccleſiam ingredientes, debemus omnia mem
bra & ſenſus, Deo cõſecrare. Sic canit Eccleſia. Os, lingua,
mens, ſenſus, vigor, cõfeſsione perſonét, flameſcat igne cha
ritas, accẽdat ardor proximos. Id eſt taliter orationi incũbe
re debemus, vt omnia ſimul membra idipſum faciãt, & ſic
charitatis ardor in nobis excitari debet, vt proximos in Ec
Pſ. cleſia exiſtẽres accẽdat. Ita Pſ. Omnia oſſa mea dicẽt, quis ſi
1.Co. milis tui? Sic etiã Paulus 1. Co.14. Orabo ſpiritu, orabo &
14. mẽte. Parũ enim prodeſt, mẽte aliorſum diſtracta, voce ſolũ
ſine attẽtione orare. Sacerdotes Baal vociferabãtur a mane
vſq. ad veſperã, & ſanguinem ſibi cultellis extrahebant, He
3.Re. lias vero ſine tumultu Deũ orans, altareq. cõfectũ irrigãs,
17. exauditus eſt, deſcẽdenſq. ignis iuxta cõdictũ, altare & lig
na deuorauit. Ita multi ſunt qui vocibus potius, & exterio
ri reboatu veluti perſtrepentes orant, ſicut aliqui Eccleſia
ſtici in choro, qui multoties vocibus tantũ, ſine aliqua inte
rius attẽtione orãt; ſtudioſi vero attẽtiſsime, & ſine tumul
tu voce & lacrymis orãtes, exaudiũtur. Nõ igitur voce ſolũ,
ſed corde & cũ attẽtione ad Deũ accedẽtes, dicere debemus.
Ami- Amice cõmoda. Nulla noſtra petitio taxari debet, ſi quaſi
ce cõ- mutuũ a Deo expoſcimus, & ita interius ſẽtimus, ſicut exte
moda rius petimus. Mutuũ vero petimus, ſi quod a Deo expoſci
mihi. mus,



mus, propterea vt ipſi repẽdamus expetimus, veluti ſi ho-
norẽ petimus, vt proximos propter Deũ ędificemus, ſi diui
tias, vt in pauperes erogemus, ſi dominium, vt aduenas, vi
duas, & pupillos defendamus, ſi fortitudinem, vt pro Chri
ſto labores patiamur, arduaq. pro ipſo aggrediamur, ſi tem
perãtiã, vt carnẽ ſpiritui ſeruire cogamus, ſi iuſtitiã, vt Deo,
nobis, & proximo, quod debemus tribuamus, ſi prudẽtiã vt
pręterita pręſentia, & futura intelligamus, & actus noſtros
in Deũ dirigamus. Nõ ſicut multi qui cũ a Deo quęcũq. ha-
bẽt acceperint, nequaquã ipſi quidpiã reddũt, immo nec gra
tiã repẽdũt. Ita Pſ. Mutuabitur peccator, & nõ ſoluet. Nã ini Pſ.
qui a Deo accipiũt diuitias, & nõ ſoluũt eleemoſinas, poteſ
tatem, & non reddunt Deo honorem; Si enim vt ſapiẽs ait
Pro.22. Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fęnerantis; quanto Pro.22.
magis, qui a Deo accipit, debet ipſi ſaltim gratiã rependere?
Propterea dicebat Dauid 1. Para.29. Tua ſunt omnia & quę 1.Para.
de manu tua accepimus dedimus tibi. Nomine vero panis, 29.
neceſſaria quęuis tã ſpiritualia quã corporalia intelligũtur, Tres
ſicut nonullis videtur. Sed neceſsitatẽ, qua magis vrgemur, panes
nẽpe gratię, diuino Chriſt° artificio explicauit. Nã quemad
modũ quod a natiuo calore humidi radicalis, quotidie cõſu Similẽ
mitur, pane reſtauratur, ad corporalis vitę cõſeruationẽ; Ita
de ſpirituali vita ſentiẽdũ eſt; nã anima ſuũ etiam calorem,
quo ſpirituale alimentum conſumitur habet, nempe fomi-
tẽ, qui veluti Babilonis fornax in nobis nutritur, & ſpiritua
lis vitę nutrimẽta cõſumit, ex qua peſsimi huius ignis exuſ
tione, omnia pene incommoda oriuntur. Nã noſter appe
titus, extra nos, quaſi extra domũ abiẽs, per mũdi delitias va
gatur; rebus huius ſeculi allectus, & cũ reuertitur quaſi exe
ſus fame apparet (cũ iſta quæ in mũdo ſunt potius excitẽt,
quam eximat eam) reuertitur vero ſpiritualium chariſma-
tum, quæ veluti alimenta ſunt, egentiſsimus & famelicus,
Iſta

Iſta igitur a Deo expetimus quæ panis nominē intelliguntur Ita Eſa.33. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit, panis ei datus eſt. Quaſi dicat. Qui claudit aures ne inducentes ad peccandum audiat, & oculos ne malum videat, iſte in excelſis habitabit, quia a terra per deſiderium eleuatur, panis gratiæ & alimenti ſpiritualis, datus eſt ei. Et etiam ca.21. Cum panibus occurrite fugienti. Id eſt. Ei, qui a vitijs, quibus antea ſeruiebat fugit, occurrite cum panibus gratiæ, qui per Eccleſiæ ſacramenta conferuntur. Si vero panis nomine, reliqua omnia quibus indigemus intelligas, nō oportet, quæ de amico de via veniente diximus explicare.

Eſa.33. Eſa.21.

SED QVOD petentes a Deo non exaudiantur, nequaquam mirum eſt, nec propterea ab oratione ceſſandum, non enim ſine cauſa id Deus efficit. Ita dicebat Dauid. Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & nō ad inſipientiam mihi. Quibus verbis oſtendit Dauid, ſe interdiu & noctu ad Deum clamaſſe; Sed quod Deus non exaudiat orantem nequaquam eſſe debet inſipientiæ cauſa, ſed ſapientiæ, aliquid enim inde homines colligere debent. Nō nulli Deum noctu deprecantur, qui peccatorum tenebris inuoluti, aliquid a Deo expoſcunt, ſi ergo non exaudiuntur, non illis ad inſipientiam ſit, ſed intelligant id eſſe in cauſa, quod ipſum offendentes minime aliquando pænitent. Sicuti ſi aliquis ab amico epiſtolam tranſmiſſam legens, nequaquam id efficiat, quod amicus rogat, & ipſe poſtea amico transcribat, aliquid ipſi iniungens, ſi non reſpondet ei, intelligat in cauſa eſſe, quia ipſe prius rogatus ab eo per epiſtolam, nequaquam effecerit, quod a ſe poſtulabat. Ita Deus per prædicatores, & confeſſarios, aſsiduiſq; inſpirationibus veluti ſcribens alloquitur; homines vero vitijs inuoluti, minime

Noli mihi moleſtus eſſe Pſ. Simile.



nime curant; ſi quando ergo ipſi a Deo quidpiam petunt, ſi non accipiunt intelligant, illud eſſe in cauſa, quod eius præcepta contemnunt. Sic dicebat ſapiens Pro. 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et 1.Io.3. Chariſsimi, ſi cor noſtrum nō reprehēderit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quid quid petierimus accipiemus ab eo. Et Eſa.59. Ecce non eſt abreuiata manus domini, vt ſaluare nequeat, neq; aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat; ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum: Ac ſi dicat. Saluaret profecto Deus, & exaudiret, ſed iniquitates veſtræ impediunt. Nō nulli vero Deū die deprecantur, ſicut ſtudioſi viri, & quod quandoq; non exaudiantur, nō eſt cur animum deſpondeant. Ita Gregorius. Alto conſilio omnipotens Deus, differre ſolet voces petentium (cū electi ad ipſum clamant) vt merita petētium creſcant, & eo magis exaudiātur ad meritū, quo minus exaudiuntur ad votum: Nam ſicut manus & vaſa extendimus, ad ea recipienda quę nos petimus; ita cum Deus concedere differt, cor magis extendimus magiſq; meremur, quod petimus, ſi perſeuerauerimus, nam conſtantia eſt quæ obtinet quæ deſiderat. Præcepit Deus Ioſue, vt muros Hierico circuiret exercitus; Ita vt ſacerdotes cum tubis præcederent, & ſequeretur populus, & ita muros ſepties circuiret, quod cum feciſſet, muri Hierico corruerūt. Sæpe Deus miſericordiam ſuam muris clauſam habet, quaſi impedimētis, quos muros hominum peccata ædificant, ſi vero chriſtianus populus, in quo boni ſaltem aliquot reperiuntur, ſacerdotibus præcedentibus, quorum voces maiores eſſe debet, videlicet feruentiores per tubas ſignificatas interioribus orationis vocibus proſequatur, ſeptieſq; per perſeuerātiā circūdare nō ceſſet, impedimenta corruent. & orationes ante Dei cōſpectū intrabūt, & quæ petūt obtinebūt. Quid enim

Pro.28 1.Io.3. Eſa.59 Gregori⁹. Simile. Si perſeuerauerit &c. Ioſue.6.

Eccleſia ex ſacerdotibus & populo congregata, a Chriſto
Simile petet, quod non conſequatur? Si enim viri qui vxores
ſuas diligunt; ita ipſis in omnibus morem gerunt, vt ab
earum ore pendere videantur. Cum Saluator ſponſam ſuã
Eccleſiam diligat, concedet ipſi profecto, quæ rite petie-
Oſeæ.2 rit. Proptærea Deus dicebat, Oſeæ. 2. Deſponſabo te mihi
in fide, & ſcies quia ego dominus, & erit in die illa exau-
diam dicit dominus, & exaudiã cælos, & ipſi exaudient ter
ram, & terra exaudiet triticum, vinum, & oleũ, & hęc om-
nia exaudiēt Iezrael. Fructibus enim terræ ad neceſsitatem
iuſti clamantibus ad terrã, ipſa poſtea terra clamauit ad cæ
lum, quaſi dicens. Da mihi aquas, & cælũ quaſi dicet clamãs
ad deũ; Da mihi nubes, tunc ait Deus, Ego exaudiam cęlũ &
dabo nubes, & cælũ exaudiet terrã & dabit aquas, & terra
exaudiet fructus, & ſic ego & creaturę meę exaudiemus ſpõ
Gene. ſam meam, quę Iezrael id eſt ſemen Dei dicitur. Iacob tota
32. nocte cum angelo luctabatur, modo vincẽs modo victus, tã
dem angelo deprecanti reſpondit. Non dimittã te, niſi bene
dixeris mihi. Ita nos cũ Deo veluti orationibus luctari debe
mus, ipſumq. minime relinquamus, antequã nobis benedicat.
Lucę. Oportet enim perſeuerare. Sic dicebat Chriſtus. Oportet
33. ſemper orare, & nõ deficere, nã ſi deficiamus non meremur
obtinere quod petimus. Hoc Saluator explicauit quadã ſimi
litudine, vel potius diſsimilitudine. Iudex quidã erat in qua
dam ciuitate, qui nec Deum timebat, nec homines reuereba
tur. Iſta de Deo minime explicari debent, niſi per diſsimilitu
dinem, eſt enim argumentum a minori ad maius, ac ſi Chri-
ſtus diceret. Si Iudex ille iniquitatis, ſola mulieris importu-
nitate motus, quanuis nec Dei timore, nec hominum ve-
recundia permoueretur, effecit quod mulier illa petebat
Quanto magis Deus? Ita hic propter improbitatem peten-
tis, amicus conceſsit: Sic igitur, eſt efficax Chriſti argumen
tum a mi-



tum a minori. Nam ſi tantum effecit inſtans amici petitio,
quanuis importuno tempore, vt alter propter improbi-
tatem ſurgens conceſſerit; quantum oratio iuſti apud
Deum valebit, qui hominibus amicißimus eſt, & peten-
tium improbitate non offenditur, ſed delectatur? Profecto
perſeuerantia victus, non ſolum quæ iuſti petent, ſed am-
plius concedet. Quod quidem in parabola inſinuatur, Dabit
quia cõceſsit quot quot habebat neceſſarios. Ita Deus dat quot
omnibus affluenter, & non improperat, Sic dicebat Paulus quot
Ephe. 3. Ei autem qui potens eſt abundantius facere, quam habet
petimus, aut intelligimus. Abraham qui dicebat. Vtinã Iſ- neceſ-
mael viuat, Deus amplius dedit, ſcilicet, Iſaac. Salomoni nõ ſarios.
ſolum ſapientiã, ſed quę nõ petiit conceſsit. Zacharię pro po Ephe.
pulo oranti Ioannẽ dedit. Sed cum iſta nobis Deus cõcede 3.
re ſtatuat, quare ita nobis ſeuere pręcepit vt petamus? Hoc Gene.
etiã Deus ad noſtrã vtilitatẽ facit. Primo vt orantes merea 17.
mur quod petimus. Pręterea vt orantes familiares Deo effi Lucę.1
ciamur, nulla maior familiaritas quã ſępe Deũ alloqui. Nã Simili
qui aſsiduo colloquio regi famaliaris efficitur, non mirum ſi tude.
diues aut potens euadit, pręſertim ſi Rex liberalis ſit, mini
meq. ingratus. Ita non mirum eſſe debet, eos qui continua o
ratione Deo familiares efficiuntur, bonorum operum, &
gratiarum diuites euadere, ſicut electi omnes qui orationi-
bus, tot, tamq. mira a Deo impetrarunt. Demum Deus a no-
bis exorari vult, vt humiliati noſtras miſerias oſtendamus;
veluti pauperes in plateis, qui infirmitates oſtendunt, vt ho
mines ad ſubueniendum commouere poſsint. Ita nos miſe-
rias, deffectus, paupertatem ſpiritus, oſtendamus, ſicut, Da Pſ.
uid. Vt quid Deus repellis orationem meam, pauper ſum e-
go & in laboribus a iuuentute mea.

OB has ergo cauſas Deus a nobis exorari vult. Propterea
ait. Petite feruidis animę petitionibus, & vocibus exterioribus,

 ſcilicet

Petite & accipietis. ſcilicet oratione vocali ſimul, quærite per bonã operã; qui
enim peruerſe viuunt cur a Deo, quę petunt impetrare prę
ſumunt? Qui vero bonis operibus eleemoſinis, ieiunijs
Deum quærunt, inuenient: pulſate per conſtantiam, & ape
rietur vobis. Nã quicũq. petit voce & corde, accipit. Qui
quęrit bonis operibus incũbens, inuenit. Et qui pulſat perſe
uerando, ei aperitur. Sed quomodo Saluator iſta dicit, cum
multi minime quod petũt accipiant? Chriſtus nequaquã ait
quod accipiet id quod petit, ſed quod accipiet. Deus enim
nõ ſemper cõcedit quę petimus, ſed cõcedit id quod nobis
expedit, & ita qui petit accipit, quod ſibi expedit, & qui
quærit inuenit quod ſibi oportet, & pulſanti aperitur, non
ſemper ad id quod ipſe expetit, ſed ad id quod ſibi magis
Simile expedit. Pater enim ſi ſapiens medicus ſit, non quæ filius
petit, ſed quod ipſe illi expedire intelligit, concedit; Ita
Deus qui pater eſt noſter, & medicus, nequaquam quę peti
mus, ſed quæ nobis conueniunt concedit. Quod quidem Sal
uator inſequentibus oſtendit dicens:

Quis veſtrũ patrẽ petit panẽ QVIS veſtrum patrem petit panem, numquid lapidem
dabit illi? Multi enim a Deo panem petunt, ſed quia Deus
intelligit, illis lapidem futurum, minime concedit. Quia nõ
panem ſed lapidem daret. Alij a Deo piſcem petũt, ſed Deus
illis ſerpentem piſcem futurum præuidet, & ideo non con-
cedit, quia non piſcem, ſed ſerpentem daret. Nonnulli a
Deo ouum petunt, Deus autem intelligit illis ouum ſcor
pionem futurum, propterea negat quia non ouum ſed ſcor
pionem daret. Petis a deo panem ſubſtantię huius vitę ſcili
cet diuitias, Deus autem intelligit tibi diuitias lapidem fu
turas, quia te vt lapidem indurabunt, vel te ad ima trahent,
ideo mauult tibi negare, quam lapidem concedere, & ſic ti
bi præſtat quod oportet, ſad non quod petis. Multos enim
videas, quibus Deus diuitias conceſsit, adeo duros in paupe
res &



res & hoſpitalia, vt diuitię illis in malũ cedãt, & quãdo De⁹
iſta concedit, nequaquam ſalutis ſigna ſunt, quia vt Grego Gregorius.
rius ait. Multa Deus concedit iratus, quæ negat propitius.
Alij a Deo petunt piſcem poteſtatis, vel ſalutis corporis,
vel pulchritudinis corporalis, ſed quia Deus præuidet ſer
pentem futuram, non concedit ſuis electis. Multi enim pri-
uatam vitam agentes, ſtudioſi ſunt, qui aſſumpta poteſta-
te peſsimi euadunt. Sicut Saul. Similiter aliquibus ſa- 1. Re.
lus in malum cedit, & pulchritudo etiam, propterea
Deus non concedit. Aliquĩ petunt liberari ab aliquo peri-
culo, Deus vero non concedit, quia forſam illis in malum
cedet. Alij petunt a Deo ouum ſcientiæ, Deus autem prę ui
det, non ouum illis, ſed ſcorpionem futuram, quia vel plus
quam oportet ſcire eos deſideraturos intelligit, vel in ſu-
perbiam elatos perituros: O quot in mundo ſunt, quibus
ſcientia ſcorpio fuit, qui ſi idiotę & ignorantes extitiſſent,
forſam illis melius ſucceſsiſſet. Multi enim ſcientia elati e-
uaſere; Alij hæretici, qui ſcorpionibus ſimiles venenũ ſpar
ſerunt. Cum ergo Deus pater ſit dilectis filijs, minime quæ
petunt concedit, quamuis quæ illis expediunt tribuat. Per-
uerſis autem quibus Deus iratus eſt, aut quorum non eſt
per gratiam pater, concedit quandoq. quæ ſuis filijs negat.
Sicut illis qui carnes petierunt, adhuc eſcę erant in ore ip-
ſorum, & ira Dei venit ſuper eos. Quæ vero filijs concedit, Pſ.
in bonum cedunt, ideo confidenter ſicut a patre petamus
quia vt Chriſtus infert, ſi homines, qui vt plurimum mali
ſunt, filijs bona & non ea quæ nocitura ſunt concedunt,
multo magis cæleſtis pater bonum ſpiritum concedet, his
qui ſincere ſupraq. poſitis conditionibus petierint. Ecce
quid petendum, non diuitias, quia plerumq. homines quaſi
lapides indurant, non dominia, quia multoties venenoſa
ſunt, non ſcientiam, quæ in ſcorpionem quandoq. aliquibus

 conuer-

conuertitur. Sed ſpiritum bonum de quo verba Chriſti verificantur. Omnis qui petit accipit, tam iuſtus quam peccator, ſi ex animo indolens petat ſpiritum bonum, id eſt participationem diuinæ ſpiritualitatis per gratiam, qui quæſierit inueniet, & pulſanti aperietur &c.

## QVI NON INTRAT PER OSTIUM IN OUILE OUIUM ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro, qui autem intrat per oſtium paſtor eſt ouium &c. Io. 10.

LITERALEM huius parabolæ ſenſum ſuperius expoſuimus, parabolam (Ego ſũ paſtor bonus) exponentes, nunc in concionatorum gratiam, per adaptationem a feſta pentechoſtes applicantes, aliter exponemus.

### CONCIO.

HOMO a philoſophis minor mundus appellatus eſt, ob id quia ſicut in maiori mũdo Deus & creaturæ ſunt, ita in homine corpus & anima. Creaturæ vero in maiori mũdo a Deo habent eſſe, vitã, & motum, corpus etiam in homine, ab anima eſſe habet, vitam & motum. In maiori vero mundo, quia criaturæ iſta a Deo habent, per creaturas ad creatoris cognitionem aſſurgimus; Ita etiam, quia corpus ab anima eſſe habet vitam & motum, per corpus in ipſius animæ cognitionem deuenimus, cuius effectus in ipſo corpore manifeſte conſpiciun.



ſpiciuntur. Sic etiam quadam ſimilitudine ſpiritualem animę vitam, qua Deo coniungimur per corporalem intelligimus; & ſicut ad corporalem vitam generatio primo requiritur (tali enim homines mutatione a non eſſe ad eſſe progrediũtur) ita ad ſpiritualem vitam, generatio primo per baptiſma requiritur, qua homines ſpirituale
eſſe acquirunt, quæ regeneratio dicitur. Ita 1. Pe. 1. Re- 1. Pet. 1.
generauit nos in ſpem viuam. Et Paulus ad Titum. Sal- Tit. 2.
uos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis &c. Iſta communis eſt & libera porta ad ouile Chriſti, qui hac ingrediuntur paſtores ſunt, qui autem aliun-
de fures ſunt & latrones. Ea propter pagani & infide- Qui
les, quamuis moralibus virtutibus incumbant & philo- nõ in
ſophi qui de virtutibus & vitijs ſubtilia multa tractarunt, la trat
trones & non paſtores erãt, eo quod nequaquam per portã per oſ
baptiſmi, quo fides profitetur ingreſſi ſunt. Iſta porta Salua tium.
tor eſt, quia in ipſo & in ipſius morte baptizati ſumus, ſi- Oſtiũ.
cut Paulus ait ad Ro. 6. Eſt etiam oſtium, quia per ipſum Rõ. 6.
homines habent conſortium ad populum Dei, in ipſum
per baptiſma credẽtes, ita dicebat Saluator Io. 5. Nemo ve Io. 5.
nit ad patrem, niſi per me. Et Paulus ad Ro. 5. Per ipſum ha Rõ. 5.
bemus acceſſũ ad Deum & ad Hebre. 10. Habemus fiduciã Hebrę
in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. Qui ergo mini- 10.
me per Chriſtum ingrediuntur, aliunde, & non per oſtiũ intrant, qui vero per Chriſtum intrat ſaluabitur. Quia vt Pau
lus ait ad Gala. 6. In Chriſto Ieſu, neq. circunciſio, aliquid Galã.
valet, neq. pręputium, ſed noua creatura. Quaſi dicat. Neq. 6.
Gentiles, neq. Iudæi quicquam proficient, aut merebuntur apud Chriſtum, ſed noua creatura, id eſt quæ nouum vitæ ſpiritualis eſſe acceperit per baptiſma. Idem etiam
dixit ad Ephe. 4. Induite nouum hominem qui ſecun- Ephe.
dum Deum creatus eſt, id eſt induite hominem nouo 4.
modo

modo eſſe habentem per fidem, qua intellectus viuit, et per charitatem, qua viuit affectus. Ita etiam ad Titũ vocat regenerationem & renouationem ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abũde. Quia per baptiſma in Chriſto renouati ſumus ad nouam vitam, per ſpiritum ſanctum quem abunde in nos effudit, nam huius portæ ipſe eſt oſtiarius, qui nobis eam aperit ad vitam. Taliter quod vita noſtra a Chriſto cauſatur, vt ipſe ait. Ego veni vt vitam habeant ſcilicet noſtram animæ; Abũdantia vero de qua Chriſtus loquitur. Vt abundantius habeant, cauſatur a ſpiritu ſancto. Nã duo motores homines ad bonum impellunt, alter interior ſcilicet ratio, & alter exterior videlicet Deus, nam ratio ad benè operandum inclinat, Deus etiam aſsidue ad bene viuendũ impellit. Vt autem homines prõpte rationis motũ exequãtur, dantur habitus virtutum, quibus prompte ſtudioſi operantur. Verbi gratia ratio inclinat ad vnicuiq. quod ſuũ eſt tribuendum, & vt prompte hoc exequantur homines, datur habitus iuſticiæ. Ratio etiam inclinat ad reprimendũ paſſiones, concupiſcibilis, & vt hoc faciliter efficiant homines, datur illis habitus temperantiæ. Vt facilius etiam ardua aggrediamur, & ne timore deterriti retrahamur, datur virtus fortitudinis. Ratio etiã inclinat ad futura & pręſentia adq. præterita (quantum fieri poteſt) cognoſcenda, vt rite actus noſtros ad finem dirigamus, ad hoc datur virtus prudentiæ, & ſimiliter de alijs virtutibus dicendum eſt. Secundus vero ad bonum motor Deus eſt, cui per fidem, qua intellectus viuit & charitatem qua affectus, vnimur. Vt igitur prompte eius motionem ſequamur, ſpiritus ſanctus nobis ſua bona concedit, quibus ſicut habitibus inclinamur, ad Dei impulſum prompte exequendum, tam ex parte intellectus quam ex parte affectus.

Tit. 3.

Oſtiarius.

EX parte quidem intellectus primum donum eſt in

tellectus;



tellectus, quo ea quę nobis fide proponũtur credenda penetramus, in ſcripturis ſcilicet ſpiritum ſub littera latentem, ſenſum ſub verborum cortice, veritatemq. eorum quæ ſub figuris adumbrata ſunt. Iſta apoſtoli per ſpiritum ſanctum penetrarunt, ſicut illis dicebat Saluator. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia quæcumq. dixero vobis. Et hoc fuit maximum beneficium nobis per apoſtolos collatum. Quia quamuis pater aliquis ſuo filio pinguem hæreditatem relinquat, oportet vt ſcripturas & contractus illi concedat ius ſuum continentes; Ita chriſtiani hæredes Dei conſtituti ſunt & Chriſti cohæredes, ius vero noſtrum in ſacris ſcripturis exprimitur, in quibus eius promiſſa continentur, aduentu vero Spiritus Sancti, quaſi ſcripturæ nobis traditæ ſunt, in quibus ius noſtrum declaratur, quia apoſtoli prædeceſſores noſtri earum intellectum hauſerunt, multa enim tunc intellexerunt, quæ antea minime penetrabant. Ita Iob 32. Vt video ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis, dat intelligentiam. Acſi diceret. Manifeſte apparet, ſpiritum ſanctum in hominibus eſſe, & Dei inſpiratio interior, dat intelligentiam ſcripturarũ. Hoc ſpiritus ſancti dono ingreſsi per portã ad ouile Chriſti, cognoſcimus noſtras oues, ſcilicet potentias, ita vt nominare eas poſsimus, & intelligimus propriũ vniuſcuiuſq. munus. Sed non ſufficit hoc, ſed oportet vt in rebus diuinis quæ nobis proponuntur per donum ſapientiæ, rectum proferamus iudicium, & quia tale iudicium hæretici non habent, a veritate deuiant. Ita dicebat Paulus 2. Co. 2. Loquimur non in doctis humanę ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus ſpiritualibus ſpiritualia comparantes, animalis autem homo non percipit ea que ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim illi eſt, & nõ poteſt intelligere, quia ſpi-

Io.

Simile

Iob. 32.

Oues vocat nominatim

2. Co. 2.

Mm ritualiter.

ritualiter examinatur, ſpiritualis autem iudicat omnia. Aduerte ſublimia pauli verba, loquebatur de diuina ſapientia, quam quidem ſe explicare ait, non artificioſis huius humanę ſapientiæ verbis ornatu mundano politis, ſed loquimur (inquit) in doctrina: quam nos docuit ſpiritus ſanctus, & ita ſermones noſtri ſpirituales ſunt, & rerum ſpiritualium, qui poſſint comparare ſpirituales res cum ſpiritualibus, iſta vero homines ſecundum animalem ſenſum intelligentes, nequaquam penetrant, quia excedunt ordinem rerum naturalium & totius vniuerſi, & ideo ſtultitia illis videntur, quæ a ſpiritu ſancto reuelata ſunt, quia illi naturali ſolum ratione cognoſcunt immo nec ſe ipſos intelligunt, ſi ſecundum ſpiritualia reuelata examinentur, homo vero qui lumine ſpiritus ſancti donatus eſt & reuelatione, iudicat omnia recto iudicio, tam ſpiritualia quam carnalia, de hoc dicitur Iob 11. Vtinam Deus loqueretur tibi & aperiret labia ſua tibi, & oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex eſt lex eius. Quaſi dicat. Si tibi Deus per reuelationem loqueretur, oſtenderetq. diuitias ſapientiæ ſuæ, inteligeres legem eius in ſcriptura contentam multiplicem eſſe, id eſt vario modo interpretari poſſe. Hoc dono ſapientiæ oues noſtras paſcimus verbis diuinis, rectũ de omnibus proferentes iudicium. Non ſicut animales homines, qui terrenarum rerum ſolum notitiam habere volunt, alia vero floccipendunt. Dono vero ſapientię de ſpiritualibus ita iudicamus, quod temporalia ſtercora reputamus, & taliter potentias noſtras paſcimus, nõ carnalibus herbis, ſed ſpiritualibus a ſpiritu ſancto per donum ſapientiæ reuelatis. Iſta ſunt paſcua ſpiritualium hominum. Dono vero ſcientiæ, in rebus humanis, rectum proferimus iudicium, in primis de ſcientijs mundanis quas ſuo loco ſtatuimus, Nonnulli namq. a veritate exorbitarunt quia pluſquam decet humanas facultates ę ſtima-

Job 11.

Educit oues ad paſtũ.


ſtimarũt, quibus eatenus vtendum eſt, quatenus ſupręmę ſapiẽtię minime opponũtur, vel ad ſuperiores & vtiliores ſciẽtias perdiſcendas conducũt, aut ad mores hominum moraliter componendos, multa enim in Philoſophorum & gẽtilium libris ægregie dicta reperiuntur, & ad ea perdiſcenda eorum libros euoluere licet, caute quidem & obiter. Ita dicebat Seneca. In aliena caſtra trãſiẽs, nõ tãquam per fugã, ſed ſicut explorator; Ad cognoſcẽda ſcilicetq nobis prodeſſe poſſunt ad ędificationẽ, reliqua dimittẽda: quia ſi quæ vtilia nõ ſunt, immo quãdoq. cõtraria ſumimus, nõ exploratores, ſed perfugæ ſumus. Dono vero ſciẽtię de his recte iudicamus deq. alijs mũdanis rebus, quas minime æſtimamus. Ideo dicebat Paulus ad Phili. 1. Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet, in omni ſciẽtia, & ſenſu, vt probetis potiora, & ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti. Acſi dicat. Deũ corde oro, vt veſtra charitas creſcat indies, & etiam ſcientia & ſenſus, id eſt cognitio, per ſcientiam quidẽ quantũ ad ſpeculatiuam, per ſenſum vero quantũ ad practicã: Acſi dicat. Vt creſcat veſtra cognitio tã in ſpeculatiuis myſterijs fidei, quam in moribus, vt experiẽtia probetis per talẽ cognitionẽ iudicantes, quæ ſint potiora, nẽpe ſpiritualia, & ita cognitionẽ diuinã humanæ præponetis, & res diuinas rebus caducis, & ita expurgati, tã ab his ſciẽtijs humanis, quam a terrenis rebus, eritis ſinceri & ſine aliqua Dei offenſa. Propter hoc ſpiritus ſancti donum, oues noſtræ audiunt vocem noſtram, qua ipſas inſtruimus de fidei ſpeculatiuis myſterijs, & practicis probantes per iudicium potiora. Adhuc intellectus adiuuatur a ſpiritu ſancto dono conſilij in particularium rerum operatione, cuius officium eſt præſertim finem præſtituere, & media tempore opportuno aptare. Ita igitur hoc donum ſpiritus ſancti quod eſt conſiliũ impellit nos, vt propte Deum in omnibus nobis vt

Seneca.

Phili. 1

Oues vocẽ audiunt.

finé præſtituamus. Qui enim Deum ob oculos habet, à mul
Cant.1. tis delictis ſe abſtinet. Ita Cantico.1. Pone me vt ſignaculum
ſupra cor tuum. Multi vero ſi interrogentur, ſecure ſe Deū
pro fine habere fatentur, cum temporalibus rebus eos vehe
menter inhiare videamus. Quomodo enim credibile eſt,
Simile eos ad Deum tendere, cuius penitus ſunt obliti? Si quiſpiam
alium percontaretur de ciuitate ad quam pergeret, & oſten
ſa ſibi via, aliam arriperet, certe talem minime illuc perge
re putaremus. Ita homines auijs itineribus a via Dei alie-
nati, nequaquam credendum eſt eos Deum pro fine habe
re. Oportet etiam media ad talem finem conuenientia aſſu-
mere, pænitentiam, virtutes, confeſsiones crebras; aliter
autem voluptatibus & genio indulgentes, minime finem
Nu.32. conſequentur. Filij Gad & dimidia tribus Manaſſes a Mo-
ſe terram petebāt trans Iordanem, quibus Moſes præce-
pit, vt præliarentur prius ſicut reliqui, & finito bello, tan-
dem id conſequerentur, ſed minime ipſis ſine labore ter-
ram in qua Requieſcerent concedere voluit. Ita nos exi-
ſtimare oportet, nequaquam ſine labore ſupræmum fi-
nem conſecuturos Sed prius legitime præliandum, vt præ-
ſtitutum finem conſequamur. Media etiam congruo tem-
pore exequenda ſunt, nempe iuuentutis, & non eſt ex-
pectanda ſenectus; Sicuti multi iuuenes qui florem iuuen-
tutis Diabolo offerunt, & feces ſenectutis Deo. Propterea di
Pro.2. cebat Sapi. Pro.2. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſciētia
animæ tuæ placuerit, conſiliū cuſtodiet te, & prudentia ſer-
uabit te, vt eruaris a via mala. Quaſi dicat. Si habueris donū
ſapientiæ ad iudicandum de diuinis, & ſcientiam qua iudica
re poteris de humanis, donū cōſilij cuſtodiet te, & prudētia
Ante ſeruabit te, vt eruaris a via mala, id eſt per conſiliū liberaue
eas va ris, ne viam vitæ deſeras. Hoc dono ante oues noſtras vadi-
dit. mus, viam illis oſtēdentes, ita Pro.4. Oculi tui videāt recta,
Pro.4. & pal-



& palpebræ tuę pręcedant greſſus tuos. Ac ſi dicat. Oculi in
tellectus per conſilium, id quod rectum eſt videant, & con-
ſultationes ad bonum per palpebras ſignificatas, præcedant
greſſus tuos, ſcilicet tua opera: id eſt antequam quicquā ope
reris, prius illud oculis conſilij reſpice, & ita potentias tuas
reges ad bene operandum. Iſta dona prædicto modo perfi-
ciuat intellectum, qui per fidem vitam habet.

ALIA vero quę ſequuntur perficiunt voluntatem, & in
primis donum timoris, qui affectum ſic perficit, vt eū in per
petua ſolicitudine cōſtituat, ne creatorē offendat. Ita Pro.15. Pro.15.
Per timorem autem Domini declinat omnis a malo. Prop-
terea omnes timorē in pectore quaſi pectorale deberemus
portare. Tāti Iacob Dei timorē æſtimabat, vt ipſi tribueret Gene.
quod Labā ſocer ſuus, ipſum non nudū dimiſiſſet, dicebat e-
nim. Niſi Deus patris mei Abrahā, & timor patris mei Iſaac
affuiſſent mihi, forſitā nudū me dimiſiſſes. Oſtendens timo-
rem Dei quē pater ſuus Iſaac habuerat, in cauſa fuiſſe quod
non erga illum crudelius ſe geſsiſſet, quaſi ipſum timor fue
rit tutatus. Hoc dono timoris noſtras potentias cohibemus
ne aberrent, & vagentur & eas ſolicite per timorem cu-
ſtodimus. Ita Dauid confige timore tuo carnes meas, a iu- Pſal.
dicijs enim tuis timui. Quaſi dicat. Cohibe carnes & poten
tias meas tuo timore, ne aberrent a via mandatorum, &
per vitia diſſolutæ vagentur. Voluntas etiam perficitur
a Spiritu Sancto per donum pietatis, quo Deo debitum
cultum exhibemus. Nam ſicut Regi terreno fidem ſer- Simile
uamus, alioquin crimen leſæ maieſtatis commiteremus:
honorem etiam illi præſtamus, & alia quæ terrenis Re-
gibus dari ſolent. Ita nos etiam Deo primo fidem, dein-
de honorem, poſtea obſequium dare tenemur, quæ ſunt
debita. Pietatis etiā opus eſt amore parētes proſequi & ve-
nerari poſt deū, proximos etiā pietate proſequi oportet. Ita
Mm 3 dice-

1.Thi.3. dicebat Paulus 1. Thi.3. Pietas ad omnia vtilis eſt. Nã pie-
tate Deo, nobis, parẽtibus, patriȩ & proximis quod debetur
1.Ti. 6. præſtamus. Ita 1. Ti. 6. Eſt autẽ queſtus magnus pietas cum
ſufficiẽtia. Multa ſiquidẽ bona lucramur pietatis opera exer
cẽdo. Hoc dono oues fouemus, & ſeruamus ſicut paſtor effi
cere ſolet. Iuuat etiã ſpiritus ſanctus volũtatẽ dono fortitu-
dinis, quo ardua pro Chriſto aggredimur, nã timidi quos la
bores deterrẽt regnũ Dei minime merẽtur conſequi. Salua-
tor enim dicebat. Regnũ cȩlorũ vim patitur, & violẽti rapiũt
illud. Id eſt fortes nõ timidi. Fortitudinis autem cũ duæ ſint
partes, ſuſtinere & aggredi, fortiores ſunt qui ſuſtinẽt, quam
qui eggrediũtur; quoniam cũ obiectũ fortitudinis res ardua
ſit, & difficilis, difficilius eſt ſe ipſum vincere quã alia. Ita
martires fortiores fuerũt, qui ſe ipſos vicerũt. Præterea præ
ſtantius eſt ſuſtinere quã aggredi, nam qui aggreditur incer
to ſe periculo exponit, qui autẽ patienter ſuſtinet, certæ ſe
morti deuouet. Propterea Martires fortiſsimi fuerũt tot
pro Chriſto tormẽta patiẽtes. Partes vero fortitudinis ſunt
fiducia, magnificẽtia, patiencia, perſeuerãtia. Fiducia primo
bonũ opus aggreditur, certa ſibi ſpe propoſita finem acqui-
rendi, magnificẽtia vero proſequitur exultans ſine eo quod
deterreatur, patientia inſultus ſuſtinet, perſeuerantia vero
ro minime retrocedens, nec proſperitate, nec iniuria, nec ad-
uerſitate, turbatur, ſed ſtabilis & conſtans finem aſſequitur.
Tali ſubſidio & dono voluntatem ſpiritus ſanctus perficit
Ro.8. & adiuuat ſicut Paulus dicebat ad Rom. 8. Ipſe ſpiritus adiu
nat infirmitatem noſtram. Adiuuat profecto virtute & do-
no fortitudinis, qui vires confortat quibus nihil aggredi ti-
Phi. 4. meamus. Ita Paulus ad Phi. 4. Omnia poſſum in eo qui me
confortat, ſcilicet in ſpiritu ſancto, qui nobis fortitudinem
tribuit. Hoc ſpiritus ſancti dono oues noſtras, ſcilicet po-
tentias defendimus, ne tentationibus deijciantur, viriliter
pro



pro eis certantes, ne ſuccumbant, nemo enim coronabitur ni
ſi qui legitime certauerit. 2. Thi. 2. 2.Th.2.

ECCE quibus habitibus Spiritus Sanctus homines per
ficit, in intellectu & affectu, vt prompte Dei inſtinctum exe
quantur. Iſta eſt vita de qua Saluator loquitur. Veni vt vitã
habeant, & abundantius habeant. Viuit enim intellectus per
fidem, per quam quaſi per portam in ouile Chriſti ingre-
dimur, abundantia tribuitur Spiritui Sancto, nam dona non
reperiuntur niſi in his qui viuunt per gratiam iſtam. Igitur
vitam abundare facit per donum intellectus, quo ea quæ fi-
dei ſunt penetramus; per donum ſapientiæ, quo rectum feri-
mus iudicium in rebus diuinis; per ſcientiam, qua in rebus hu
manis; & etiam per conſilium quo dirigimur in rebus par-
ticularibus, quas operamur. Voluntas viuit per charitatem,
quæ etiam vitæ abundantiam habet per donum timoris, quẽ
nobis tribuit Spiritus Sanctus, quia ipſo potentias cohibe-
mus & ſoliciti viuimus, per donum itidem pietatis quo Deo
cultum, parentibus proximiſq. debitum tribuimus, & per
donum fortitudinis quo grauia & ardua pro Christo aggre
dimur, & aduerſa tolleramus, habemus ergo vitam per fi-
dem & charitatem, & abundantius habemus per dona Spi-
ritus Sancti. Ita dicebat Paulus 2. Co. 9. Potens eſt Deus 2.Co.9
omnem gratiam abundare facere in vobis, id eſt, poteſt effi
cere vt vita gratiæ in vobis abundet & 1. The. 4. Rogamus 1.The.4
vos & obſecramus in domino Ieſu, vt quemadmodum ac-
cepiſtis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, & pla-
cere Deo, ita & ambuletis & abundetis magis, quaſi di-
cat: Scitis quomodo vos docui ambulare in via Dei fide &
amore, ita igitur ambulate, & ambulate indies, & creſci-
te in via ſpiritus, quæ quidem abundantia vt do-
cuimus per dona Spiritus Sancti
tribuitur.

HO-

## ¶ HOMO QVIDAM FECIT cænam magnam, & vocauit multos, & miſit ſeruum ſuum hora cænæ dicere inuitatis, vt venirent &c. Lucę 14.

HANC Parabolã propoſuit Chriſtus cũ cõuiuio eſſet exceptus, a quodam principe Phariſæorũ, poſt alia ſalutaria documenta quibus conuiuas inſtruxerat, occaſione accepta a quodam ex conuiuis, qui dixit. Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei. Scopus ergo Chriſti eſt oſtẽdere, qui ſint qui tali fælicitate fruẽtur, & qui ſint ab ea excludẽdi, aperte inſinuans Iudæorum primores, qui primo ad conuiuium fuerunt vocati excludendos, in quorum locum contemptos ex Iudæis & gentibus ſucceſſuros. Homo iſte Saluator eſt. Cęnę vero magnę nomine, Nonnulli fælicitatem, alij Chriſti in Eccleſia diſpenſationem ſignificari dicunt, rectius tamen cæna magna ſignificat conuiuium quo in Eccleſia paſcuntur fideles per fidem, & in cælo per ſpeciem, nã ſicut vna eſt Eccleſia militans & triumphans, ita vnum eſt conuiuium quo in hac vita paſcimur per fidem, & in alia per ſpeciem. Ad hanc cænam Chriſtus primo multos inuitauit, ſcilicet Iudæos quaſi conciues ſuos, per ſe quidem deinde per ſuos Apoſtolos, & prædicatores qui per ſeruum ſignificãtur. Poſtea etiam hora cænæ quæ fuit poſt Chriſti reſurrectionem, quando cælum apertum eſt inuitatos, iterum apoſtoli vocabant dicentes. Venite quia parata ſunt omnia, Qui vero per ſeruum vocati ire reccuſarunt, vel Iudæi, vel

Iudęo



Iudæorum primates ſignificãtur, qui rebus terrenis occupati conuiuio intereſſe noluerunt, & quia res terrenæ, quæ homines a conuiuio cæleſti abſtrahere ſolent, poſſeſsiones ſunt, & voluptates, poſſeſsiones autem agri ſunt, aut pecora, propterea per tres qui ſe excuſarunt, intelligũtur omnes qui quauis terrenarum rerũ occupatione, a cõuiuio cęleſti excluduntur. Primi ambicioſi ſunt, alij auari, alij autem voluptuoſi, quanuis hoc diuerſimode exponatur. In eo vero quod reuerſus ſeruus, nunciauit domino ſuo vocatorum excuſationes, iratuſq. dominus iuſsit alios vocari; ſignificat Chriſtum Iudæis qui primo vocati fuerunt iratum, iuſsiſſe Apoſtolis, vt alijs Euangelium prædicarent. Nomine vero, debilium & claudorum, cæcorumq; abiecti & plebei Iudæorum intelligendi ſunt, qui a plateis & vicis ciuitatis vocati ad Eccleſię conuiuiũ ſunt introducti. Si vero per eos qui ſe primo excuſarunt Iudæos in cõmuni intelligas, nomine aliorum gentiles intelligi poterunt, qui a Iudæis cęci & claudi æſtimabantur. Ij vero qui tertio vocati ſunt a vijs & ſepibus, ſignificãt quoslibet in extremis orbis partibus commorantes, qui tandem vocandi ſunt quouſq. numerus electorum compleatur. Quod vero aliquos compellere iubeat, non proprie intelligenda eſt coactio nã omnes volentes, Eccleſiã ingrediuntur, ſed intelligitur cũ per aliquod exterius opus, vel miraculum aliqui ex nolentibus fiunt volentes. Nec maior a Deo ingratis pæna infligitur, quam quod non intererunt beatitudinis conuiuio.

## CONCIO.

SI FOELICITATIS deſiderium a natura hominibus inditum, cum deteſtatione miſeriæ, taliter eos ad ipſam inquirendum impellit, vt nullos ſubire la

 bores.

bores recuſent; quamuis falſa æſtimatione decepti ad ipſam
auijs itineribus contendant; Dictu mirum chriſtianos ho-
mines, qui niſi volentes a fælicitate exorbitare nõ poſſunt,
fidei lumine non id ſolum in quo conſiſtit, ſed media qui
bus certiſsime conſequatur oſtendente, hoc nobiliſsimo &
a natura conceſſo appetitu fruſtari. immo cum Chriſtus cer
tiſsimis Euãgelij verbis, nõ offerat ſolũ, ſed inuitet: Ipſi labo
rioſos huius vitę latices & puteos quæritãtes, fontẽ ſapiẽtię
deſerũt, ſupremęq. fęlicitatis cõuiuiũ faſtidere, ſpemq. extin
guere & ſepelire minime erubeſcũt. In huius igitur prauæ
ęſtimationis pęnam, beatitudinis autor Deus, indignos eos
ſuę iucũditatis mẽſa iudicans eijcit, & alios nihil tale expe-
ctãtes, in eorũ locũ vocare iubet. Tale quippiã Saluator no-
bis propoſita parabola minatur, ſub iudæorũ typo, qui pri-
mo vocati ad conuiuiũ ire recuſarunt, ſi bonitatis eius diui
tias contemnamus terrenæ fælicitatis amore, nec ipſi defutu
ros, quos nobis exploſis, ad ſuę fęlicitatis mẽſam introducat.

HOMO iſte Saluator eſt in ſimilitudinem hominũ
HOMO quidã fecit cænã magnam. factus & habitu inuentus vt homo. Cænæ vero magnæ no-
mine non cæleſte ſolum conuiuium, ſed etiã quod Chriſtus
in Eccleſia parauit intelligitur, quo paſcuntur fideles, cuius
menſæ panis verbũ Dei eſt, fercula ſacramenta, præſertim
Euchareſtia, hic enim & in cælo Saluator nos conuiuio ex-
cipit. Sicut enim vna eſt Eccleſia militans in mundo, &
triumphans in cęlo; Ita vita eterna hic incipit per fidem, &
ibi cõpletur per viſionem, & ſic vnum quodamodo eſt conui
uiũ, quo militãs & triũphãs Eccleſia paſcitur; quia vnus eſt
Deus quo fruimur per ſpeciẽ, & quẽ cognoſcimus per fidẽ;
vnus Chriſtus, quo hic ſub velamine, & in cælo ſine velami
ne fruimur, vnus deniq. panis ſed diuerſimode paratus & ſũp
tus. Comparatur vero cænæ, quia in nouiſsima mũdi ætate
paratũ eſt, & quia finem non habebit, & ideo non cęna ſo-
lum



lũ, ſed magna cæna dicitur, magna æternitate, quia nũquã fi
nietur, magna propter eũ qui ſeruit, qui Chriſtus eſt, qui trã
ſiens miniſtrabit illis. Magna etiam quia cibus præcioſsi-
mus eſt Chriſti ſanguine comparatus. De hac cæleſti cęna
Chriſtus loquebatur Lucæ 22. cũ Apoſtolis dicebat. Ego Lucæ.
diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ, vt eda 22.
tis & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo. Metaphorice
enim per edere & bibere, intelligit ſatietatem ſapientiæ in
intellectu, cum fruitione. Ita etiam Eſa. 58. Cũ nõ facis vias Eſa. 58.
tuas, & non inuenitur volũtas tua vt loquaris ſermonẽ tuũ,
tunc delectaberis in domino, & ſuſtollam te ſuper altitudi-
nẽ terræ, & cibabo te hæreditate Iacob. Quaſi dicat. Cũ nõ
ſequeris appetitum ad ſenſoria mundi te inclinantem, nec
voluntas tua (cũ Deo aduerſatur) impletur, ita vt nõ loqua
ris & opereris iuxta id, ad quod ſenſualis appetitus tę incli-
nat, & abſtines ab his quæ Deo diſplicẽt ſcilicet vſuris, ſuper
bia, luxuria, &c. tũc tua delectatio in Deo erit, quo frueris,
& ſuſtollã te ſuper terrã ad beatitudinis locũ, in quo, cibabo
te cibis, quos Iacob ſua in me obediẽtia & cõſtãtia hęredita
uit; Nã in hac vita lucramur cibos mẽſæ Dei, quos per bona
opera hæreditamus. Sic Eſa. 2. Dicite iuſto quoniam bene, Eſa. 2.
quia fructũ adinuentionũ ſuarũ comedet, ac ſi dicat Deus,
Securus ſit iuſtus, & non eſt cur turbetur & timeat, quia in
cęlo comedet in mẽſa Dei fructũ operũ ſuorũ, id eſt quod
opera ſua meruerunt. Sicut etiam de prauis dicitur Pro. 1. Pro. 1.
Comedent fructus viæ ſuæ, ſuiſq. conſilijs ſaturabuntur.
Quaſi dicat. Impij in mẽſa diaboli, comedẽt fruct⁹ viæ ſuæ,
id eſt quos ſua opera ſcilicet adulteria, auaritia, &c. merue-
runt, & ibi ſaturabuntur ſuis prauis conſilijs, id eſt ſaturabũ
tur tormẽtis, quę ſua cõſilia meruerũt. At cõtra Dauid. Iuſti Pſ.
epulẽtur & exultẽt in conſpectu Dei, & delectẽtur in læti-
tia. Ioſeph cũ eſſet dominus Egipti fratres cõuiuio excepit, Gene.

 quos

quos in menſa iuxta vnius cuiuſq. ætatem ſedere fecit; ita Saluator cæli & terræ dominus, fratres ſuos fideles, in ſupremo cæli conuiuio, vnumquemq. iuxta ſuorum meritorum cumulum beatificans excipit, ita vt omnes ſaturati contenti & hilares remaneant. Sic dicitur Eccleſiaſtici 30. Splendidũ cor bonũ in epulis eſt, epulæ enim illius diligenter fiũt. Quaſi dicat. Cor quod hoc vitę pręſentis tẽpore bonũ fuit, ſplẽdidũ eſt in epulis, quas in menſa Dei comedit, ſcilicet diuerſa quę in ipſo videt, quæ epulæ in hac vita fiũt, id eſt merẽtur ſtudioſis enim operibus in hac vita cæleſtes epulę præparãtur, nã in hoc eccleſiæ cõuiuio incohãtur. De eccleſiæ vero mẽſa intelligitur illud Pro. 9 Sapiẽtia ædificauit ſibi domũ, excidit colũnas ſeptẽ, immolauit victimas ſuas, poſuit mẽſam, miſcuit vinũ, & miſit ancillas ſuas, vt vocarẽt ad arcẽ & ad mœnia ciuitatis, ſi quis eſt paruulus veniat. Dei ſapientia genita quæ filius eſt, eccleſiæ domum ædificauit in qua columnas ſeptem, id eſt paſtores & doctores ſeptem ſpiritus ſancti donis præſtantes, quibus eccleſia ſuſtẽtatur excidit, victimas immolauit, cũ ſe hoſtiã pro delictis obtulit, vt ſeptẽ ſacramẽta profluerẽt, quibus quaſi victimis occiſis fideles epularẽtur, ſicut Paulus dicebat 1. Co. 5. Immolatus eſt Chriſtus, itaq. epulemur ſinceritate & veritate, participãtes ſacramẽtis: poſuit mẽſam in qua corpus & ſanguis Chriſti miniſtratur, panis etiã doctrinæ, & vinũ charitatis, & miſit Apoſtolos & Apoſtolicos viros vt vocarẽt. Tot fercula in hoc conuiuio ſunt, quot ſpiritus ſancti chariſmata, quotq. pręcepta in eccleſia dãtur, de quibus Eccleſ. 39. dicitur, In mãdatis eius epulabũtur ſuper terrã, & in neceſsitate præparabũtur, & in tẽporibus ſuis nõ pręteriẽt verbũ. Quaſi dicat. Fideles in eccleſiæ cõuiuio mãdatis Chriſti quaſi ferculis epulabũtur, & quãdiu ſuper terrã erũt, pręparabũtur ſtudioſis operibus ad ſuper cęleſte cõuiuiũ, & tẽporibus ſuis nequaquã Dei verbũ & præcepta

Eccleſiaſtici 30.

Pro. 9.

1. Co. 5.

Eccleſiaſtici 39.

cepta trãſgrediẽtur, & ſic ad beatitudinis cænam apti erũt. Hoc enim conuiuium quo præparantur, idem quodamodo eſt cũ ſupremo (vt diximus) Quemadmodum enim in conuiuijs fieri ſolet, quod ſublatis ſuperioribus mappis, aliæ mũdiſsimæ reſtant & conuiuium proſequitur; ita ſublatis mappis fidei & ſpei, quibus in hac vita in Dei cõuiuio epulamur, lumine gloriæ & clara viſione, quaſi alijs mappis, in Dei cõuiuio epulabimur; nã quod fide cognoſcimus hic, in Dei mẽſa clara viſione intuebimur. Ecce igitur qualiter cænæ magnæ nomine ęterna vita quę in pręſenti conuiuio inchoatur, & in ſupręmo perficitur, intelligitur.

Similitudo.

AD vocandũ vero Deus Apoſtolos & Apoſtolicos viros miſit. Propterea dicebat Ioãnes Apo. 12. Beati qui ad cænã nuptiarũ agni vocati ſunt, ſcilicet, ſi vocati venerũt. Similiter Eſa. 55. Audite audiẽtes me, & comedite bonũ, & delectabitur in craſsitudine anima veſtra, quaſi dicat. Audite me quicũq. Dei conuiuio frui vultis, comedite, nõ id quod vobis mundus præparat, ſed bonũ quod Chriſtus vobis proponit, in eccleſia, & talibus ferculis, quę abũdãt pinguedine gratię, delectabitur anima veſtra, quia omnia in prõptu ſunt, iã cęli oſtiũ apertũ per Saluatoris mortem, iam menſa ſacramentorum parata, quibus ad ſupremum conuiuium præparabimini, guſtate autẽ & videte quoniam ſuauis eſt dominus, ita dicebat Paulus 1. Co. 1. Fidelis Deus eſt, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius. Sed cauẽdũ ne nos chriſtiani ſicut Iudæi (ad quos hęc parabola litteraliter deſtinatur) cęleſtis cõuiuij delitias veras cõtẽnentes, ad mũdi fercula cõuertamur, prædicãtiũq. voces eludamus, qui nos continenter vocãt, ſicut dicebat Paulus ad Hæbre. 4. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione intro eũdi in requiẽ eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe, & enim & nobis annũtiatũ eſt quemadmodũ & illis, ſed nõ pro fuit illis ſermo auditus, nõ admixtus fi-

Et miſit ſeruũ &c. Apo. 12. Eſa. 55.

1. Co. 1.

Et cœperunt omnes excuſare.

Hęb. 4.

tus fidei: quaſi diceret. Nos, quibus pollicitus eſt introitus in Dei requiē per cœnā ſignificatam, timeamus ne aliquis noſtrū poſthabitus exiſtimetur indignus, & deſit menſæ Dei, nam nobis etiam nūtiatū eſt & vocati ſumus ad cæleſte cōuiuiū, ſed quemadmodū illis non profuit ſermo auditus, quia ſine fide erat, ita etiā nobis nō proderit ni fide viua illud amplectamur. Et profecto magnus fidei deffectus eſt, propter mundi fercula, quæ potius appetitum irritare, quam ſatiare poſſunt, conuiuij cæleſtis delitias flocipēdere. Si enim alicui extenſa palma denariū habenti, theſaurus offerretur, & ille manū cōprimeret renuens, profecto non credere illū exiſtimaremus. Immo ſi quēpiā vilisſimū panis fruſtrum auide comedentem, ad lautisſimum conuiuium alius inuitaret ſi renueret, ipſi nequaquā credere putaremus. Ita de multis profecto, qui cæleſtes theſauros & diuini conuiuij delitias cōtēnūt, ad mundi ſenſoria conuerſi, dici poteſt, ex fide modica procedere talem dementiam. Huiuſmodi homines, quantū in ſe eſt, Deo iniuriā inferunt, qui diuina eius munera contēnentes, ad futilia mundi bona conuertuntur. Id eſt quod per Ezech. Deus dicebat cap. 13. Violabant me ad populū meū, propter pugillum hordei & fragmen panis. Ac ſi dicat. Ea eſt ſecularium hominum dementia, vt non erubeſcant me violare, etiam publice coram populo, pro re vilisſima, ſcilicet pro pugillo hordei & panis fragmento, delectationes enim quas mundus offert fragmento panis comparari poſſunt. Tales iuſtisſimam Dei ſententiam oſtendunt, qua eos pro temporali peccato æternaliter punit, ſuiſq. operibus Deum iuſtificant, qui enim pro re vilisſima æterna bona contempſerunt, iuſte pro temporali peccato æternaliter puniuntur; Quia vt Saluator ait. Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Si apud te temporalis res, Deo præponderat, eadem menſura remetietur tibi, cum per-

*Simile* (margin)
*Simile* (margin)
*Ezech. 13.* (margin)

perpetuo ſupplicio adiudicatus fueris. Propter hoc Hiere. ca. 2. Conuocabat cælos, quia homines Deum fontem pro inanibus ciſternis relinquerunt. Filij Gad & dimidia tribus Manaſſe, contenti terra ante Iordanēm tranſmiſſum acquiſita, omnem regionem trans Iordanem contemnebant. Quibus multi ſimiles ſunt, qui hoc mundi ſuburbio cōtenti, ſupernę ciuitatis delitias contemnūt. Iſta vero proueniunt, quia minime diuinæ bonitatis ſuauitatem guſtauerunt. Ioannes Euangeliſta, cū vinum quod Chriſtus ſuo verbo, ex aqua confecerat guſtaſſet, ſponſam & omnia reliquit, vt pone Chriſtum abiret, veluti intra ſe dicens. Si tale nobis vinum, ſubito vno verbo præſtitit, qualia reliqua eius bona erunt? Non ſic adoleſcens ille, cui cum Saluator cęleſtem numquam q. interiturum theſaurum ob oculos poneret, ſi terrenas poſſeſsiones contemneret, ille noluit ſed ad ſua bona animum adiecit.

*Hiere. 2.* (margin)

TRIA vero ſunt mundi fercula, propterq. diuina contēnunt, quæ quidam ſapiens ijs verſibus explicauit.

> Plurima cum ſoleant hominum corrumpere mores.
> Fortius euertunt, femina, cenſus, honor.

EX quibus honor & dominandi appetitus taliter hominum corda peruertit, vt pleroſq. videas, non ſolum cæleſtis conuiuij, ſed ſui prorſus oblitos, in curijs Regum & Pontificum, & magnatorum cōmorari, toto pene ſuæ vitæ tempore, vbi nullum non mouent lapidem, quo vel tantillum dominij, vel honoris, vel gloriæ conſequantur. De his dicitur Eccleſiaſtici 7. Noli quærere ab homine ducatum, neque a Rege cathredam. Propterea huiuſmodi ad Dei cænam vocati, excuſantur. Quibus dicebat Baruhc 3. O Iſrael quam magna eſt domus Dei, & quam ingens locus poſſeſsionis eius, magnus eſt & nō habēs finē excelſus & im-

*Vnus dixit villam emi.* (margin)
*Eccleſiaſtici 7.* (margin)
*Baruh. 3.* (margin)

& immenſus, vbi ſunt gigantes nominati qui ab initio fuerut ſtatura magna & ſcientes bellum? non hos elegit dominus neq. viam diſciplinæ inuenerunt. Quaſi dicat. Ex magnitudine domus Dei, & ex loco poſſeſsionis eius, intelligere poteſtis magnitudinem conuiuij, immo potius ex Dei magnitudine, quia magnus eſt & non habens finem, vbi ſunt ſuper bi gigantes, qui propter ambitionem omnia bello perturbabant? non eos elegit dominus, & ideó non eſt quod illorũ ambitionem ſequamini: & ſub inde ait Propheta. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi intellectus & ſcientia, ſimul longiturnitas vitæ & victus. Acſi dicat. Quære & diſce veram prudentiam, vbi ſit æternitas vitæ & victus, ſcilicet in conuiuio Dei. Alij terrenis poſſeſsionibus intenti cenſu & agriculture laboribus excuſantur, ſicut adoleſcẽs ille cuius gratia dixit Saluator. Quã difficile qui peccunias habẽt in regnũ Dei intrabunt? quia ſunt impedimenta ad perfectionis viam. Non ſic Eliſeus 3. Re. 19. Qui vocatus ab Helia non ſolum iuga boum reliquit, ſed boues mactauit, & in lętitiæ ſignum ipſo aratro quoquens, ſtrauit conuiuium, ne ſibi impedimento eſſent. Auis cum irretita tenetur comedit veluti non ſentiens, ſed cum volare vult, videt ſe irretitam, & non poſſe. Ita homines temporalibus poſſeſsionibus quaſi irretiti, cum ad perfectionem volare volunt, ſe ſentiunt ab illis impediri. Carnalibus vero delitijs dediti, non ſolum vocati veniunt, ſed pene ipſos vocare ſuperuacaneum videtur, quia nõ excuſantur, ſed venire ſe non poſſe dicũt. Ita enim ſui obliti viuunt, vt nequaquam ſpiritualia cernere valeant. Sic dicitur Oſeę 4. Fornicatio ebrietas & vinum auferunt cor. Sed ſi mulier a Deo conceſſa qualis vxor eſt, quam homo Deo permitente & aprobante deſpondet, impedit ad ſupremi conuiuij delitias appetendas, obſecro mulier, quam homini diabolus inhoneſte tradit, qua cum contra Dei leges

[Margin: Iuga boũ emi quinq. 3.Re. 19. — Simile — Vxorẽ duxi. — Oſeę. 4.]



ges fornicatur, quantum impediet? Si vxores hominũ veluti compedes ſunt, meretrices, nonne homines omnino cæleſti cõuiuio auertẽt? Immo ſi omnia iſta quæ Saluator proponit, cũ peccata nõ ſint, homines a cæleſtibus ępulis ſeiũgũt: nẽpe villã emere probare iuga, & vxorẽ ducere, qui peccatis inuoluti ſunt, ſcilicet ambitione, luxuria, & auaritia, quomodo cæleſtes epulas apetere, immo cõſequi procurabũt? Propterea Paul⁹ ab his hortabatur abſtinere ad Collo. 3. Mortificate mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terrã, fornicationẽ, immũditiã, libidinẽ, cõcupiſcẽtiã malã, auariciã quę eſt ſimulacrorũ ſeruitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis. Quaſi dicat. Cohibete rationis vinculo mẽbra veſtra, ne incidatis in libidinẽ, in cõcupiſcẽtiã malã per ambitionẽ, & auariciã propter mũdanos cenſus & poſſeſsiones, quia propter iſta venit ira Dei in incredulos, qui quaſi Deo nõ credẽtes, eius promiſſa & voces eluſerũt, nec mirũ tales Deũ ad iracũdiã prouocare, qui eius dilitias contẽnũt; Nã ſi terrenus Rex ad honorẽ ſuũ & regiũ faſtũ ſpectare iudicat, ei qui vel epiſcopatũ oblatum, aut præfecturã accipere recuſſauit, nequaquã vltra cõcedere, minime mirãdum eſt Deum iraſci his, qui promiſſa eius cõtẽnunt. Iratus vero gẽtes vocare præcipit, non ſemel tantum, ſed iterum per vias & ſepes, id eſt in abditis orbis terrarum locis cõmorãtes vocare iubet. Si talia Deus iratus præſtat, qualia obſecro propitius cõcederet.? Iratus tot martires, tot virgines vocauit, Ita dicebat Tobias. Cum iratus fueris miſericordiam facies. Iratus Deus cum his qui venire recuſarunt, miſericordiam facit cum alijs, quos vocat. Ioannes in Apoca. 16. Vidit angelum in ſole, qui clamauit voce magna omnibus auibus quæ volabant per medium cæli; Venite & congregamini ad cęnã magnam Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & ſedentiũ in

Oo illis,

[Margin: Collo. 3. — Iratus pater familias. Similitudo. — Tobi. — Apo. 19.]

illis, & carnes omnium liberorum & ſeruorum, & puſillorũ
Dixit & magnorũ. Angelus in ſole Saluator eſt, qui (vt ait Dauid)
ſeruo in ſole poſuit tabernaculum ſuum, aues vero quibus clama-
ſuo exi uit; ſũt viri apoſtolici & ſpirituales, quorũ cõuerſatio (vt Pau
cito in lus ait) in cęlis eſt, de quibus etiã Dauid ait. Aſſumẽt pẽnas
plate- vt aquilę, volabũt & nõ deficiẽt, volant autẽ per mediũ Ec
as. Pſ. cleſiæ prædicãdo, ſicut dicitur Eccleſiaſtici 15. In medio Ec
Eccleſ cleſiæ aperuit os eius. Ijs igitur ait Saluator. Congregamini
15. ad cænã magnã beatitudinis, quã Deus parauit, vt comeda-
tis carnes &c. Iſta per metaphorã intelligẽda ſunt; comede-
re enim carnes regũ, eſt reges per prædicationẽ vocare, ſicut
beato Petro antequã ad baptizandũ Cornelium centurionẽ
Actu. & alios gentiles proficiſceretur, oſtenſum ſibi fuit linteum
10. in quo animalia multa depicta erant, quæ cũ vidiſſet Petrus
diceretq. Abſit domine quia immundum non manducaui,
reſpondit Deus. Quod Deus ſanctificauit, tu ne immundum
dixeris, oſtẽdens vt gẽtes omnes ſine diſcrimine per prædi
cationẽ vocaret, cũ dixit. Macta & manduca. Nam quemad
Simile modum mactans occidit & comedens in ſe cibũ conuertit,
ita prædicatores (vt Gregorius exponit) peccati vitã ab ho
minibus tollunt, & in ſuos mores vocatos cõuertũt, hoc eſt
quod Angelus id eſt Saluator dicebat viris ſpiritualibus &
prædicatoribus. Cõgregamini ad cænã magnã Dei, vt come
datis, id eſt vt per prędicationẽ vocetis, vitã peccati tollen-
do, & in veſtros mores veſtrũq. gremiũ cõuertẽdo, ſine diſcri
mine quoſcũq. per vias & ſepes inueneritis, reges, tribunos,
fortes, diuites, immo animales homines, & eos qui vos perſe
quũtur, liberos omnes & ſeruos, magnos, & minimos, diui-
tes, & pauperes. Id eſt etiã quod Propheta Ezech. dicebat 39.
Ezec. Cõuenite & properate cõcurrite vndiq. ad victimã meã,
39. quã ego immolo vobis, victimã grãdẽ ſuper mõtes Iſrael, vt
comedatis carnẽ, & bibatis ſanguinẽ, carnes fortiũ comede-
tis, & ſan-



tis, & ſanguinẽ principium terrę bibebis. Nec vocare ſolũ
Deus hos omnes vult ad cõuiuiũ, ſed vt cõpellantur intrare
iubet. Vbi mira profecto Dei bonitas oſtenditur, prius nãq. Cõpel
ad paradyſum cuſtodiendum, ſeraphim cum gladio ig- le in-
neo poſuit, ne homines ingrederentur, nunc quaſi diſtricto trare.
gladio homines intrare compellit; labores enim & tribu- Gene.
lationes immittit, vt vel ſic a terrenis abſtracti, ad conuiuiũ
ingrediantur. Helias raptus eſt in turbine in cælum; ſic mul
ti tribulationis turbine, in cælum ad Dei conuiuium ire cõ-
pelluntur. Paulũ Saluator vocans ab equo deturbauit. Prop
terea Gregorius ait. Mala quę hic nos pręmunt ad Deũ ire Gro-
cõpellũt. Pauperes vero ad Dei conuiuiũ vocati, facilius ve gori.
niunt, quam diuites, cum potius diuites & nobiles priores in
Dei mãdatis exequendis eſſe deberẽt, quibus Deus ſuę libe-
ralitatis theſauros copioſius aperuit, ſed virtus veluti a no
bilibus elapſa, inter pauperes & ignobiles cõmoratur, Quæ Simile
madmodũ enim fontes, qui ab altis rupibus erũpũt, ad valles
deſcẽdẽtes, ipſas irrigãt & fęcũdãt, germinãreq. faciunt; ita
virtus nobiles & potẽtes deſerẽs, pauperes bonis operibus
fęcũdat. Sic Hie. 12. Si cũ peditibus currẽs laboraſti, quomo Hiere.
do cõtẽdere poteris cũ ęquis? quaſi dicat (argumẽto a mino 12.
re ad maius ſumpto) magis cũ equitibus quã cũ peditibus la
borabis, quia vt plurimũ ſpiritualia cõtẽnũt. Ita Hie. 5. Ibo Hiere.
ad optimates, & ecce ij magis fregerũt iugum, ruperunt vin 5.
cula, propterea de illis in pęnam Deus ait. Nemo virorum Nemo
illorum guſtabit cænam meam. virorũ

SED mirum cum ipſi ſe excuſauerint & ire noluer- illorũ.
rint; id ſibi Deum pro pæna infligere, videlicet quod ipſi
volunt, nam cum ipſi ad eſſe noluerint conuiuio, Deus idip
ſum pro pæna infligit. Iſte eſt peculiaris Dei modus repro-
bos puniendi, nempe ſua voluntate; ita quod praua ipſorum
voluntas ipſis pæna ſit. Et eſt grauiſsimum hoc prauorum

 homi-

Mal. hominum ſupplicium, vt id velint quod volunt, & ita Da-
uid inter maledictiones commemorat, fiant contra domi-
num ſemper, id eſt Deus illis bellum inferat, non concedens
illis gratiam, qua a peccato egrediantur, & ſua voluntate
qua Deum offendunt puniantur, ſic etiam Dauid. Tradidit
eos in deſideria cordis eorum. Ac ſi addat. In pænā obſtina
tionis quia obfirmato ipſum animo offendebant. Qui ergo
cæleſte conuiuiū faſtidiunt, id ipſis in pęnam cedit. Quāuis
iſta ad pænam ex carentia diuine viſionis refferri poſsint.
Nam quanuis exquiſitiſsimis tormentis damnati in infer-
no crucientur, pæna damni maior eſt, videlicet Deum
non videre, ita Pſalm. Quibus iuraui in ira mea, ſi introi- Pſal.
Hæb.4 bunt in requiem meum. Quia (vt Paulus ait ad Hæbreos.
4.) Increduli erant, iurauit Deus, non ingreſſuros in re-
quiem neque conuiuij ſui delitias guſtaturos, Ita Paulus ad
Hæb.4 Hæbre. 4. dicebat. Feſtinemus ergo ingredi in illam re-
quiē, vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum,
viuus eſt enim ſermo Dei & efficax; Quaſi dicat. Nos er
go in requiem conuiuij Dei ingredi procuremus, ne ſi-
cut alij increduli iudicemur, qui pluris mundi fercula quam
Dei cænam æſtimarunt, quod quidem ex modica fide pro
uenire diximus; viuus eſt enim ſermo Dei, quo nos per
prædicatores vocat, qui nos etiam peccato mortuos vi-
uificabit, ſi illud admittamus & efficax eſt, nam efficiet
quod promittit, nos ad Dei cænam introducendo, vbi per
Ioel.2. petuo æpulabimur. Ita dicebat Ioel 2. Comedetis veſcen
tes, & ſaturabimini, & laudabitis nomen domini Dei ve-
ſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum &c. In Dei enim palatio
beati comedunt, & ſaturantur laudantes Deum,
qui in illis mirabilia operatus eſt; gra-
tiam illis conferendo &
gloriam.

QVIS



¶ QVIS EX VOBIS HOMO qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis nonne dimittit nona ginta nouem in deſerto? &c.

¶ Aut quæ mulier habens dragmas decem & ſi perdiderit dragmam vnam nonne accendit lucernam & euertit domum? &c. Lucæ 15.

HAS parabolas propoſuit Chriſtus aduerſus Phari-
ſæos, quia murmurabant eo quod peccatores recipe-
ret, vtriuſq. vero idem ſcopus eſt (vt Ioannes Driedo ait)
oſtendit autem Saluator, Phariſæos non habere iuſtam cau-
ſam murmurandi, quia peccatores reciperet, ſeq. facere ſicut
bonus pater familias, qui reducere ouem quæ parierat pro-
curat. Nos etiam admonet non debere ægre ferre ſuſceptio
nem hominum peccatorum. Vt autem parabolæ iſtæ intel-
ligantur obſeruandū eſt, Chriſtum ex his quæ communiter
accidere ſolent oſtendere, non eſſe mirandum quod peccato
res reciperet. Quemadmodū enim homo, qui ex multis oui
bus vnam perdit, ipſam diligēter quærit, & inuenta gaudet,
& ſibi ab amicis gratulari vult; ita ipſe peccatorem pænitē-
tem quaſi ouem perditam inueniens, benigne recipit & gau
det, ciueſq. cæleſtes ad ſimul gaudendum prouocat. Et ſicut
mulier quę ex multis, dragmam vnam perdidit, incenſo lu-
mine eam diligenter quærit, qua inuenta lætatur & amicas
etiam ad ſibi gratulandum inuitat, ita ipſe inuenta peccatri-

Oo 3 cę ani-

ce anima vehementer lætatur,& Angelos ſibi ad gratulandum & lætandum prouocat,ſed iſta & alia latius in ſequenti concione declarabimus.

## CONCIO.

QVEmadmodum praua opera, mali occaſionē præbere conſueuerunt, ſi quando vero ex illis boni ſumatur occaſio, non ipſis ſed accipientis ſinceritati tribuendum eſt; Ita ſimiliter ſtudioſa opera boni occaſionem præbere ſolent,ſi quando vero ex eis mali anſa ſumatur, non ipſis ſed ſumentis prauitati aſcribendum eſt. Quæ quidem ijs exemplis manifeſta erunt. Si quiſpiam proximum conuitio impetat,& ipſe in eum verba regerat maledica,nequaquā mirandum eſt,quia malū ex malo ſequi ſolet, ſi autem patienter ferat Dei iudicio reſeruans; iſte ex malo opere boni occaſionem ſuſcepit. Similiter ſi aliquis ludentes quoſdam & compotantes videat,quod ad ſimilia rapiatur nequaquam mirandum eſt, talia ſiquidem opera ad id diriguntur; ſed ſi illorum iacturam præuidens abſtrahatur & doleat,ex prauis eorum operibus boni occaſionem ſumpſit. Idipſum de bonis operibus ſentiendum eſt. Nam ſi pauperi eleemoſinā concedas,& ille accipiens Deū laudet & pro te oret, minime mirandum eſt,quia bonum ex bono procedere ſolet; ſi vero pauper ſuſcepta eleemoſina inebrietur,ex bono profecto opere mali occaſionem ſumpſit. Similiter ſi proximum corripias, & ille corrigatur a peccatis abſtinens,ex bono occaſionem boni deſumpſit,ſed ſi deterior euadat, ex bono mali occaſionem accepit. Ex ijs omnibus infertur,praue operantes vituperio & reprehēſione dignos eſſe,quia ſuis operibus,mali occaſionem tribuunt,ſiquando vero ex accidenti,boni occaſio ex talibus operibus



ribus ſumatur, non propterea ſunt laude digni ipſi, ſed potius illi qui ſua ſinceritate, ex malo boni occaſionem ſumpſerunt. Quemadmodum ijs qui ludo paruæ ſphæræ delectantur accidere ſolet; cum pilam emiſſuro, alius perperam inſeruit, tortuoſe conſulto pilam offerens, & ipſe enitens viribus,pilam fortius & longius emittens lucretur, & dicat. Accipe tu qui taliter inſeruis. Ita ſtudioſi homines accepta occaſione per malum opus perperam operandi, ipſi potius tunc totis viribus bonum operari procurant. Semei erat velut luſor male pilam offerens, cum dicebat Dauid. Egredere vir ſanguinum,ſed Dauid patiēter ferens lucratus eſt. Similiter de ſtudioſæ operantibus dicendum eſt, nam ſunt laude digniſsimi, ſi quando vero inde ab alijs ſumatur occaſio mali, non ſunt reprehenſione digni, ſed potius illi qui ex bono mali occaſionem ſumpſerunt. Iſta propter Chriſtum & Phariſæos dicta ſunt. NāSaluator ſua bonitate & miſericordia,adiunctis ſalutaribus doctrinæ verbis,peccatores alliciebat,vt ad ſe appropinquarēt,ex quo Phariſæi murmurādi occaſionē ſumebāt,&ob id reprehēſione digni erāt,qui ex bono opere murmurādi anſā accipiebāt, Saluator autē laudādus qui ſua miſericordia & gratia in labijs diffuſa,peccatores alliciebat, vocabat, & amplectebatur.

Simile

2. Reg. 16.

Erant appropinquātes &c.

NVLLVS Rex fuit qui nō aliquē ſibi titulū vſurparit ſuo genio aut moribus conuenientem, Dauid manſuetus, Salomon pacificus, Chriſtus vero quaſi pro inſigni gerebat peccatores recipere. Hūc titulum in cruce apertis brachijs & latere per vulnus lanceę inſinuare voluit. Mira profecto & inexplicabilis eſt bonitas & miſericordia Saluatoris; ipſe enim quæ alij ferre nō poſſunt ſuffert. Iob cōqueritur halitū ſuum etiā vxorē ſuam exhorruiſſe. Marta fratrē mortuum ferre nō poterat, Immo ſæpiſsime accidere videmus hominem, cui inflictum vulnus computruit, terrū odorē ab ipſo procedentem

Iob.19.

Io.9.

Simile

tem minime ferre poſſe, amiciſq. ad ſe officij cauſa accedentibus dicere. Nec me ipſe ferre poſſum. Ex his ineſtimabiles bonitatis Dei diuitias cognoſcere poteris, nam cum peccatores omnibus ſint exoſi, adeo vt propinqui & tribules eos abominentur, immo & ſibi ipſis graues ſint, eos Saluator

Simile vt vere medicus minime faſtidit. Sed cum vſu euenire multoties videamus, eum qui potionem amaram in vaſe ſuſcepit, taliter vas illud faſtidire, vt ne nauſeum moueat confringat, Saluator homines, qui multorum vitiorum vaſa extitere, minime puniens frangit, ſed eos ad ſe dulci eloquio alliciens trahit. Ita dicebat per Eſaiam cap. 45. Ego dominus lo-

Eſa. 45. quens iuſtitiam, & annuntians recta, congregamini omnes, & venite, accedite ſimul, qui ſaluati eſtis ex gentibus, neſcierunt qui leuant ſignum ſculpturæ ſuæ: Saluator veram iuſtitiam, & non Phariſaicam loquebatur, qui cordis puritatem requirebat, annũtiabatq. recta, ſcilicet in Deum fidem & pœnitentiam. Propterea dicebat. Ego ſum qui veram iuſtitiam doceo, congregamini ergo per fidem, & venite ad veritatis fontem, accedite qui per contritionem ſaluati eſtis ex mala gentium ſocietate, hoc vero non cognouerunt, qui in ſua iuſtitia quaſi in Deo conflatili, quem adorant, vt gentiles, confidunt, quia ſuam gloriam quaſi idolum colũt. Tales erant Phariſæi, qui in ſua falſa iuſtitia confidentes murmurabant.

Et murmurabant Phariſæi. Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa vero iuſtitia indignationem. Ille vere caſtus eſt, qui compatitur carnali, & eum humilem reputo, qui ſuperbo miſeretur, cum enim virtutes omnes cõnexæ ſint, oportet iuſtitiã inter alias virtutes compaſsionem habere. Et etiam quia iuſtus cõgaudet iuſtorum bonis, & compatitur peccatoribus, quo fit vt iuſtus non ſit, ſicut illi qui pleno ventre aliorum famem nõ

Diſsimile. ſentiunt, ſed vera iuſtitia bono odori comparatur, qui ex aula tetros odores fugat, & magno calori, qui frigiditatem expellit.



expellit. Ita iuſtitia vera proximorum mala deplorat, ſicut medicus, qui infirmo compatitur, & contra prauos humores inſurgit, quo eos expellat. Falſa vero iuſtitia indignationẽ habet, vilipendium, & crudelitatem, indignantur enim nonnulli peccatoribus, & vellent eos a ſe alienare, non ex compaſsione, ſed ex crudelitate, iſta eſt falſa iuſtitia. Sicut aurũ Simile

nequaquam verũ cenſetur, quod exteriorem tantũ auri ſplẽdorem continet; ita falſa iuſtitia indignationem quã ſtudioſi habere ſolent, cõtinet, ſed caret interiori dolore. Illæ litteræ Simile

falſæ iudicantur quæ eandẽ quidẽ ſubſcriptionem & inſcriptionem habent, ſed non ſunt ab eadem manu conſcriptæ; ita falſa & vera iuſtitia indignationem habent, ſed falſa iuſtitia non habet compaſsionem, ſicut vera iuſtitia, ſed crudelitatem, propter quam Phariſæi ſe a peccatoribus ſegregabant, & Chriſto qui eos recipiebat detrahebant, illius famam conuellentes, de quibus voce Dauid dicebat. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei. Proprium vero eſt hypocritarum detrahere, & proximorum famam Pſal.

conuellere. Contrarium ſapiens ſuadebat Pro. 4. Remoue a te os prauum, & detrahentia labia ſint procul a te. Quaſi dicat. Ne prauæ contra proximos loquaris, neq. omnino ipſis detrahas, Quemadmodum vero ſerpentes exhorreſcimus, quia mordentes cuncta veneno corrumpunt, ita detractores fugiendi ſunt. Sic dicitur Eccleſiaſtes 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihilo plus habet, qui occulte detrahit. Chriſtus vero, nequaquam propter eos ceptis deſtitit, quim potius peccatores, & recipiebat, & fouebat illorum murmur flocipendens, immo contrarijs operibus diſsipans. Ita dicitur Pro 15. Ventus Aquilo diſsipat pluuias; ita facies triſtis linguam detrahentem. Quia ſicut exſuflante Aquilone, nubes diſſoluuntur & euaneſcunt, ita facie triſti id eſt ſeuera, lingua detrahens; Chriſtus enim Phariſæis

Pro. 4. Simile Eccleſiaſtes. 10. Pro. 15. Simile.

 ſæue-

ſæuerum vultum oſtendebat, parumq. illorum detractiones
Simile curãs, peccatores amplectebatur. Quia famelicus nequaquã
reſpicit, an panis albus ſit, an recẽs. Cibus Saluatoris erat pec
catorũ cõuerſio, ſicut ipſe dicebat. Meus cibus eſt, vt faciam
Gene. voluntatẽ patris mei. Iſaac diligebat Eſau quia de eius vena
tionibus veſcebatur: Ita pater filiũ diligit, qui venatũ in mũ
dum venit, vtriuſq. vero cibus erat peccatorum conuerſio,
& vt famelicus animarum minime curabat, an peccatores
vel iuſti eſſent, qui ipſi adhęrebant, dummodo candide &
ſincere ipſum quærerent, propterea etiam cum peccato-
Simile ribus conuerſabatur, & quia Sol erat non poterat inſici il-
lorum luto, quamuis eius radij ad eos pertingerent: Et
Simile quia medicus erat, quamuis vulnera tangeret, & affecta
Simile loca, non propterea infirmitates contrahebat. Et quia e-
rat iudex minime maculari poterat, etiam ſi rei ad ipſum
accederent. Cauſas vero refferre, propter quas peccatores
ad Chriſtum deberent accedere, longum eſſet, quia innu-
merabiles ſunt. Sicut etiam innumera mala ſunt, quæ pec-
catores incurrunt, quia a Deo ſeparantur. Namſi mortui
ſunt, Chriſtus vita eſt, ſi vulnerati, medicina eſt, ſi errant,
via eſt, ſi infirmi ſunt, medicus eſt. Sed alijs omnibus di-
miſsis illam ſolum modo proſequamur, quam Saluator dua
bus propoſitis parabolis ad Phariſæos confutandos explica
uit, nempe quanti Deus peccatores faciat, quantiq. ſibi cõ
ſtent, cum pro ipſis (ſi aberrauerint) inueniendis nullum la
borem recuſet, & quo gaudio ipſis inuentis afficiatur.

Quis ex vobis ho moqui habet cétum oues. Hæb.13 HOC eſt quod exemplo hominis qui ouem perdidit, &
mulieris quæ ex multis dragmis vnã amiſit, quam diligẽter
quęrens, cum inuenerit, gaudet, Saluator oſtẽdit, Qui verus
ouiũ paſtor eſt, ſicut Paulus ad Hæbre. cap.13. dicebat. Deus
autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnũ ouiũ,
in ſanguine teſtamenti æterni, dominum noſtrũ Ieſum Chri
ſtum,



ſtum, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem:
quaſi dicat. Deus qui propter meritũ effuſi ſanguinis, ad ſan-
ctificationẽ teſtamẽti æterni, id eſt, qua diſpoſitio fit ad ęter
nam hæreditatem conſequendam, eduxit a mortuis paſtorẽ
magnũ Chriſtum, ipſe perficiet vos in operibus bonis, vt fa
ciatis eius voluntatem. Per oues centum electorum nume-
rum ſignificatur, perdita vero ouis eſt, quicumq. per pecca-
tum, a Deo diſiungitur. Tot vero hodie ſunt qui a via veri-
tatis aberrãt, vt nõ ouis ſed gregis nomine explicari debeãt,
ſicut dicebat Hieremias ca.50. Grex perditus factus eſt po- Hiere. 50.
pulus meus: acſi diceret. Quia viam mãdatorum Dei peccã
tes deſeruerũt, facti ſunt vt grex perditus. Ita etiã idẽ Hiere.
Thre.1. Facti ſunt filij mei perditi, quia præualuit inimicus. Thre.1
Cũ enim diabolus homines tẽtãdo vincit, pręualere dicitur,
& qui victi fuerint, perditi cẽſentur, Ita ipſi dicũt, Sapiẽtiæ Sap.5.
5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis. Illi vero ſe
curi ſunt, qui Dei tutelã nõ deſerũt. De quibus Pro.29. Ver- Pro.29
bũ patris cuſtodiẽs filius, extra perditionẽ erit. Qui enim ſui
patris ſcilicet Chriſti, qui paſtor eſt, verbũ obſeruauerit, ne
quaquã (vt reprobi) perdetur. Sed mira Dei dignatio, & vehe
mẽs noſtri (vt ſic dicam) amor apertiſsime in ijs oſtenditur,
quia cũ noſtra ſit perditio, & in noſtrã perniciẽ cedat, Deus
nos perdere dicitur, immo cũ perditio ex nobis ſit, ſuã Deus
iacturam æſtimat, & cum noſtrum potius damnum ſit, quaſi
ſuum Deus accipit. Iob 22. dicitur. Quid prodeſt Deo ſi iu- Iob 22.
ſtus fueris, aut quid ei cõferet, ſi immaculata fuerit vita tua?
quaſi dicat. Nihil Deo cõfert, aut ab eo abſtrahit quiſpiã, ſi
bonus aut malus ſit. Et cum hæc ita ſe habeant, Saluator nos
perdere ait, quaſi ſuũ detrimẽtũ æſtimãs noſtrã perditionẽ.
Propterea dicebat Io.6. Hæc eſt voluntas patris mei, vt om Io.6.
ne quod dedit mihi, nõ perdã ex eo. Etiã Eſa.1. Quaſi dolẽs Eſa.1.
loquebatur Deus. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis?

quaſi dicat, Quomodo potero conſolari de ijs qui in pręſen
Simile tiarum hoſtes mei ſunt: Si eos non a captiuitate peccati &
faucibus lupi detraxero? Quaſi ſi quiſpiam de aliquorũ cap
tiuitate indoleat, dicens. Quomodo conſolari potero, quod
illi captiui detineantur, qui antea mihi chariſsimi erant. Et
Io.17. Chriſtus Io 17. Gloriabatur ſe cuſtode nullum pręter filiũ
Io.18. perditionis, ex ſuo grege deperiſſe. Et ca.18. Nõ perdidi ex
eis quemquam. Ecce qualis eſt Chriſti erga nos amor: Qui
Relinquit nonaginta nouẽ. amplius ad huc exaggeratur cum dicitur, reliquas oues in de
ſerto reliquiſſe, gratia quęrendi perditam, quaſi nihil ſolatij
cum alijs habere videatur, quandiu perditam non inueniat,
propterea relinquere alias dicitur, vt errantes quęrat. Que
Simile madmodum mulier abſente viro, triſtis eſſe ſolet, & quan-
uis patrem habeat & matrem, & filios, quos diligit, interro-
gata, cur ita triſtis & męſta ſit? reſpondet. Non debere mira
ri, quia ſola eſt, ſuæq. triſtitię ſolitudinem cauſam eſſe, ſe ve
ro ſolam eſſe dicit, quia vir abeſt, quanuis familia ſociata ſit,
qua ſine viro non videtur delectari; Ita Saluator nequaquã
quieſcere videtur, quandiu prædeſtinatus aliquis, quem ęter
naliter diligit, (quanuis propter pręſentẽ malitiam cũ odio
habeat) faucibus diaboli detinetur a reliquis ouibus auulſ-
Simile ſus. Ita etiam accidere ſolet; cum matronæ & aliæ nobi-
les fęminæ ſolatij & oblectationis cauſa, ad tripudium con-
ueniunt, quibus cum adoleſcentes nobiles conuenire, & ſi-
mul adeſſe ſolent, ſi alicuius ex illis dilecta non adſit, inter-
rogatus poſtea ab alijs quæ nam interfuerint, nullam affuiſ-
ſe reſpondet, quia cum eius dilecta non ſit, alias quaſi non cu
rat præ dilectæ amore, taliter vt cum multæ adeſſent nullã
fuiſſe exiſtimet; Similiter pene de Saluatore noſtro dicen-
dum videtur, qui taliter ſuos electos (ſi quando aberraue-
rint) quærit vt alios quanuis dilectos & familiares, non cura
re videatur, ea propter eos relinquere dicitur. Ad huc am-
plius



plius Chriſti erga nos bonitas cõmendatur, qui alias quaſi
relinquens oues, non mittit alium, ſed ipſe vadit, nulli velu
ti labori parcens, more enim paſtoris qui aſperrimorũ mon Simile
tium crepidines aſcendere, & confragoſſas valles circuire
ſolet, ouem perditam quęritando; Ita ſaluator animas quęre
bat, quia vt Marcus ait cap.6. Circuibat caſtella &c. vt ani-
mas lucrifaceret. Sic dicitur Sapi.5. Quoniam dignos ſe ipſa Sap.5.
circuit quærẽs, & in vijs oſtendet ſe illis ilariter, & in omni Querit
prouidentia occurrit illis, quaſi dicat. Sapiẽtia Dei verbũq. diligẽ
patris Saluator noſter, more paſtoris nulli labori parcens, ter.
circuit quæritando diuerſis modis vel in inſpirationibus,
vel per predicatores, vel immiſsis tribulationibus & infirmi
tatibus, alijſq. pene infinitis modis, eos quos dignos ſe ab ę-
terno iudicauit, quęrit autem in diuerſis vijs, quibus illi aber
rantes ambulant, nam alij diuitijs dediti, alij honoribus, alij
carnalibus delitijs diſtrahuntur, & ab omnibus his vijs reuo
cat, ſe illis per gratiam pręuenientem oſtendens, & hoc ala-
criter non enim inuentam ouem percutit, aut ipſi indigna-
tur, ſed inponit gaudens ſuper humeros ſuos, ſua prouiden-
tia neceſſaria illi tribuens, ex Eccleſiæ & ſacramentorum
menſa. Virtutes diuerſimode a pictoribus depinguntur; fi- Similẽ
des namq. exprimitur per mulierem depictam, Euchariſtiæ
miſteria tenentem, quia hoc Sacramento magis captiuari ap
paret intellectus, maioriq. violentia voluntas ipſum ad aſſẽ
tiendum impellere videtur. Charitas vero per mulierem de
pictam exprimitur, quę filijs circundata ſedet, quorum vnus
ab vbere pendet, alter in eius gremio dormit, alter lateri ad
hęret, alter ipſam amplexatur, ſimiliter mira Chriſti erga
nos bonitas ijſce exprimitur, cui pecatores adhærent, & ip
ſe inuentos portat ſua miſericordia ſuper humeros. Propte
rea dicitur Oſeæ 11. Ego quaſi nutritius Efraim, in manibus Oſeę 11
meis portabam, & neſciębant quod curarem eos. Et Eſa. 46. Eſa. 46

 Ego

Ego feci, ego feram, ego portabo & ſaluabo. Quaſi dicat. Ip
ſe peccatores feci, qui ad meam ſimilitudinem formaui, &
beatitudinis conſortes eſſe volui. Ego feram patienter, eo
quod non ſtatim cum peccant ſeuere puniam, ego meis hu-
meris per miſericordiam portabo & ſaluabo, alijs meis oui-
bus in ouili meo coniungens. Propterea principatus Chri-
ſti ſuper humerum eius eſt, quia nos in humeros ſuos impo
1. Re. ſiturus erat. Saul ab humero & ſupra eminebat: Summus ſa-
Leui. cerdos ingrediens Sancta Sanctorum, vniones & prætioſos
lapides in humeris portabat, & nomina filiorum Iſrael; ita
Saluator perditas oues ſuper humeros ſuos imponit. Pro-
Ezech. 12. pterea dicebat per Ezech. cap. 12. Perfode tibi parietem, &
egredieris per eum in conſpectu eorum, & in humeris por-
taberis, ac ſi diceret. Rumpe iniquitatum parietem, qui te a
Deo diuidit, vt egrediaris a Demonis carcere, & portabe-
ris in humeris miſericordiæ Dei, qui ſolet peccatores peni-
cõgratulami ni mihi. tentes in humeris cum gaudio portare, ſibiq; gratulari vult,
more nobilium qui quanuis multas diuerſi generis aues &
perdices habeant, cũ a venatione reuertũtur, eas quas pren-
diderunt, cum gaudio, ac veluti glorioſe oſtendunt, quia cũ
Simile labore eas acquiſierũt & dicunt. Ecce in quo loco ipſam vul
neraui, iſtam accipiter cepit, hanc pene iam volantẽ ſclope-
te glande traieci; ita Saluator qui multos electos habet quos
magnopere diligit, tamen gaudet peculiariter peccatorem
oſtendendo, quem quaſi venatu & ſua gratia irretitum pren
didit. Sed cur ſibi gratulari vult & non oui? cum non ſua ſed
ouis ſit vtilitas? Ratio eſt, quia ex oue perditio cauſata fuit,
tantummodo vero ex Saluatore auxilium, & quaſi totale
remedium. Secũdo vt id quod propoſuimus oſtenderet, ſci-
licet quanti peccatores æſtimet, & ipſi quam ſe vili vendãt,
& parui per incogitantiam æſtiment. Res ab hominibus par
uę conditionis, plus æſtimari ſolent quã a nobilibus qui om
nibus



nibus abũdãt. Ecõtra hic fieri videmus, quia Saluator qui no
bis in infinitũ maior eſt, pluris nos æſtimat, quã nos ipſi, nam
nos pro nobis ipſis & pro cæleſti gloria, nullos ſubire labores
volum⁹, & ipſe pro nobis tot labores & incõmoda ſuſtinuit.
SICVTI etiam in ſecunda ab ipſo propoſita parabola Aut quæ mulier habẽs dragmas decem.
oſtenditur, id ipſum enim Saluator oſtendere vult quod in
prima. Dragma anima humana eſt, ſi dragmæ conditiones in
ſpexeris. Dragma enim Regis imagine inſignita eſt, ita ratio
nalis anima Dei eſt imago, vel potius ipſa inſignitur, quia ſi
cut Deus eſſentia quidem vnus eſt, trinus vero in perſonis,
ita anima vna eſt eſſentia, trina vero in potentijs, Deus inui
ſibilis, ipſa quoq; anima inuiſibilis, Deus inmortalis, ipſa etiã
anima immortalis, Deus in corporeus, anima etiam incorpo
rea, Deus in toto mundo & in qualibet eius parte, ita
etiam anima in corpore, & in qualibet eius parte. Deinde
dragma Regis arma ſculpta habere ſolet; ita anima in ſe Dei
arma habere debet, de quibus Paulus ad Rom. 13. Induamur Rõ. 13.
arma lucis. Et ad Ephe. 6. Induite vos armaturam Dei vt poſ Ephe. 6.
ſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Dragma etiam ſuper
ſcriptionem habere ſolet; ita anima legem naturalem in ſe
conſcriptam habet, de qua Pſ. Signatum eſt ſuper nos lumẽ Pſ.
vultus tui domine. Poſtea dragma ſonũ verum auri, vel ar
genti, vel eris, habeat; ita etiam qualia vnius cuiuſq; verba
ſũt, talis ipſe iudicatur. Deinde dragma iuſtũ habeat põdus;
ita anima humilitatem, non enim leues eſſe homines debẽt,
propter ſuperbiam aut inanem gloriam. Demum dragma
integra ſit non confracta, ſicut nonnulli hominũ, qui nequã
quã integre & ſincere Deo ſeruiunt. Iſta dragma deperditur
per peccatũ ſicut de oue ſuperius diximus. Diuina vero ſa-
pietia, incẽſa quaſi lucerna aſſũpta humanitate, tenebras mũdi
fugauit, & vti de oue diximus diligẽtiſsime quęſiuit, & ea in
uẽta gratulari ſibi vult, eo pacto quo expoſuimus. Infert vero
Chri-

Chriſtus cõtra Phariſęos: ita dico vobis quod ſpecialis gaudij ratio conſurgit Deo & Angelis ex peccatoris conuerſione, quanuis non ſit propterea maius eo, quod ex electorum iuſtitia Deus accipit. Simile. Quemadmodum homo qui plures habet filios, cum illorum quiſpiam ex infirmitate ſanus conſurgit, ſpecialiter de illo gaudere videtur, non quod magis ipſum, quam alios diligat, ſed quia noua de illo gaudendi ratio ex ſanitate recepta conſurgit; ita Saluator ſpecialis gaudij ratione exultat, ex peccatoris conuerſione. Ex quo etiã in ferre licet, quantus ſit in cælo dolor, ex auerſione peccatoris. Lucæ. 19. Cum ciuitas Hieruſalem effuſe lætaretur Chriſtus econtra, turritos eius muros aſpiciens fleuit, ita cum peccator Deum offendens in mundo lætatur, angeli in cælo lugẽt, peccatore vero ad Deum conuerſo, tota cæli curia effuſæ lętatur. Non tamen propterea ſequitur pluris Deum peccatores conuerſos, quam iuſtos ęſtimare, ſed ſequitur multum non magis æſtimare, quia nouam gaudendi occaſionem dederunt, & etiam quia pluris ſibi conſtant. Simile. Agricola magis gaudet, ſi confragoſa & inculta terra, vberes fructus reddat quam exculta & irrigua, quæ vberrima eſſe ſolet, idipſum de peccatoribus & iuſtis dici poteſt. Quod profecto peccatores allicere deberet, vt ad Chriſtum accedentes, curarentur, ſicut Paulus dicebat ad Hæbre. cap. 4. Hebre. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus, in auxilio opportuno.

¶ MENSVRAM BONAM ET confertam & coagitatam & ſupereffluẽtem dabunt in ſinum veſtrum &c. Nunquid poteſt cęcus cæcum ducere? &c. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum &c. Quid autem vi





des feſtucam in oculo fratris tui trabem autem quæ in oculo tuo eſt non conſideras? &c. Lucæ 6.

SENTENTIAE iſtæ parabolicæ faciles ſunt, prima vero nihil aliud Chriſtus ſignificare voluit, quã remunerationẽ in beatitudine copioſiſsimã & abundantiſsimã fore, ijs qui iniurias remiſerint, & eleemoſinas conceſſerint &c. Quare vero menſura bona, conferta, & coagitata dicatur in concione explicabimus.

Alterius etiam ſententiæ interpretatio facilis eſt, oſtendit enim Chriſtus, qualis eſſe debet, qui alium reprehendere & iudicare præſumit, ne qui alienæ vitæ ſeuerus cenſor eſt, ſuę ſit negligens. Ideo ait. Nunquid poteſt cæcus cęcum ducere? ac ſi dicat. Qui alium iudicare & reprehendere pręſumit ipſumq. inſtruere, videat ne ipſe eiſdem vitijs, & errore implicitus ſit, nam ſi errore vel cupiditate cęcus ſit & alterius dux eſſe vult, profecto ambo in foueam ęternæ damnationis cadent.

Ad eundem fere modũ tertia exponitur, ſcilicet. Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, quaſi dicat Saluator, ſi tu qui aliorum magiſter eſſe vis, in eodem vitio ſis, numquam ille quem doces melior euadet, quia iuxta prouerbium non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, & ita ille numquam emendabitur.

Quarta vero Saluator Phariſeos & quoſcunq. alios notat qui grauiſsimis vitijs impliciti, ſeipſos minime intuentur & ad aliorum vitia, immo minima errata corrigendum faciles ſunt, has ſententias latius in ſequentibus explicabimus.

## CONCIO.

Simili tudo. QVEMADMODVM in hortis iuxta aquas, ad
voluptaté cõſitis, adulta ęſtate, varij flores radici-
bus erũpunt, Quarum quęlibet veluti æmulatione
quadam, ſuauem iocunditatem oſtendens, ad ſe
potius quam alias colligendum, aſpicientes inuitare vide-
tur. Ita in hoc euãgelio, plures nobis parabolæ proponũtur,
quarum vna quæq. quia ab alia primo aſpectu, dependere
non apparet, ad ſe exponendum inuitat. Nec minus ſuauiſ-
ſima Chriſti verba, quæ eas in ipſo euangelij limine præce-
dunt; intellectum noſtrum & voluntatem alliciunt: Ex qui
Eſtote miſeri cor- des. bus quaſi ex radice quadam, doctrina omnis tradita, & ha
rum parabolarum ſeries dependere videntur. Ea vero
ſunt quibus Saluator nos ab beneficentiam hortatur, ſu-
premi patris exemplo, qui benignus in omnes & miſeri-
Eſa. 16. cors eſt, ſicut Eſaia. 16. dicebat. Et præparabitur in miſe-
ricordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate. Dictu-
rus enim Propheta Deum redditurum quod iuſtum eſt, præ
miſit, & præparabitur in miſericordia ſolium, Quanuis e-
nim iuſtitia & miſericordia in Deo æquales ſint, oſtenſis
tamen operibus, miſericordia nobis eminere videtur, ſi-
Pſ. cut Dauid. Miſerationes ſuper alia opera eſſe dicebat, qua
incomparabilibus beneficijs, mortales omnes ſine diſcrimi
ne, proſecutus eſt. Quid quid enim in nobis vel dignitatis
vel excelentiæ apparet, a patre luminum deriuari certum
Simile eſt. Nam quemadmodum quid quid ſplendoris in aſtris
emicat, a ſole eſt, a quo vno cæleſtia corpora claritatem
participant, nec ob id Sol, vel claritatę minuitur, vel obum-
bratur: ita bona omnia quæ in nobis ſplẽdere videntur, ab ip
ſo ſunt ſupræmo patre, cuius ob id gloria aut beatitudo, ne-
quaquã vel tãtulũ decreſcit. Nec tãtorũ beneficiorũ gratia,
alíud



alíud à nobis exigit præter amoré mutuũ ex corde, quo gra
ta commemoratione, ab ipſo nos omnia conſequutos eſ-
ſe, proteſtamur. Sicut fluuij omnes ad mare, veluti ipſi Simile
gratiam rependentes, reuertuntur; vt iterum fluant. Sic
nos ad ipſum bona omnia, amore reciproco referamus, vt
maiora ab ipſo beneficia recipere mereamur. Iſte amor
ſi adeſt, a proximi amore veluti ab effectu cognoſcitur.
Sicut medicus ex pulſus celeritate & inęqualitate febrem Simile
intęlligit: ita fratrum noſtrorum amor, Dei amorem in-
dicat. Et ſicut Dei in nos beneficentia, oſtenſis operibus
declaratur, ita beneficentiæ operibus, quibus proximos pro
ſequimur, quo amore erga illos afficiamur oſtendimus, non
diligentes verbo aut lingua, (vt Ioannes ait) ſed opere & 1. Io. 3.
veritate. Deus in altari ignem habebat, & panem, ſic nos Leui.
in anima charitatem habeamus, & panem operum benefi- 24.
centiæ, erga proximos ſicut dicebat Paulus ad collo. 3, Indui Collo.
te vos ſicut Dei electi & ſancti, & dilecti, viſcera miſericor 3.
diæ benignitaté: Quaſi dicat vos qui a Deo electi eſtis & di-
lecti, habete viſcera miſericordia, & benignitate plena, erga
fratres veſtros. Similiter etiã Zacharias dicebat ca. 7. Miſeri Zach.
cordiam, & miſerationes facite, vnus quiſq. cum fratre ſuo, vi 7.
duam & pupilum, & aduenam, & pauperem, nolite calumnia
ri, & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo: Ac ſi
diceret. Facite cum fratribus veſtris miſericordiam per inte
riorem compaſsionem; ſuper infirmitatibus eorum ex ani-
mo indolendo, & facite miſerationes per exteriora opera,
ſcilicet eleemoſinas tribuendo, viſitando infirmos, vel incre
pando, docẽdo, conſolando fratres, & præſertim aduenas &
pupilos, viduas, & pauperes, quibus calumniari maximũ ne-
phas eſt; præterea nullus in corde ſuo, malum proximo ma-
chinetur, nec cogitet vt malum inferat, aut ſiniſtra inter-
prætatione quæ bona, aut indifferentia ſunt, in deterio-


rem

Nolite iudicare. rem partem applicando. Qui enim ſincere proximum diligit, nil mali de eo ſuſpicatur, ſic Pau. 1. Co. 13. Charitas non cogitat malum. Quilibet namq; quo maiorem charitatem
1.Co.13 habet, eo magis proximos excuſat, Saluator propter charitatem crucifixores ſuos excuſabat, quia charitas non ſolum
pſ. propria delicta operit, ſed aliena etiam. Sic Dauid. Miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Quod vero nobis occulta, & indifferentia, in meliorem partem in-
Deu.22 terpretanda ſint Deu. 22. aperte declaratur: Dicitur enim ibi. Qui puellæ alteri deſponſatæ, ſtuprum intulerit, in ciuitate ſimul cum ea, capitalis eſto, quia ambo ſontes ſunt, his quia puellæ perſuaſit, illa vero quia lucro, aut voluptati ſuccubuit: Si vero in agro, quiſpiam puellam nactus violauerit, ſolus dabit ſupplicium, quia (inquit) puella clamauit &c. Obſecro, quonam pacto iudices ſcire poterant, puellam clamaſſe? ob id quia cum neutrum ſciretur, id quod indiferens eſt, ad meliorem partem applicari debet. Sic nos fratrum no-
Gē.37. ſtrorum opera indiferentia, bona ſemper ſuſpicemur. Iacob ſanguineam filij ſui veſtem aſpiciens, dixit. Fera peſsima deuorauit filium meum Ioſeph: neq. enim tantum nephas, de filijs ſuſpicari poterat. Non ita multi faciunt, qui non ſolum indifferentia, ſed bona etiam opera ſiniſtræ interpretan-
Iaco.4 tur; de quibus Iacobus ca. 4. dicebat: Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem ſuum, detrahit legi & iudicat legem, ſi autem iudicas legem, non es factor legis, ſed auditor, vnus eſt enim legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare: tu autem quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Quaſi dicat; Bonū opus lege probatur, & quod haud plene cognoſcitur, in euidētibus probamētis iudicari vetat. Tu ergo qui proximo detrahis, vel bonū eius opus perperam interpretaris, aut indifferens iudicas quod ignoras, non proximo detrahis, ſed legi, ipſamq. legem iudicas, quæ bonum opus probat,



bat, & quod ignoratur inueſtigare prius iubet: Taliter vero tu nequaquam legis es factor ſed iudex, cum tibi legē Deus, nō vt iudices, ſed vt ſerues tradiderit: Eius vero iudex vnus eſt, videlicet Deus, qui poteſt perdere te qui alios iniuſte iudicas, & ipſam ſeruantes legem, ſaluare. Similiter Paulus 1.co.4.
dicebat 1. Co. 4. Nolite aute tempus iudicare, quouſq. veniat dominus, qui illuminauit abſcondita tenebrarum. Tempus igitur tenebrarū eſt, in tenebris vero quomodo iudicare poſumus? Filij Iſrael in terra Ieſſe clara in luce ver- Exod.
ſabantur, Aegiptij vero tenebris obuoluti erant: ex obſcu- 4.
ro autem loco homines, alios in perſpicuo exiſtentes cog- Similē
noſcere poſſunt, non autem vice verſa, nam ex locis claris, in tenebris alios exiſtentes minime vident. Et ita filij Iſrael Aegiptios non videbant, Aegiptij vero Iſraelitas maxime; ita peſsimi homines, qui tenebris peccatorum inuoluti ſunt, bonos attentiſsime contemplantur, bene ne an perperam conuerſentur; videlicet, ſi rite comunicant, ſi ex gloria orant & alia id genus attentiſsime reſpiciunt ad iudicandum, at vero ſtudioſi homines aliorum deffectus aſpicere non curant, ſiquid vero virtutis in eis ſplendere vident, amplectuntur. Can verenda patris, ſuis fratribus oſtendebat ir- Ge. 9.
ridens, alij vero patris nuditatem, aliorſum oculos vertentes, cooperuerunt. Ita electi viri minime proximorum deffectus inquirunt, praui vero homines bonorum opera ad iudicandum temere, curioſius ſpeculantur. Propterea dicebat Paulus 1. Co. 4. Pro minimo mihi eſt vt a vobis iudicer, 1.co.4.
aut ab humano die, qui autem iudicat me dominus eſt. Qui ſcilicet poteſt perdere, eos qui male iudicant, ex eo enim quod ſic iudicant, iudicari merentur. Sic Deus per Eſaiam Eſa.
ca. 49. dicebat. Eos qui te iudicauerunt, ego iudicabo; Ita 49.
etiā Pau. ad Ro. 3. Inexcuſabilis es omnis homo, qui iudicas, Ro.3.
in quo enim aliū iudicas, te ipſum cōdēnas. Si enim ſpiritua-

 les

les viri, qui potius iudicare poſſēt, a iudicijs ſe abſtinēt? q
pęna digni ſūt qui cū corruptiſsimi ipſi ſint, alios iudicare &
cōdēnare audēt? horū profecto iudiciū, ſua eſt cōdēnatio, an-
Pro. 17 te Dei tribunal. Sic Pro. 16. dicitur. Qui iuſtificat impium, &
qui condēnat iuſtū, vtrūq. abominabile eſt apud Deū: Et ita
Oſeę. meretur a Deo iudicari, & cōdēnari, ſicut dicitur Oſeę 4. Vi
4. ſitabo ſuper eū, vias eius & cogitationes eius, reddā ei Qua
ſi dicat. Iudicabo eū ſecundū vias eius, & iuxta cogitationes
ſuas prauas, quibus temere de proximis iudicabat, & eos cō-
dēnabat, iudicabo eū. Nō ergo temere iudicādū, aut cōdēnā
dū quia tales merētur cōdēnari, vel ab hominib[9], vel a Deo:
Sicut etiam qui iniurias remittit, meretur vt ſibi peccata di
mitantur a Deo, vel quod homines ipſi iniurias remittant.
Dimittite & dimittemini. IDEO ait dimittite & dimittemini. Quæ verba inęſti-
mabiles nobis, bonitatis Dei diuitias oſtendunt. Non enim
dedignatur Deus, iniurias hominibus illatas, offenſis contra
ſe factis æquare, quod inter maxima beneficia nobis collata,
enumerari poteſt. Maximum beneficium fuit e cælo ad prę-
dicandum pauperibus deſcendiſſe, in ſtabulo naſci, noſter ci
bus fieri, & ſuę diuinitatis myſteria noſtro intellectui acco
modaſſe, ſed non minus profecto eſt, ſuas offenſas, noſtris in-
iurijs æquare. O mira Dei bonitas qui offenſas contra ſuprę
mam ſuam maieſtatem effectas, viliſsimorū hominū iniu-
rijs, veluti pares facere dignatur: taliter, vt ſi homo iniurias
Eccle. remittat, ſibi etiam peccata condonentur. Ita Eccleſiaſtici
28. 28. Relinque proximo nocenti te, & tūc depręcanti tibi pec
cata ſoluentur. A ſeruo illo ingrato, qui noluit conſeruo ſuo
debitum remittere, rex ſuum debitū repetebat, quaſi dicēs.
Perfide obid debitū meū, quod ſummā decē miliū talētorū
attingebat, tuo debito cētū denariorū par feci, vt meo exē-
plo motus, libēter remitteres, & quia minime effeciſti, tormē
tis excrutiaberis, quouſq. reddas. Si Saluator nobis memoria
le



le petitionū orationis Dominicæ, non ordinaſſet, temeraria
profecto illa ſentētia videretur, dimitte nobis debita noſtra,
ſicut nos dimittimus debitoribus. Cuius enim arrogātiæ eſ- Simile
ſet regi terreno dicere, dimitte mihi leſæ tuæ maieſtatis cri
men, quia ego homini, qui me iniuria affecit peperci? Quid
enim nos viliſsimi omnium iniurias condonantes, præſta-
mus, ſi cum eo quod Deus efficit, peccata remittendo, com-
paretur? cum Dei offenſa pene infinita ſit, noſtra vero viliſ-
ſima? iſtud vero Saluatoris ſpiritu qui nos taliter orare do-
cuit, proferimus. Quis enim taliter Deum voluti obligare
tentaret, ad ſibi peccata condonandum, per hoc quod ipſe
iniurias remitteret? Sed quia ipſe promiſit, & taliter orare
docuit, cōfidēter, id dicim[9]. Pręſertim ipſo atteſtāte. Dimit
tite & dimittemini. Propterea dicebat, Paulus ad Eph. 4. Eph. 4.
Eſtote in vicē benigni & miſericordes, donātes inuicē, ſicut
Deus in Chriſto donauit nobis. Et ad Col. 3. donātes vobis Collo.
metipſis ſi quis aduerſus aliquē habet quęrelā, ſicut & domi 3.
nus donauit vobis. Et hoc maximū amiciciæ Dei & recon-
ciliationis cū eo pignus eſt. Nā homines mordaci cura angi
ſolēt cogitātes nū illis Deus pepercerit, a qua cura nos Deus
primo per cōfeſſarios liberat, qui nobis illud, veluti ab eius
ore, ad aurē denūtiāt, cū dicūt. Ego te abſoluo, quo verbo lęti 2. Re.
tia perfundimur, ſicut Dauid cui, cū dictū fuit, Dominus trāſtu 12.
lit peccatum tuum dixit. Auditui meo dabis gaudium & lęti-
tiam. Deinde etiam ea nos Deus cura veluti liberat, ſi li-
bēter pro ipſo iniurias condonemus, dixit enim. Dimittere & Similē
dimittemini. Et iſta duo ſunt veluti pignora ſecuritatis. Ali
qua ſunt, quæ ſi ſola ſine aliorū adminiculo offerantur, dif fi
cile ferimus, obid cū potionem medicam bibimus, malum ad
amaritudinem leuandam mordicus arripimus. Propte-
rea Saluator ſuis diſcipulis, quos perturbādos pręuidebat, cū
ſuos labores, & crucē eis exponeret, cōfeſtim addidit, & ter
tia

Matt. 20. tia die reſurget, Ioab etiam Regi Dauid, quem nuntio cladis,
ad muros ciuitatis Rabbatha acceptæ, commouēdū ſciebat,
2.Re.11 Vriæ mortem nuntiari fecit, qua effuſe ipſum gauiſurum in-
Ezec.3. telligebat, Liber Ezechieli traditus, non amarus ſolum, ſed
Gē.35. dulcis erat, vt cum Propheta deuorare poſſet. Iacob vxoris
mortem patienter tulit, quia nato filio Beniamin nomen im
poſuit, videlicet filium dextræ eum appellans. Ita etiam in-
iurias libenter condonabimus, ſi nobis Deum offenſas remit
tere, cogitemus. Facile enim quod amaritudinis eſt, in iniu-
riarum remiſsione, hoc tanto pignore quaſi antidoto fere-
mus. Idipſum de alijs a Chriſto propoſitis, dicendum, ſingu
lis enim ſuum antidotum ponit, nam qui non iudicat, non iu
dicabitur, qui non condemnat, non condemnabitur, ſimili-
Date & dabitur vobis. Lucæ. 16. ter qui dimittit, dimittetur, pari etiam ratione ſi cui graue
videtur dare, conſideret ſibi etiam propter id dari & pote-
rit ferre. Nam pauper neminem pauperem facit, niſi eū qui
ſibi non miſeretur, ſicut Lazarus pauperem effecit, auarum
diuitem, adeo vt aquæ guttam expoſtularet. Alios vero qui
miſerentur pauperes ditare ſolent, ſicut Helias viduam, &
Apoſtoli eos quibus panes diſtribuebant. Ideo dicebat Pau.
2.Co.6 2.Co.6. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Sic etiā
Pro.22 Pro.22. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de pa
nibus enim ſuis dedit pauperi, victoriam & honorem acqui
ret qui dat munera, animam autem aufert accipientis. Bene-
dicitur enim miſericors ab accipientibus, & acquirit victo-
riam contra auaritiam, & honorem inter homines, & rapit
accipientis animam, quia ipſum in ſui amorem allicit. Simili
Pro.28 ter Pro.28. Qui dat pauperi non indigebit: nam ſi ad Deum
iſta referantur, dantes liberaliter a Deo merentur recipere.
Quia quanuis accipiens obliuiſcatur, Deus non obliuiſcitur.
Simile Chry. Quemadmodum enim qui epiſtolam conſcribit, eum ad quē
ſcribit in mente habet, ita (vt ait Chryſoſtomus) qui prop-





ter Deūm Eleemoſinam facit, Deum in mēte habere debet,
qui ſemper retribuit. Ita dicitur Eccleſiaſt.14. In diuiſione Eccle. 14.
ſortis, da & accipe & iuſtifica animam tuam. Taliter enim
Deus humanarum rerum ſortes diuidi permiſit, vt quidam
diuites, alij pauperes eſſent, vt pauperes patientia, & diuites
eleemoſina exercerentur. Ait ergo ſapiens in hac rerum di
uiſione, tu qui diues euaſiſti, da eleemoſinam, & accipe a
Deo retributionem, & ita animam tuā iuſtificabis, ſi forte ſi
ne gratia Dei es. Nā vt ait Chryſoſ. Sicut iudex qui accipit Chryſoſ.
munera, ſententiā cōtra eū qui ſibi munera dedit, non ſtatim
profert, ſed procraſtinat expectans, vt litigantes controuer Simile
ſiam finiant; Ita Deus eleemoſinis quas pauperibus tribuiſti,
quaſi muneribus acceptis, ſentētiā cōtra te, nō ſtatim profert,
ſed patiēter expectat quouſq; ad cor reddeas, & cū Deo litē
componas. Nec id ſolum eleemoſina efficit, ſed vt in cęlo cu
mulatiſsime præmium accipias. Quod voluit Saluator per
met aphorā explicare cum dixit. Menſuram bonam, & con- Mēſurā bonam.
fertam, & coagitatā, & ſupereffluentem dabunt in ſinum ve
ſtrum: Quibus quattuor bone menſuræ conditionibus, cæle
ſte præmium exaggeratur. Erit enim beatitudinis menſura
bona, quia reſpondebit merito, ſcilicet gratiæ & charitati, lu
men gloriæ, & lumini beatitudo viſionis, Erit cōferta, quia
Deus animę beatæ maxime vnietur. Quia ſi is qui adhæret
Deo vnus ſpiritus fit cum eo, quanto magis in beatitudine?
Erit etiam agitata menſura, quia vltra condignum, Deus re
tribuet. Erit præterea effluens, quia plus Deus nobis confe
ret, quam quod animo percipere nunquam potuimus, vt Pſ.
implebis me lætitia cū vultu tuo &c. Vel aliter exponitur,
quaſi dicat Chriſtus. Veſtra opera dabunt, id eſt acquirent
menſuram gloriæ bonam, propter viſionē, quę eſt tota mer-
ces, confertam propter amorem, coagitatam, propter poſſeſ-
ſionem, ſuper effluentem propter fruitionem, quæ cognitio

nem ſuperabit. Vel Deus propter veſtra merita dabit mẽſ
rã bonã &c. Iſta ad beatitudinis præmiũ exaggerandũ dicit,
ſed ad ea probãdũ quę ſuperius dixit, addit. Eadẽ quippe mẽ
ſura qua mẽſi fueritis &c. quaſi dicat (ſi ad homines refera-
tur). Quomodo vos alijs feceritis, ſiue iudicãdo, ſiue cõdenã
do, ſiue dãdo, aut remittẽdo, ſic vobis fiet ab alijs. Vt vel ſic
Chriſtus homines, a temerarijs iudicijs abſtraheret, quia vt
plurimũ ęgre ferũt ab alijs iudicari. Si vero iſta de Deo (vt ſu
perius diximus) exponãtur, idẽ eſt ac ſi Chriſtus in genere di
cat. Si benefeceritis nõ iudicãdo, aut cõdenãdo, quin potius
dimittendo & dãdo, bona etiã recipietis. Si vero mala, teme
re iudicãdo & cõdẽnãdo, mala etiã recipietis, quia eadẽ mẽ-
ſura &c. Dei vero iudiciũ, quo bonis bona, praue vero operã
Eſa. 28. tibus mala retribuet, mẽſura dicitur, vt patet Eſa. 28. Ponã in
Dani. 5. põdere iudiciũ & iuſticiã in menſura. Ita etiam Daniel Ap-
penſus es in ſtatera, & inuentus eſt minus habens. Tali Deus
menſura, bonorum & prauorũ opera, quaſi ponderando diſ-
Pro. 16. cutiet. Sic Pro. 16. Pondus & ſtatera, iudicia domini ſunt. De
Eſa. 27 hac menſura loquebatur Eſa. ca. 27. In menſura contra mẽſu-
ram, cum abiecta fuerit iudicabo eam. Quia Deus cum a ſe
animam proijcit, iudicat eam in menſura, iuſte eius facta exa
minando, & iſta Dei menſura reſpondet, e regione peccato-
Hie. 13. rum menſurę. Sic Hiere. 13. Diſſeminabo eos quaſi ſtipulam,
quæ a vento raptatur, hæc eſt ſors tua & pars menſuræ tuæ.
Eſa. 66 Ita etiam Eſa. 65. Remetiar opus eorum in ſinu eorum. Ecõ
tra vero virtutum menſuræ reſpondet menſura, præmij. Ita
Ephe. 4. Pau. Ephe. 4. Donec occurramus ei, in virum perfectum, in
menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Nunquid poteſt cęcus cęcum ducere? E A D E M vero quæ in principio Saluator propoſuit
tribus vltimis parabolis cõfirmat. Veluti ſi dicat Quicunq.
aliorum vitam examinare iudicando præſumit, videat prius
an ipſe mundus ſit, & mentem ſine errore habeat: Alioquim





ſi ignorãtię aũt peccati tenebris obuolutus eſt & excęcatus,
non poterit alios, etiam ſi cęci ſint ducere, & ſi tentet ſe eorũ
ducẽ facere, ipſe cum alijs in foueam cadet. Cum cęcus cęcũ
ducere nõ poſsit, Mẽtis vero cæcitas maior eſt corporea cę
citate, quia mens plus videt quã oculus, quia oculus præſen
tia ſolũ intuetur, ratio vero præterita præſentia & futura: o-
culus exteriora ſolũ videt, ratio vero pertingit ad eſſentiam
rei. Si ergo ridiculus eſſet corporalis cæcus, qui aliũ ducere
præſumeret, quales iudicãdi ſunt, qui peccatorũ tenebris ex
cęcati, aliorũ cẽſores eſſe volũt? De talibus dicebat Pau. ad.
Ro. 2. Cõfidis te eſſe ducẽ cæcorũ, lumẽ eorũ qui in tenebris Rõ. 2.
ſunt, eruditorẽ inſipiẽtiũ, magiſtrũ infantiũ, habẽtẽ formam
ſciẽtiæ, & veritatis in lege, qui ergo alios doces, te ipſum nõ
doces? Quaſi dicat, te prius doce, & inſtrui permitte, & inſtru
ctus & ſanus, alios inſtruere & ſanare poteris, Alioquim, ille Non
quẽ tu ducere præſumis, nũquã bonus euadet, nec te erit me eſt diſ
lior, quia cũ tu ſis magiſter, & ille diſcipulus: iuxta prouerbiũ, cipul⁹
nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ, ſufficit ſibi quod ſit ſicut ma ſuper
giſter eius. Diſce ergo tu prius bene viuere, & poteris alios magi-
docere, quia alias corrues ſicut cęteri, eos cõdẽnãdo aut iudi ſtrũ,
cãdo. Sic Pro. 17. Qui altã facit domũ, quærit ruinam, & qui Pro. 17.
euitat diſcere incidet in mala. Altam facit domũ ſine funda-
mento, qui ſolo ſuperbiæ faſtu alios iudicare, & repræhen
dere præſumit, & ita ruinę proximus eſt. Tales ſunt, qui a-
liorum magiſtri eſſe volunt, qui nec diſcipuli in perfectio-
nis ſcola eſſe ceperunt, de quibus, & qui euitat diſcere, ſci-
licet ſecundum virtutem vitam inſtituere, in mala incidet.
Diſcant igitur prius, qui alios inſtituere pręſumunt. Sed
ea eſt humanorum cordium prauitas, vt qui grauiſsimis de- Quid
lictis ſucũbunt, non erubeſcant alios inſequi iudicando, eorũ vides
leuiſsimis peccatis inſultando. Et hoc eſt miraculũ a Diabo- feſtucã,
lo in talibus patratũ, vt in aliorũ oculis feſtucam videant, &c.

& in ſuis trabem magnam non conſiderent. Tales ſunt qui vel minima fratrum errata ponderant, & ſua crimina grauiſſima non curant. Sicut Saluator de Phariſæis dicebat, Excolantes calicem, camelum vero deglutientes. Nam exterius ſe vel a minimis abſtinere oſtendebant, cum grauiſsima peccata camelis comparata committere minime erubeſcerent. Vt patet etiam, quia magnis vocibus Chriſtum ad mortem iniquiſsime petebant, & in prætorium præ ſcrupulo ingredi nolebant. Præcipiebat Deus vt quandiu leproſus, lepra minime mundatus erat, os contectum haberet. Qui ergo fœdiſsima peccati lepra obſceni ſunt, quomodo os operire audent, ad alios repræhendendum? Præſertim de leuiſsimis erratis. Oculi pupila, tranſparens eſt, & colore vacat, vt de coloribus iudicare poſsit. Similiter qui aliorum vitia, reprehẽdere audet, vitij expers ſit. Quid ergo de illis dicem⁹, qui cũ fædiſsimis vitijs indulgeant, & interius corruptiſsime & perditiſsime viuant, leuiſsimas aliorum ignorantias, notant. Tergat igitur vnuſquiſq. peccatorum ſordes, & ſic poterit charitate impellente, proximos corrigere, & eos lucrari.

¶ATTENDITE A FALSIS prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoſcetis eos. Nũquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? ſic omnis arbor bona fructus bonos facit, &c. Matt. 7.





HIS parabolicis ſententijs oſtendit Saluator, eos eſſe cauendos, qui homines a via vera & ſtricta, quam ipſe depinxerat abducere ſtudent, quales ſunt hæretici, de quibus iſta præcipue verba intelligenda ſunt. Veſtimenta vero ouium, quibus induti apparent, ſunt quæcunq. ad exteriorem ſanctitaté pertinent, ſicut ieiunia, orationes, &c. Sed cum ſanctitatem exterius oſtendunt lupinum cor intus contegunt, tales ab operibus cognoſcuntur, quæ ſunt eorum fructus, ſicut arbor ex fructu cognoſcitur. Sed quia iſte ſententiæ valde ad mores hominum, componendos, & ipſos homines inſtruendos aptiſsime ſunt, fuſius ſecundum literalem ſenſum & per accõmodationem, eas in ſequenti cõcione dilucidabimus. Nã non ſolũ hæc doctrina de hæreticis interpretatur, ſed de his qui exteriori ſanctitatis pictura, terros mores contegunt etiam intelligitur.

## CONCIO.

QVEMADMODVM ex torres, dulcis patris, chariſsimarumq. rerum, dæſiderium quoquo gentium peregrinentur, circumferentes: ſi quãdo ipſis domũ repetere concedatur, peritos regionũ inquirũt a quibus de itinere diligentiſsime inſtruantur. Eos vero quorũ ducatu, vel diſtineri, vel aberrare formidãt, euitare ſtudẽt: Ita nobis Saluator a cæleſti patria peregrinãtibus; poſtquã arctã ſalutis viam, quam ipſe præiuit oſtendit, eos euitare attente docet, qui ſe nobis duces prębentes, non auijs itineribus aberrare ſolum, ſed perditum ire faciunt. Ea namq. eſt Diaboli ad fallendum aſtutia, vt impoſtores immo perſonatos lupos, quandoq. ad noſtram pernitiẽ immittat, qui manſueti animalis exterius veſte contecti, inter greges Chriſti rapaciſsimę graſſentur. Propterea dicitur Eccle- Similitudo.

Eccle. ſiaſtici 11. Attẽde tibi a peſtifero, fabricat enim mala, ne for
11. te inducat ſuper te ſubſanationem in perpetuum, admitte ad
Atten te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te
dite a a vijs proprijs? Peſtiferi ſunt, qui exterius quidẽ, ſimplicita-
falſis tẽ oſtẽdunt, interius venenũ condũt, hos igitur cauere opor
Pro- tet, quia ſemper mala machinãtur, & opprobriũ ſempiternũ
phetis (ſi ipſis credatur) adducunt: ideo addit admitte alienigenã
&c. Alienigena eſt, qui aliena ſentit & docet, a cõmuni ſen-
ſu, talis ſi admittatur, ſubuertit in turbine, id eſt in obſcuri-
tate opinionum, & auertit homines a vijs proprijs cæleſtis
patriæ, abducens eos ab ouili Chriſti, more luporum, qui ra-
piunt & diſpergunt oues. Innumeros Diabolus, per falſos
Prophetas ſubuertit. Sic 3. Reg. 22. Ero ſpiritus mẽdax, &c.
3. Re. 22. Et ideo hæreticos, quaſi eos qui a locis peſte infectis veniũt,
euitare oportet, ipſorum anhelitum auerſantes. Sed (vt hæ-
reticos omittamus) hypocritæ falſi Prophetę dici poſ-
ſunt, qui exteriori quadam ſanctitatis imagine, interiorẽ
Augu malitiam tegunt. Quibus dicebat Aug. Vel appare quod
ſtinus. es, vel eſto quod appares. Iſti quaſi lupi a patre cæleſti glo-
riam rapiunt, quam ſua falſa iuſtitia captare procurant. A fi
lio vero rapiunt veritatem, quia falſi ipſi cum ſint, ſanctitatẽ
vitæ exteriori pictura mentiuntur. Sed a Spiritu Sancto ra-
Iob. piũt bonitatẽ, cum perditiſsimi intus ſint. Ideo dicebat Iob.
27. ca. 27. Quę eſt ſpes hypocritæ, ſi auare rapiat. Quaſi dicat.
Hiere Quid prodeſt quod hypocrita, aurum bonorum operum
2. oſtendat, ſi auare vt lupus rapiat. Dicebat Deus Hiere. 2.
Nunquid auis diſcolor hæreditas mea. Quaſi dicat. Seruos
meos, nequaquam multis coloribus quaſi Cameleon, indui
volo, quod videlicet ad mundum ſimul, & ad Deum conuer
3. Re. 18 tuntur. Propterea dicebat Helias. Vſq. quo clauditatis? &c.
Ita hypocritarum Dei eſſe videtur, quod exterius oſtẽdũt,
& mundi quod per cogitationẽ interius quęrũt. Sicut enim
Paulus



Paulus ait 2. Co. 5. Nolumus expoliari ſed ſuper veſtiri, vt
abſorbeatur quod mortale eſt. Qui induí vult interiorẽ ſubu Simile
culã, oportet vt aliã exuat, & mũdã iterũ induere; ſic ad hoc
vt homines veſte gloriæ induãtur oportet carnẽ exuere, vt Qui ve
glorioſam iterũ induant, ſed homines (vt Paulus ait) nollẽt niũt in
expoliari hac carne, ſed ſine morte ſuperindui immortalita- veſti-
te. Simili modo prophetæ falſi & hypocritę, nolunt expo- mẽtis
liari veſte lupina qua interius induti ſunt, ſed ſuperueſtiri ouiũ.
veſte ouiũ exterius. Sic Pſ. Induantur ſicut diploide confu- Pſ.
ſione ſua, nã induti ſunt interius quidẽ veſte carnis, & exte-
rius veſte Spiritus. Propterea illis quadrat illud Deu. 22. Nõ Deu. 22.
indues veſtimẽtũ, quod ex lana linoq. cõtextũ eſt, nã in veſti
mẽto ex lana & lino contexto, linũ quod ſubtile eſt, oculta-
tur, lana vero quia groſsior, exterius oſtẽditur, ita multi aſtu
tię & malitię linũ in animo occultãtes, exterius lanã ſimpli-
citatis oſtẽdunt. Hos abominatur Deus, nã cũ intus dolum
contineant, exterius lanã quaſi oues oſtendunt. Huiuſmodi
hypocritas depingit Saluator Math. 21. In duobus filijs, quo- Matt.
rũ primus patri reſpõdit, ſe minime ad laborandũ iturũ, tamẽ 21.
pænitentia ductus abijt, alter vero, ſe iturũ dixit, ſed minime
profectus eſt, per primum filium, ſignificantur publicani, &
meretrices, qui cum prius Dei voluntati reſtitiſſent, poſtea
pænitẽtes, ſe Dei ſeruitio deuouerũt. Quibus Scribæ & Pha
riſęi per ſecundum filium ſignificati, peiores erant, qui cum
obedientiam ſpecioſis tantum verbis promiſsiſſent, nequa-
quam Dei præcepta ſeruabant. Cuius modi ſunt etiã ſimula
tores, & perſonati homines, quorum opera, nequaquã oſtẽ-
ſæ exterius ſanctitati reſpondent. De quibus Pro. 10. Opus Pro. 10.
iuſti ad vitam fructus vero impij ad peccatum; quia bonorũ
opera quibus ſe ipſos oſtendunt, ad vitam animę ſeu glorię A fru-
diriguntur, fructus autem impiorum, quibus cognoſcuntur ctibus
ad peccatum tendunt. eorũ
&c.
ET

ET quia fructus bonorum & malorum duplices ſunt, v
borum & operum, ideo verbis & operibus prophetæ falſi,
cognoſcuntur quaſi arbores, Vt Saluator ait. Nam ſpinæ
& tribuli, nequaquam vuas aut ficus producunt, Ita peruerſi
& ſubdoli, qui ſpinis comparantur, nequaquam dulces bono
rum operum fructus, producere poſſunt. Sicut in vniuerſum
Arbor bona &c. putres arbores, fructus bonos, nec bonę arbores, malos fru-
ctus producere poſſunt. Aptiſsime vero Saluator, ficui &
viti & alijs bonis arboribus, veros prophetas, & electos cō-
parauit, falſos vero prophetas, & peruerſos homines tribu-
Simile lis & ſpinis, & alijs peſsimis arboribus. Ficus enim & vitis,
ſi verſus ſolem ad meridiem plantentur, primo radices in
terra profundius emittunt, poſtea ramos extendunt, deinde
fructus ſuauiſsimos producunt; Ita veri prædicatores, iuſti-
tię ſolem reſpicientes, primo fidei radices per Dei & ſui ip
ſius cognitionem emittunt, poſtea ſpei ramos extendunt, &
deinde bonorum operum fructus, per charitatem producūt.
Vitis vero & ficus nequaquam in altum conſurgunt, ſed ſuis
& naturæ viribus, fructus vberrimos producunt. Ita prædi-
catores ſtudioſiq. homines, minime alta de ſe ſentiunt, neq.
ſuperbe alios deſpicientes, eriguntur. Sed totas pene naturæ
& gratiæ vires, in fructuū productione conſumunt. Sic Pau
Titu.3. lus ad Titum.3. ait. Diſcant autem & veſtri bonis operibus
Canti.2. pręeſſe, ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi. Et Can-
ti. Ficus protulit groſſos ſuos, vineę florentes dederunt odo
rem ſuum, ſurge propera amica mea. Quaſi dicat. Iam veri
prædicatores per ficus & vites ſignificati, doctrinæ & bono
rum operum fructus emittere incipiunt, ſurge ergo anima
&c.? Viri enim doctrina & moribus præſtantes, quaſi arbo-
res ad animarum profectum velut ad hominū victum fructi
Ezech. 47. ficant. De quibus Ezech. 47. Super torrentem orietur in ri-
pis eius ex vtraq. parte, omne lignum promiferum, non de
fluet



fluet foliū ex eo, & nō defficiēt fructus eius, per ſingulos mē
ſes, afferet primitiua, quia aquę eius de ſāctuario egrediētur,
& erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinā. Vir
namq. perfectus arbor pomifera eſt, nō defluent eius doctri-
nę folia, nec fructus bonorū operum, ſed tēpore opportuno
producet, quia aquę gratiarū quibus irrigatur a Deo proce
dunt, & fructibus eius cibabit homines, & folia verborū eius
ad animarū medelā erūt. Sic dicitur Pro. 11. Fructus iuſti lig Pro. 11.
num vitæ, Quaſi dicat; Iuſtorum vita & doctrina, alijs ſunt
arbor vitæ, animas eorum ſuſtentantes. Bonorum vero ar-
borum fructus, Paulus ita depingit ad Phi. 1. Fructus autē lu Phi. 1.
cis ſunt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, probantes
quid ſit beneplacitū Deo, & nolite cōmunicare operibus in
fructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite: Acſi dicat,
Fructus qui a lucæ gratiæ procedunt, omnem bonitatē cō-
plectuntur, & iuſtitiam, vnicuiq. quod debetur tribuentes,
Deo honorem & cultum, hominibus amorem mutuum
charitatis, in doctrina vero veritatem continentes, qua
probamus, id eſt intelligimus id quod Deo placet, ad efficiē
dum, ſunt autem aliquorum opera infructuoſa, quibus non
eſt communicandum, iſta enim ab arboribus malis veluti Mala autem arbor.
a ſpinis & tribulis procedunt, a quibus nos abſtinere debe-
mus, immo ea nobis reprehēdere incūbit, de quibus dicitur
Pro. 15. In fructibus impij conturbatio: Quia ex peruerſorū Pro. 15.
hominum operibus, plerumq. conturbatio oritur, quia ipſi
oues Chriſti ſeducūt, ſed tales fructus producūt, quales ipſi
ſunt, ſpinæ enim ſiccæ ſunt, & aridæ, & ſteriles. Tribuli etiā,
quib⁹ impij cōparātur, qui ad ſe accedētiū cōſciētias, malis ſu
is operibus quaſi ſētibus pūgūt, ex eis vero nequaquā boni
fructus expectādi ſunt. De quibus dicitur Sapi. 3. Sapiētiā & Sap. 3.
diſciplinam qui abijcit, infælix eſt, & vana eſt ſpes illorum,
& labores eorum ſine fructu. Infælix eſt profecto, qui verā
 ſapien-

ſapientiam eiicit, quæ in vera Dei cognitione, & amore cõſiſtit, taliũ vero ſpes vacua iudicatur, quia inter homines ſæpelitur, labores vero impoſtorum, & pſeudoprophetarum, ſine fructu ſunt, quia inutiles; Quanuis enim aliquando bene operari videantur, ſcilicet, vel ieiunare, vel orare, vel eleemoſinas tribuere, in ipſis iſta, bona non ſunt, quia ad malum finem ordinantur, licet exterius bona ſint, vel potius appareant. Et ſic quia debito fine carent, nequaquã boni fructus iudicandi ſunt. Propterea de illis dicitur Amos 6. Numquid currere poſſunt in petris equi, aut arari in bubalis poteſt? quia conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructus iuſtitiæ in abſinthium. Equi ægre currũt in petris, quia lædũtur, immo vt velocius, & ſine ſeſſoris periculo currant, ſpargere arenã ſolẽt in circo. Ita prophetæ falſi malis aſſueti (vt gloſſa ait ſuper hoc loco) bonum operari non poſſunt, ſicut nec equi in petris currere; Bubali autẽ bobus ſimiles ſunt, ſed iugũ ferre, ſicut boues ſua feritate nolunt; quia cũ ſilueſtres ſint, ipſum excutiunt. Ita prædicatores falſi, quanuis veris aſsimilentur in exteriori pictura, tamen terram colere, non poſſunt ſicut boues, qui iugũ Chriſti mãſuete ferentes, Chriſtianos excolũt ad fructificandum, falſos ergo prædicatores, opera virtutum exercere, eſt equos in petris currere, & bubalos arare, quod difficile eſt, ipſi enim ſuam iuſtitiam ſtatuere volentes, iudicium Dei in amaritudinem conuertunt, crudeliſsime ſe gerentes, & fructus iuſtitiæ, qui ſuauiſsimi ſunt, (vt Paulus ait ad Hæbreo. 11. Fructum peccatiſsimum exercitatis in ea affert iuſticiæ) in amaritudinem & abſinthium conuerterunt, Quia bona opera quæ dulciſsima ſunt, amara fecerunt ad malum finem deſtinando, veluti ad auaritiam, vel ſuperbiam, aut ambitionem; Nam vt honores aut lucrum conſequantur, exterius bene operari videntur, cum interius nequiſsimi ſint; Non igitur boni iſti fructus

Amo, 6.

Simile

Heb. 11



fructus iudicandi ſunt; qui ad peruerſos fines ordinantur.

SED dices, fideles plerumq. falſos prophetas audiendo, qui bona docent, informantur, vitam in melius commutantes, fructus ergo bonos ex mala arbore, veluti ficus & vuas, ex ſpinis & tribulis, colligere poſſumus. Sed aduerte nõ vocari hominum fructus, quæ ex eorum dictis & factis ſecuntur, quoniam talia, non ab ipſis, ſed ab accipientibus ſunt, Veluti exempli gratia. Si peruerſus bona, & vera doceat, propter auaritiam, aut inanem gloriam, & auditores ex ea prædicatione informentur, iſta hominum inſtructio, nequaquam falſi prædicatoris fructus eſt, ſed ipſa potius prædicatio, quæ quanuis in ſe bona ſit, vt a falſo propheta procedit, & vt ad malum finem ordinatur, non bonus, ſed malus fructus eſt. Irrefragabilis eſt enim Chriſti ſententia, Nõ poteſt mala arbor fructus bonos facere. Immo ſiquando impoſtores, & perſonati lupi, exterius bona opera efficere videãtur, vel ob id manifeſte cognoſcũtur, quia diuturna eſſe nõ poſſunt. Nã ſicut nec ſincere fiunt, nec a gratia Dei procedunt, quinimmo ſuperbiæ & humanæ aſtutiæ innituntur, ſic faciliime euaneſcunt. Propterea de talibus dicitur Iob 8. Numquid viuere poteſt ſcirpus ſine humore? aut creſcere carectum ſine aqua? cum ad huc ſit in flore ante omnes herbas areſcet, antequam carpatur manu; ſic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit. Quaſi dicat. Sine humore gratiæ & auxilio Dei, impoſtores & Prophete falſi qui ſcirpo, & alijs infructiferis arboribus comparantur, quomodo creſcere poſſunt? aut diu viuere & ſuſtentari? Quim potius antequam carpantur manu veluti in flore, areſcent ante omnes herbas. Perfecti enim perſeuerant quouſq. carpantur a Deo ad retributionem, falſi vero, & perſonati homines, ante areſcũt, quia perſeuerare nequeunt,

Iob. 8.

Arbor neque vna, Dei enim obliti ſunt, ideoq; talis eſt illorum exi
quę nõ tus, quia ſpes hypocritæ peribit, fædo enim plerumq. vitæ
facit exitu puniuntur, vt dicitur 2. Re. 23. Pręuaricatores quaſi ſpi
fructũ næ euellentur vniuerſi, quæ non euelluntur manibus, & ſi-
bonũ quis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato
excide igneq; ſuccenſæ comburentur vſq. ad nihilũ. Falſi Prophetę
tur. qui præuaricantur Dei ordinẽ, & Euangelium, a Deo euellẽ
2. Re. tur, non manu, id eſt ſuaui morte, ſed peſsima, videlicet arma
23. ta manu ferro & ſecuri, ad vltimum vero igne comburen-
tur. Ita Deus peſsimos homines quaſi infructiferas arbores,
armata manu excidit, & in ignem mittit. Qua quidem ſecu-
ri nobis Deus quotidie minatur, ni fructus reddamus pæni-
Math. tentiæ vt Ioannes dicebat. Impoſtores ergo, quamuis admo
3. dicum Deus florere ſinat, multoties ab hac vita fædiſsimo
exitu rapiuntur, Vt illorum tehnæ, ab omnibus cognoſcan-
2. Co. tur. Id dicebat Paulus 2. Co. 11. Huiuſmodi pſeudo apoſtoli
11. ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe, in Apoſtolos Chri-
ſti, & non mirum, ipſe enim Sathanas, tranſfigurat ſe in An-
gelum lucis, non eſt ergo mirum, ſi miniſtri eius, transfigurã
tur, veluti miniſtri iuſtitię, quorum finis erit, ſecundum ope
ra ipſorum. Apoſtolus miſſus interpretatur, illi ergo pſeu-
do Apoſtoli ſunt, qui nequaquam miſsi a Deo ſunt, ſed ipſi
veniunt, & ab Apoſtolis diuerſa vel faciant, vel doceãt, nec
mirum eſt, eos ſui magiſtri officium efficere, in Apoſtolos
ſe transfigurando, miniſtrorumq. iuſtitię perſonas accipien-
do, ſed illorũ finis erit, qualia ſunt ipſorum opera, nempe
Eccle. peſsimus. Ita etiã dicitur Eccleſiaſtici 6. Non te extollas in
6. cogitatione tua ſicut taurus, ne forte elidatur virtus tua,
per ſtultitiam & folia tua comedat, & fructus tuos perdat,
& relinquaris ſicut lignum aridum, anima enim nequam, per
det eum qui ſe habet. Ita pleroſq. videas, impoſtores, qui in
ſuperbiam elati alios flocci pendunt, Dei iudicio & permiſ
ſione,



ſione, ſtultiſsimos iudicari, & eorũ verba contemni & ipſo-
rum opera, quaſi maligne facta & in peruerſum finem deſti
nata, irrideri & relinquuntur, quaſi ligna arida, quæ ſicut a-
liæ arbores infructuoſæ excindũtur ad ignẽ. Quæ quidẽ de
peruerſis Chriſtianis intelligi etiã poſſũt. Ita Iob 24. Nõ ſit Iob.
in recordatione, ſed conteratur ſicut lignum infructiferum. 24.
Deus enim peruerſorum hominũ etiã memoriam perdere
dicitur, vt nõ ſint in recordatione, quibus nequaquam iã bo-
na impendet, quinimmo cõteret eos ſicut ſolet cõteri lignũ
in fructiferum, quod in caſſum terrã occupat. Sic etiam dici-
tur Apo. 19. Quod comprehenſa eſt beſtia & cum ea pſeudo Apo.
prophetæ, & qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſęduxit eos, 19.
qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt ima
ginem eius, & miſsi ſunt in ſtagnum ignis ardentis. Diabo-
lus enim falſorum prophetarum magiſter, & ipſi impoſto-
res, eius diſcipuli, qui falſa, ſiquę, vel miraculorum, vel ope-
rum in ſpeciem fecerunt, quibus gentes ſeduxerunt, & in
hæreſim vel alios errores labi fecerunt, vel in peccatum ſuo
prauo exemplo (id enim eſt characterem beſtiæ accipere
& eius imaginem adorare) omnes inquam iſti, miſsi ſunt in
ignem, veluti ligna arida incendio deputata. Ecce qualiter
Deus malas arbores ſuccidit, & in ignem mittit. Sic Iob 15. Iob. 15.
Non recedat a tenebris, & ramos eius arefaciet flamma, &
rapietur ſpiritu oris ſui. Qui viuus obſcuratum habuit in-
tellectum, a via veritatis aberrans, & peccatorum tene-
bris inuolutus tandiu fuit, mittetur in tenebras exteriores
inferni, a quibus nunquam recedet, ſuis id peccatis exigen-
tibus, flammaq. velut arboris infructuoſæ, ſuos ramos com-
buret. Ad quas pænas rapietur, quia ſpiritum ſuperbiæ oris
ſui, non reſtrinxit, (vt gloſſa exponit.) Id eſt quod Ioannes
Baptiſta, parabolica ſententia explicauit dicens. Iam ſecu-
ris ad radicem arboris poſita eſt. Similiter etiam Nabu-

codonoſor excidium, propter tyrannidē & ſuperbiam, maj
Dani. næ arboris exciſſę, ſimilitudine declarauit Daniel ca. 4. Ti-
4. bi dicitur Nabucodonoſor &c. Qui quanuis exciſſus fue-
rat, per pęnitentiam, iterum germinauit.

CVRANDVM igitur nobis eſt, ne velut infructi-
feras arbores, ſuccidat nos Dei iuſtitia. Quod aptiſsima Chri
Lucæ. ſtus ſimilitudine expoſuit Lucæ 13. Vbi ait. Homo quidam,
13. arborem plantatam in vinea ſua habebat, cumq. ter ipſam in
Simili uiſens ad colligendos fructus acceſsiſſet, & minime inueniſ
tudo. ſet, dixit agricolæ. Succide illam incaſſum enim terram oc-
cupat. Agricola vero reſpondit. Dimitte vt fodiam circa
eam, & mittam ſtercora, ſi autem taliter exculta, ſterilis ad-
huc fuerit, fructuſq. minime produxerit, tunc ſuccide illam,
ne terram occupans alijs impedimento ſit. Hæc parabola
quanuis primo iudęorum excidium ſignificet, propter ingra
titudinem, & contumaciam, tamen de fidelium quolibet, in-
telligi poteſt. Vinea eſt Eccleſia, vt ſuperius a nobis late de-
claratum eſt, inqua fidelis quiſq. velut arbor ficci plantatus
eſt, vt fructus bonorum operum producat, ſicut dicebat Sal
Io. uator. Poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus ve
Pſ. ſter maneat. Et Pſ. Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei
mei. Fructus vero quos Chriſtus exigit, connumerantur a
Gala.5 Paulo ad Gala.5. Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium,
pax, patientia longanimitas &c. Sed ſunt aliquæ arbores
infructiferæ, dę quibus dicebat Iudas Apoſtolus. Arbores
autūnales, infructuoſæ bis mortuæ &c. Diuina vero iuſti-
tia, illarum ſterilitatem videns, vult per antecedentem vo-
luntatem, eas eradicare, & ſuccidere, quia incaſſum terram
occupant, id eſt tot Dei beneficijs & Sacramentis abutun-
Pſ. tur, ideo ait Dauid. Dilexiſti omnia verba præcipi-
tationis, propterea Deus deſtruet te, & euellet te, & ra-
dicem tuam, de terra viuentium: Quaſi dicat. Quia ne-
quaquam



quaquā. fructus bonos producis, euellet te Deus. Ideo di- Hiere.
cebat Deus Hiere. 19. Ponam eos velut ficus malas, quæ 19.
comedi non poſſunt, quia peſsimę ſunt, & perſequar eos
in gladio. Sic Deus ſua iuſtitia eos, qui ſuis beneficijs abu-
tuntur, quibuſq. aſsidue irrorat, & vocat inſpirationibus, &
ipſi ſteriles perſeuerant, ſuccidere vult per mortem, Immo
plerumq. id efficit, quia fædo eos vitæ exitu quandoq. abſu-
mit, ſicut dicebat Iob. ca. 4. Vidi eos, qui operantur iniquita Iob. 4.
tem, & ſęminant dolores, & metunt eos flante Deo periſſe,
& ſpiritu iræ eius, eſſe conſumptos. Sed ne id Deus efficiat
miſericordia multoties obſtat, & executionem detinet, do-
nec fodiat per contritionem & timorem, & cor ſcindat per
dolorem, & mittat ſtercora circa radices. Homo eſt arbor
euerſa, tunc illi ſtercora circa radices mittuntur, cū per ſui
ſtatus cognitionem miſerias peccati cognoſcit, & ita
Deus eleuatā veluti iam ſecurim, ad feriendum detinet, ex-
pectās eū ad pænitentiā, & quo magis expectat, eo ſeuerius
animaduertet, cū ſuccidet. Et quia iſta homines nō percipiūt Iob. 4.
a Deo ſucciduntur. Ita dicebat Iob. 4. De mane vſq. ad veſ-
perā ſuccidetur, & quia nullus intelligit in æternū peribūt.
Homines enim a principio vitæ, vſq. ad vltimum ſuccidun-
tur, quia peccando Deum irritant, & paulatim Deus ictus
ingeminat, vel animaduerſionibus vel inſpirationibus, ſed
quia nullus tantam Dei miſericordiam intelligere vult, ad
vltimum ſuccisi perpetuo peribunt, vt dicitur Eccleſiaſtes. Eccle.
11. Vbicunq. ceciderit lignum, ſiue ad auſtrum, ſiue ad aqui- 11.
lonęm ibi erit. Ne ergo tantę bonitatis, & patientiæ Dei di-
uitias cōtemnamus, ſed fructus bonorū operum proferamus, Collo.
de quibus dicebat Paulus ad Collo. 1. In omni opere bono 1.
fructificantes. Hos enim Deus expetit, nō verborū folia, qua Nō omnis qui
lia prophetæ falſi habent, & eorum imitatores qui ſolo dicit
nomine Chriſtiani ſunt, qui ſpecioſis tantum verbis, & ex- &c.
teriori-

terioribus acclamationibus domine domine ſæpe veluti in-
geminantes,cum moribus nihilo meliores paganis ſint. Hi
profecto regnum Dei non conſequentur, quia Deus fruc-
Qui fe tus exigit non verba, quos quidem præſtamus,cum eius vo
cerit luntatem,quantum in nobis eſt complemus,ſicut Paulus di-
volun cebat ad Ephe.5.Nolite fieri imprudentes ſed intelligentes,
tatẽ. quæ ſit voluntas Dei & ca.6. Non ad oculum ſeruientes qua
Ephe.5 ſi hominibus placentes,ſed vt ſerui Chriſti,facientes volũ-
Ephe.6 tatem Dei,ex animo,cũ bona voluntate ſeruientes. Et etiam
Hę.10. ad Hæbre.10. Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem
Dei facientes,reportetis repromiſsionem.

## ¶ HOMO QVIDAM ERAT diues qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona illius, & vocauit illum &c. Lucę.16.

HAEC parabola difficilis admodum à Sacris Doctoribus æſtimatur,ita vt Cardinalis Caietanus dicat,non difficile ſolum,ſed pene impoſsibile eſſe , ipſam ſecundum omnes ſuas partes applicare. Propterea nobis eius explicationi diligentiſsimæ incumbendum eſt. Inprimis igitur obſeruandum eſt , nomine villici æconomum ſignificari,qui eſt totius domus diſpenſator. Cadus vero genus eſt menſurę liquidarum rerum , quantũ vero contineat, parũ ad ſpiritualem intelligentiam refert. Corus etiam mẽſura quędam eſt, nec ad rem facere videtur,quod modios cõtineret,ſufficiat

noſſe



noſſe hæc duo,menſuras quaſdã fuiſſe apud Hæbreos. Quod vero dicitur laudauit dominus villicum iniquitatis, verba ſunt Chriſti de patre familias, qui laudauit villicum , iniquitatis quidem , ſed non propter iniquitatem, ſed quia prudenter feciſſet. Sententia vero Chriſti ait filios huius ſeculi prudentiores eſſe filijs lucis, optime interprætatur a Caietano ſignificat enim filios huius ſeculi prudentiores eſſe in ſuis rebus , quam filij lucis, in eiſdem rebus. Alij vero non inepte interprætantur eadem verba , ſcilicet filios huius ſæculi ſuo modo callidiores eſſe, ad quærendum ea quæ pertinent , ad pręſens ſeculum , quam filij lucis ad inueſtigandum quæ ad illam vitam ſpectant. Et hæc explicatio ad ſpiritualem parabolę intelligentiam magnopere conducit . Adeo enim filij huius ſæculi prudentes ſunt in ſuis rebus, vt nobis ad imitandum proponantur in prudentia,ſic vt ita cauti & prudentes ſimus in ſpiritualibus , ſicut illi in corporalibus . Et ita nobis villicus iſte ad imitandum proponitur a Chriſto , videlicet in prudentia . Ad hunc modum dicebat Paulus. Sicut exibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ, ideſt eo cõnatu, quo membra veſtra expediebatis ad peccandũ,eo,nũc ea exhibere ad vitam recte inſtituendam, nequaquam enim homines tanta diligentia bonum proſequi ſolent,quanta malum. Nũc vero ad parabolę interpretationẽ accedamus. Scopus igitur Chriſti in hac parabola eſt, adhortari homines, vt ſibi per eleemoſinas in futurum prouideant, pręſertim diuites ex rebus ſibi a Deo traditis ad diſpenſandum, ſicut iſte villicus ex rebus domini ſui,ſibi in futurũ cauit loco. Si ergo diuites ſuorũ bonorũ diſpenſatores eſſe intelligamus, facile omnes parabolę partes ſecũdũ Chriſti ſcopũ applicabimus. Iuſte enim de rebus ſibi creditis a Deo poterũt efficere, quod

villicus inique fecit de bonis domini ſui, nam villicus, quã-
uis aſtute ſibi loco cauerit, tamen non licebat illi id facere per fraudem. Diuites tamen qui dei ſunt diſpenſatores, poſſunt ſine fraude de ſuis bonis pauperibus debita remittere vel ipſis eleemoſynas concedere, & ſic a Deo laudabuntur, non ſicut villicus ille a patrefamilias, qui ſolum propter prudentiam laudatus eſt, ſed laudabuntur propter opus, & propter prudentiam. Si ergo iſta ob oculos habeamus facile erit omnes parabolæ partes aptare in hunc modum. Homo iſte diues Deus eſt, villicus autem quilibet homo eſt, cui Deus diuitias quaſi diſpenſatori ſuo dedit, ad eas in bonos vſus expendendum, diuites enim Dei diſpenſatores ſunt, aliqui vero eas diſsipant quia comeſſationibus, ludis, ebrietatibus expendunt, tales enim quaſi bona Dei diſsipant & quanuis Deus cuncta ſciat, infamari apud eum dicuntur, vel quia pauperes ad Deum clamant, vt Iacobus ait cap. 5. vel ipſa peccata. Deus autem vocat diſpenſatorem, cum ei per inſpirationes aut per prædicatores, aut confeſſarios iudicium ob eius oculos ponit, & rationem reddendam in morte, poſt quam, iam non poterunt amplius villicare, quaſi Deus dicat diuiti. Quid facies cũ in morte dicam tibi redde rationem diſpenſationis tuæ? Tunc diues compunctus & cogitans, tandem hoc aliquando, & cum minus ipſe cogitabit futurum, ait intra ſe. Quid faciam, quia Deus tandem in morte villicationem tollet a me, & tunc minime laborare potero, quia nec ſcientia, nec labor eſt apud inferos, ſed nec ab alijs bona opera mendicare potero, præterquam quod maxima verecundia erit, ſcio igitur quid faciã, quandiu viuo & mihi tempus ſuppetit ad operandum, nam ex bonis mihi ad diſpenſandum creditis, prouidebo mihi in futurũ, vt ſcilicet pauperes recipiãt me in domos ſuas. Quod quidem diues dupliciter efficere poteſt, vel vocando pau-





peres ſi forſan aliquos debitores habet, & eis debita vel in totum, ſiue in parte remittẽdo ſyngraphas, vel immutãdo, vel reſcindendo, ſicut Eſa. dicebat. Diſſolue colligationes impietatis &c. Dimitte eos qui confracti ſunt liberos: Aut certe, ſi debitores non habet, concedat eleemoſynas, & merebitur, a Deo laudari, non ſolum propter prudentiam ſed propter bonũ opus beneficẽtiæ. Quomodo vero pauperes recipiant beneficos in domos ſuas, & quare dicatur mammona iniquitatis, & eaque deſunt in concione explicabimus. Ioannes vero Driedo, & aliqui recentiores facile ab hac parabola ſe expediunt, nam ſcopo Chriſti cognito & præfixo reliqua prætermittenda & parum curanda dicunt, argumentumq. a minori faciunt in hunc modum. Si villicus ille laudatus eſt a domino ſuo, qui diſpendium paſſus eſt, quanto magis Deus laudabit diuites beneficos, qui damnum ſuſtinere non poteſt, immo homines ad eleemoſynas hortatur, &c.

## CONCIO.

IMMENSA æterni patris bonitas, non ob id ſolum oſtenditur, quod ſpirituales, & temporales nobis diuitias, apertis ſuæ liberalitatis theſauris, conceſsit, ſed quia vt ipſis maiora lucremur, & cæleſtes, nũquãq. interituros theſauros acquiramus, largitus eſt. Propterea namq. diuitias tribuit, vt ipſis in cæleſti palatio, per eleemoſynas nobis loco caueamus. Ioſeph fratribus ſuis non frumẽ- Gene.
tum ſolum conceſsit, ſed pecuniam, qua illud compararunt. Ita Deus non æternæ ſolum fælicitatis præmium, ſed ea quibus ipſum acquirere poſsimus, largitur. Ea vero eſt humanorũ cordiũ prauitas, vt diuitijs a Deo cõceſsis, in prauos vſus diſsipatis, ipſũ potius offendãt, quã eleemoſynã cuius gratia

Iob 12. conceſſę illis ſunt faciant. Sic dicitur Iob 12. Abundant tabe-
nacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipſe
Simile dederit omnia in manus eorum. Prædones profecto & la-
trones eſſent ſerui, qui a domino ſibi conceſſa bona, ad fami-
liam alendam, in alios prauos vſus diſsiparent. Tales certe
diuites iudicandi ſunt, qui a Deo acceptas diuitias, ad paupe
res ex his quę ſuperſunt alendos, diſsipant. Horum ergo ta-
bernacula, abundant diuitijs, cenſu, temporalibuſq. poſſeſsio
nibus, auro, argento, & gemmis huiuſq. vitę fortunis, qui-
bus ipſi audacter & ſine verecundia, Deum prouocant, adul
terijs, homicidijs, & vſuris, comeſſationibus, & innumeris
alijs peccatis, cum Deum potius laudare, & timere deberent,
Homo quidā erat diues qui habebat villicum. qui omnia (vt homo diues) in manus eorū, immo ipſis, quaſi
villicis diſpenſanda conceſsit. Nec aliter ſe diuites bona ha-
bere exiſtiment, quam vt Dei diſpenſatores, quibus parare
ſibi amicos debēt, videlicet pauperes ſuis eleemoſinis, per
quos ſibi introitus ad beatitudinē pateat. Id eſt quod Salua-
tor propoſita parabola oſtendit, homines videlicet nō diſsi-
patores, ſed diſpenſatores diuitiarū eſſe, & quia tādē diſpēſa
tione priuandi ſunt, interim ſibi eleemoſinis, in cęleſti pala-
tio loco caueant. Nam ſi iniquus diſpenſator propter prudē
tiam laudatus eſt, multo magis diuites, laude erunt, & præ-
mio digni, ſi diuitijs ſibi, a Deo ad diſpenſandum creditis,
pauperes alant. Ita dicebat Dauid 1. Para. 29. Tua ſunt om-
1. Para. 29. nia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Deus enim
diuitibus bona conceſsit, ipſe enim eſt qui pauperem facit
& ditat, humiliat, & ſubleuat. Vt dicitur 1. Re. 2. Niſi enim
1. Re. 2. Pſ. (vt Pſ. ait) dominus ędificauerit domum, fruſtra homines
diſcrutiantur, ipſe enim eſt, qui hominibus dormientibus, di
uitias concedit, cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hære
ditas domini. Sine Dei vero voluntate, nullus diues euaſit,
propterea ait. Vanū eſt vobis ante lucem ſurgere &c. Quaſi
dicat.



dicat. Vt quid mane conſurgitis, ſi Deus vobis diuitias con-
cedere recuſat? Non ergo diuites ſunt domini ſed a Deo di-
uitias acceperunt, vt ſibi per eleemoſinas veluti reddant.

SED qualiter praui diſpenſatores, bona ſibi ad diſpenſan Ezech. 5.
dum credita, diſsipent, oſtendit Deus per Prophe. Eze. ca. 5.
quadam capillorum ſimilitudine; vbi dicit Prophetæ. Su- Similitudo.
me tibi gladium acutum radentem pilos, & duces per caput
tuum, & per barbam tuam; tertiam illorum partem com-
bures igni, tertiam concides gladio; aliam ſparges in ven-
tum, & ſumes paruum numerum & alligabis in ſummitate
pallij tui. Ecce quali Deus metaphora, oſtendit quomodo
huius ſeculi diuites, bona ſibi ad diſpenſandum credita, diſ-
ſipent. Per capillos ſuperflua ſignificantur, ex quibus elee-
moſina fieri debet, ſed ſeculares homines partem illorum
igne comburunt, illi videlicet, qui luxuriantes meretrici-
buſq. bona concedentes, patrimonia conſummunt. Ita vt plę
roſq. videas, taliter, infamis huius vitij dulcedini ſuccum
bere, vt pene extra ſe poſiti, & attoniti nec honoris, nec ſa-
lutis, nec rerum ſuarum iacturam perſentiant; & quid quid
ad alendas ſcortos ab ipſis expetitur, libentiſsime conce-
dunt, tanta eſt illorum veſania. De quibus dicitur Pro. 29 Pro. 29
Qui nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam ſuam. O quot ſunt in
mundo qui inhoneſto luxuriæ igne diuitias comburunt, ita
vt non modo ad eleemoſinas tribuendas, ſed nec ad debi-
ta ſoluenda reſidui aliquid ſibi relinquant, eo quod vel ve-
nuſtis mulieribus, vel internuntijs, omnia conceſſerunt.
Alij vero gladio capillorum partem concidunt, & hi ſunt,
qui vindicandis inimicorum iniurijs incumbentes, omnia
cōſummūt. Sunt enim aliqui ita efferati, vt prędones, & aſſaſ-
ſinos longius euocatos alant, ad iniurias per eos vlciſcen-
das, & eos per manipulos diſtributos, varijs in locis ſuſten-
tant, qui cum vt plurimum ex rapaciſsimo hominum gene-

 re, con-

re,conſtent,cum res ad tot ſuſtentandum non ſuppetant,r...
pto viuunt, & ex confragoſsis aſperrimorum montium lo-
cis,vbi latitant,egredientes, miſeros itinerantes, nihil tale
expectantes adoriuntur, eoſq. auariſsime, & crudeliſsime
ſpoliant. Nec tot pontificum cenſuris,quibus innodantur,
vel tantillum permouentur,quouſq.iniurias ad ſatietatẽ vl
ti ſint. Reſq.deperditas,& patrimonium non curant,immo
libentiſsime ad vindicandas iniurias exponunt,multiq.ex di
uitibus,pauperrimi euaſerunt,propter diſſenſiones. Alij ve-
ro capillos veluti in ventum ſpargũt,qui ea quæ ſuperſunt,
vanitatibus diſsipant. Huiuſmodi ſunt quibus proprij cen-
ſus,& pingues poſſeſsiones non ſufficiunt,vt perſonati ſem
per,& vaniſsime induti appareant, nam prætioſsimis mul-
toq.ſibi conſtantibus veſtibus,induti ſemper incedunt, au-
ro & gemmis fulgentes,vxoreſq.ſuas,ſupra cõditionẽ indui
permittunt,quæ tot ad fucos & muliebrẽ mũdũ,a viris ſuis
expetũt,vt his plures pauperes & hoſpitales domus magno
pere iuuari poſſent. Alij plures ſeruos ad vanitatẽ alunt, vt
ſe ipſis illuſtriores videantur,caneſq. venaticos, & rapaces
alites nutriunt; nulluſq. iam reperitur qui ſua conditione
maior apparere non velit. Mercatores nobiles videri vo-
lunt, nobiles ac ſi comites eſſent apparent, nemoq. ab alio
inani faſtu, & exteriori cultu ſuperari vult: Hinc fit vt
omnia nobilium oppida, ita expilata, & exhauſta ſint, vt
nec redditus ſoluere,his qui integra fide ad annuam ſolutio
nem,pecuniam conceſſerunt poſsint: ita vt Eccleſiæ, plu-
res & cœnobia, ſuis redditibus fraudentur, propter ſuper-
fluos immo exceſsiuos nobilium ſumptus. Taliter vt dimi-
diam, vel tertiam reddituum partem remittere non ſemel
cogantur. Ad id vero calamitatis nobiles deuenerunt, non
quia in bello contra Eccleſiæ inimicos conſumpſerunt, ſed
quia comeſſationibus,ludis,luxurijs,vanitatibus,indulſerũt:
Ecce



Ecce qualiter Dei bona diuites diſsipant. Sed quod minime
prætereũdũ eſt,parũ inde numerum ſumentes, in ſummitate
pallij alligant, quia iſti qui vt prædiximus diuitias diſsi-
pant,ſi obuium pauperem obnixe eleemoſynam petentem,
habuerint, obolo vel dipondio conceſſo, ſatis ſe feciſſe,
exiſtimant: Qui tot inimicos perſequentes conſumpſe-
runt,qui etiam tot vanitatibus quotidie diſperdunt, exiſti-
mant tot pauperes fame pene exeſſos, tot viduas præ vere-
cundia petere recuſantes,tot hoſpitales domos, paruiſsimo
numero ali poſſe.

PROPTEREA non Angeli ſolum,ſed pauperes, & Diffa-
ſermo Dei,immo ipſorũ vani ſumptus,eos quaſi prauos diſ matus
penſatores infamant. Serui accuſauerunt crudelem illũ & in eſt a-
gratũ ſeruũ,ita Angeli diuites apud Deũ accuſant, eo quod pud il-
crudeles erga pauperes ſint. Pauperes vero,& viduæ aſsiduis lum.
ſuſpicijs,pupilli gementes,& hoſpitales domus & alij clamã Matt.
tes infamãt. Ita dicebat Iacobus ca. 5. Theſaurizaſtis vobis 18. Iaco. 5.
iram in nouiſsimis diebus ecce merces operariorũ qui meſ-
ſuerũt regiones veſtras,& quæ fraudata eſt a vobis clamat,
& clamor eorũ ad aures domini ſabaoth introiuit,epulati eſ
tis ſuper terrã,& in luxurijs enutriſtis corda veſtra: Veluti
ſi diceret. Tot diuitijs in malos vſus diſsipatis,irã Dei vobis
in nouiſsimis incitaſtis,quia quos crudeliter tractaſtis,& hi
quos defraudati eſtis clamant,& clamor eorum ad Dei au-
res peruenit,cõſumpſiſtis eius diuitias,quas vobis credidit,
luxuriantes & epulantes &c. Et etiã Eccleſiaſtici 25. Nõne Eccle.
lacrymæ viduæ ad maxillã deſcendũt, & exclamatio eius 25.
ſuper deducẽtem eas? a maxilla enim aſcendunt vſq. ad cœlũ,
& dominus exauditor,nõ delectatur in illis. Quaſi dicat (vt
Lyranus exponit) Nõ ne lachrimæ viduæ deſcẽdẽtes ad maxil
lam clamant contra eos qui eas deducunt opprimentes eam?
& a maxilla ad cœlũ aſcendunt,quia Angeli eas Deo offerũt,
& deui

& Deus qui exaudit, minime in eis delectatur, ſed incitatur contra oppreſſores. Superflui etiam diuitum ſumptus, equi, canes venatici, rapaces alites, ſuperba ędificia, etiam contra
Abac. 2. eos clamant, ita dicebat Abacuh 2. Ve qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit. Notanda vero ſunt prophetę verba, quia eorum vicem dolet, qui auare congregant, & ſuperflue expendũt, in ruinam domus ſuæ, nam illa iniuſta rerum congregatio, (ad ædificia ſuperba, & turritas domos ędificandum, vt ipſorũ manſio in excelſo ſit) domus ſuæ ruina, cenſeri debet, quia quanto excelſius extollitur, tãto maior erit cõfuſio ipſorũ ante tribunal Chriſti, quia lapis de pariete magno ſumptu ad ædificium comparatus, cum multorum pauperum detrimento, clamabit contra diuites, & deaurata ligna, & ſumptuoſæ contignationes, depictaq. laquearibus aureis cubicula, tapetumq. diuerſitas, lectiq. argentei & deaurati, & tot ſuperfluę res clamabunt contra diuites & nobiles, immo canes venatici, & rapaces aues, vociferabuntur cõtra dominos ſuos, cum tot pauperes fame pene exeſſos, per membra corrumpi videant. Taliter diuites diffamantur a pauperibus apud Deum, qui libenter huiuſmodi quærelas audit.

SED vt oſtendat non eſſe iuſticię executionem pręcipitandam, iudiceſq. paſsione vacuos eſſe debere, & nequaquam ira impellente iudicandũ, & vt doceret, cauſam prius diligenter inquiri debere, propterea villicum prius alloquitur. Si ergo Deus, qui infinitę ſapientię theſauros habet, taliter ſe erga reos gerit, qua temeritate iudices, præpropero & pręcipiti iudicio, ſententiam executioni mandant? Iudiciũ ergo nequaquam præceps eſſe debet, ideo dicitur Pro. 4.

Vocauit illũ dominus ſuus.

Pro. 4.

oculi



Oculi tui videãt recta, & palpebrę tuę pręcedat greſſus tuos; quaſi dicat intellectus prius, ſibi rectũ quaſi ſcopum præſtituat, & quemadmodũ corporalis oculus præuidet, vbi pes figẽdus eſt, ita cõſideratio, & cõſiliũ, ſententiam præcedant. Iudiciũ etiam ſine paſsione exerceri debet ideo dicitur Iob 15. Nũquid ſapiẽs reſpondebit quaſi in ventum loquens, & repleuit ardore ſtomachum ſuum? Ea enim quæ paſsione impellente proferũtur, veluti ſi in uentum emitantur, iudicãda ſunt. Cauſa etiã rei cognoſci euidenter prius oportet, ita dicitur Iob 31. Cauſã quã neſciebã, diligẽtiſsime interrogabã. Propterea diſpẽſatorẽ Deꝰ, veluti examinãdo interrogat. Quod quidẽ per interiorẽ inſpirationẽ, vel per prædicatores, aut cõfeſſarios Deꝰ efficit, quãdo mortẽ, qua ab hominibus diſpẽſatio tollitur; & rationẽ exigendã ob oculos ponit. Ita dicebat Eſa. 4. Si lauerit dominus ſordes filiarũ Siõ, in ſpiritu iudicij: acſi dicat. Ad extergendas peccatorum ſordes, Deus iudicium repræſẽtat, & inferni ardorẽ. Veluti ſi peccatori, interius per inſpirationem dicat: Tu cui quaſi diſpenſatori tot cõmiſsi, exiſtima te iam moriturum, & redde rationem rerum omnium quas tibi credidi. Ita Paulus ad Ro. 14. Vnuſquiſq. pro ſe, rationem reddet. Et ſi iſta homines cogitarent, profecto ſe ipſos examinarent, & per timorem commouerentur iudicium ſibi, quaſi præſens ſtatuentes: Sicut Iob qui dicebat ca. 31. Quid faciam cum venerit ad iudicandũ Deus, & cũ interrogauerit, quid reſpõdebo ei? Sic villicus iſte ait quid faciam? Quãdo in aliqua domo, ſerui boni, & praui reperiũtur, domus ardo diſturbatur, & Aeconomus infamatur. Tũc ipſe antequã ad dominũ examem perueniat lites cõponat; Ita in anima, quaſi in hominis domo, paſsiones ſũt bonę et praue, & ſicut illi ſerui boni iudicãtur, qui domini pręcepta nũquã trãſgrediũtur & in officio manẽt, alij vero peſſimi qui dñi mãdata raro cõplẽt, ita paſsiones quę rationẽ ſe

Iob. 15.

Iob. 31.

Eſa. 4.

Redde rationẽ villicationis &c.

Rõ. 14.

Iob. 31.

Similitudo.

Vu cuntur

cuntur bonę ſunt, quę vero ipſam præueniunt aut contẽnũt
prauæ ſunt. In anima etiam, ſerui fideles reperiuntur ſi
Simile cut conſcientia quę fideliſsima eſt. Quia ſi in aliqua domo a
lijs ſeruis mentientibus & adulantibus, vnus ſemper verita
tẽ fateretur diligẽdus profecto eſſet; ſic conſcientia alijs paſ
ſioinbus adulantibus & mẽtiẽtibus, ipſa ſemper veritatem
proffert, vel teſtificãdo, vel mordẽdo, vel accuſãdo: Iſte ſer
uus diligi magis deberet. Nec debet indui ſeruus iſte veſtę
Simile laxa, ſed ad ſuã mẽſurã iuſta, ita cõſciẽtia nõ eſſe debet laxa
veluti multorũ eſt, qui minima, immo quãdoq. grauiuſcula
nõ curãt. Ante igitur quam ad Deũ examen perueniat A Eco
nomus pacẽ cõponat, & ſe ipſum prius examinet. Ratio cõſ
Augu- cendat tribunal (vt Auguſtinus ait) anima rea, cõſciẽtia accu
ſtinus. ſatrix, timor carnifex, ſanguinemq. per timorem, eliciat.
Qui l Prudẽterq. ſicut villicus dicat apud ſe. Quid faciã? quia ve
faciã niet tempus ſcilicet mortis, quo Deus auferet a me, rerũ tẽ
quia poralium diſpenſationem? quia vt ait Iob. 27. Diues cũ dor
domi mierit nihil ſecum afferet, tunc laborare nõ potero, quia vt
nus dicitur, Ecleſiaſt. 9. Nec opus nec ratio eſt apud inferos tũc
meus. etiã mẽdicare erubeſcã, & ſi nõ erubeſcã, certe non obtine
Eccleſ. bo, ſicut fatuæ virgines, quæ extinctis lucernis, oleũ ab alijs
9. petẽtes audierũt. Ne forte nõ ſufficiat nobis & vobis &c. Ta
Math. liter igitur ſe ipſũ examinãs, prudẽter ad futura proſpiciẽs
25. dicat. Scio quid faciã modo quãdiu viuo, & nõ tollitur a me
diſpẽſatio, pręparabo mihi per eleemoſinas locũ, vt cũ amo
tus fuero a diſpẽſatione per mortẽ, pauperes quos mihi per
eleemoſinã cõciliaui, recipiãt me in domos ſuas, vel Deꝰ me
in domo ſua recipiat, per pauperes, quos mihi per eleemoſi
nas, amicos feci. Iſta eſt vera prudẽtia, & ſi ita homines ſe ip
ſos examinarẽt & iudicarẽt minime iudicarẽtur vt Paulus
ait, ſed a Deo laudarẽtur. Nã ſi dominus villicũ, qui inique
operatus eſt, laudauit propter aſtutiã, maioribus Deus laudi





bũs efferẽt, eos qui bonis ſibi ab ipſo cõceſsis, per eleemoſy
nã in futurũ proſpiciũt. Deus enim in ipſis, nõ prudẽtiã ſolũ,
ſed opus laudabit, quia id quod apud homines inquitas eſſet,
apud Deum virtus eſt, verbi gratia. Villicus ille inique egit,
quãuis aſtute ſui domini bona rapiẽdo, vt ſibi in futurũ pro-
uideret. Qui tamẽ ex bonis ſibi a Deo creditis ad diſpẽſandũ
efficeret, nõ quidẽ inique ſed recte faceret, nec aliquã, ini-
quitatẽ ſibi fieri, ob id Deus iudicat. Sic parabolæ ſcopũ in-
telliges. Si diſpẽſator ille laudatus eſt, quia prudẽter ſibi in
futurum loco cauit, quanuis inique ex domini bonis rap-
tis effecerit, qua laude dignus erit, qui beneficẽtia ſibi ami-
cos cõciliauit, ſine domini ſui fraude? Si villicus prauis opę
ribus ſibi in futurũ prouidẽs laudatꝰ eſt propter aſtutiã: Qua
laude dignus erit, qui miſericordię operibꝰ illud effecerit? ſi
villicus ille, pro tẽporali vita, ita ſolicitus fuit, & tãta aſtu-
tia vſus eſt, vt inopię occurreret, multo magis nobis expedit,
quæ ad peremnem vitam cõducunt prouidere.

SED dolẽdũ eſt filios huius ſęculi prudẽtiores filijs lucis
eſſe. Multi enim circa res domeſticas, & ſæculi negotia, adeo Filij
ſolertes ſunt, vt lõge omniũ acutiſsimi iudicẽtur, circa ſpiri- huius
tualia vero ita hębetes, vt imprudẽtiſsimi videãtur. Michol ſæculi
vxor Dauid, aſtute admodũ ſui patris ſatellites fefellit, cũ ma prudẽ
ritũ fune per feneſtrã demiſſum, periculo exemit, ad diuina tiores.
vero percipiẽda, quã hæbes, quæ maritũ irridebat, quod po ſi 2. Re.
to regio faſtu, ante Dei arcã lętabũdus ſaltaret. Iudas prodi-
tor quã ſolicite inter inimicorũ turbas, quas ad magiſtrũ op
primendũ ducebat verſabatur. Apoſtoli vero periculi prius
admoniti, quã incaute ſõno veluti ſepulti iacebãt, qui nec a
magiſtro increpãte excitari poterãt. Mulieres vt viris pla-
ceãt quã ſe diligẽter comũt & ornãt, qua vero incuria inte-
riorẽ anime ornatũ negligũt. Qua diligẽtia auari homines pe
cunias veluti parere facientes vſuris & cãbijs augere ſtudent

Facite quãq, cęleſtis curię obliti, erga pauperes crudeles ſunt: Quoſ
vobis mãmona iniquitatis conciliare ſibi deberẽt vt Saluator ait,
amicos Mãmona vero iniquitatis dicitur, quia vt plurimũ de iniqui
Hieronymus tate collecta eſt vt Hierony. ait, in quæſtione prima ad He
dibiã, vnde ait. Illa vulgata ſẽtẽtia, veriſsima videtur. Diues
aut iniquus aut iniqui hæres, & ſi alia iniquitas nõ ſit, ea eſt,
qua magno ſtudio parãtur, & illicite ſeruãtur. Dicũtur etiã
Augu- diuitiæ iniquitatis, quia ſũt materia iniuſticiæ, vel ſecũdũ Au
ſtinus. guſtinũ, quia in hac vita veræ diuitiæ nõ ſunt, ſed falſæ & ini
quæ. quia ipſis, homines ad iniuſticiã, & alia crimina, rapiũ-
tur, nã Quid nõ mortalia pectora cogit, auri ſacra fames? Ami
ci vero quos ex diuitijs Saluator nos facere hortatur, qui nos
Vt cũ recipiãt in æterna tabernacula, cũ per mortẽ defecerimus, ſã
defece cti ſunt & fideles pauperes, qui pleni ſunt ſpiritualibus diui
rit reci tijs; Iſti vero dicuntur nos, in æterna tabernacula recipere,
piant quia propter illos Chriſtus, quaſi illorũ benefactores reci-
vos&c. pit. Quemadmodum enim regularium pręlati ad recipiẽdũ
Simile nouitios, ſuorũ fratrum ſufragia primo diſquirũt, ita homi-
nes veluti pauperũ ſufragijs cælũ ingrediũtur, ſunt enim ve
luti electores imperij. Vel etiã dicũtur nos recipere in æter
na tabernacula, quia ſimul cũ Chriſto iudicabũt & regnabũt,
propterea etiam ſimul cum eo ſuos benefactores recipient.
Deniq. ſunt per quorum manus noſtræ ſalutis proceſſus trã
ſire debet. Tum etiam recipiunt in æterna tabernacula, quia
illis cõmunicãt ſua merita & ſpirituales diuitias, qui illis ſua
2.Co.8 tẽporalia cõceſſerunt, ita dicebat Paulus 2. Co. 8. In pręſenti
tẽpore veſtra abũdãtia illorũ inopiã ſuppleat, vt & illorũ a
bũdãtia, veſtræ inopiæ ſit ſuplemẽtũ. Poteſt etiã hæc Chri-
ſti ſententia generaliter intelligi, qua Saluator adhortatur
omnes, ad eleemoſynam, quibuſuis pauperibus erogandam,
quia etiam ſi ipſi non ingrediantur in ęterna tabernacula, di
cuntur benefactores recipere, quia propter beneficia eis
impen-



impenſa Saluator eos in cælum recipit.

Iſta vero Saluatoris ſententia efficaciſsima eſt; docet enim
quomodo cũ diuitijs iniquitatis nobis proſpicere poſsimus,
non in aliquot annos, ſed in perpetuũ. Idipſum per metapho
rã, Saluator oſtẽdit Lucę 12. Facite vobis ſacculos qui nõ ve Lucæ
teraſcunt, theſaurũ nõ deficientẽ in cælis. Quibus verbis oſ 12.
tẽdit Chriſtus ſic eſſe expẽdẽda & reponẽda bona tẽporalia
vt illorũ non perdatur fructus. Quoniam quẽmadmodũ qui
ſacculos vetuſtati obnoxios, faciũt ab eis excidit pecunia, qui
vero ſacculos nõ veteraſcẽtes faciũt peccuniã cõſeruant, ita
qui eleemoſynas faciũt, veluti in ſacculis non veterib' pecu
nias cõſeruãt, qui ſacculi pauperes ſũt, quia in eis expẽſę diui
tię cõſeruãtur, quia erogando diuitias pauperibus, theſaurũ
nõ deficientẽ, in cælis facimus, ita Eccleſiaſtici 27. Eleemoſy Eccle.
na viri, quaſi ſacculus cũ ipſo: Sed apertius Paulus & ad pro 27.
poſitum accõmodatius 1. Ti. 6. dicebat. Diuitibus huius ſecu 1.Ti. 6.
li pręcipe, nõ ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitia-
rũ ſuarũ, ſed in Deo viuo, qui pręſtat nobis omnia abũde ad
fruedũ, bene agere diuites fieri bonis operibus, facile tribue
re, cõmunicare, theſaurizare ſibi fundamẽtũ bonũ in futurũ,
vt apprehendant veram vitã, Quidam ſunt diuites alterius
ſeculi, qui rerũ ſuarũ veluti diſpẽſatores ſunt: Alij ſunt huius
ſeculi diuites, qui ſpẽ in diuitijs habent. Ijs eſt præcipiendũ, Simile
nam medicus infirmũ non deprecatur, ſed ipſi pręcipit ſcri
bens recipe &c. Ita iſtis veluti infirmis, ate qui ſpiritualis me
dicus es, eſt præcipiẽdum, & ſicut medicus venã ſecat, & tot
ſanguinis vncias extrahit, ab his etiã, eleemoſyna extrahẽda
eſt, iſtis enim nõ minus eleemoſyna, quã oratio cõducit. Præ
cipiẽdũ ergo eſt illis, ne arrogantes ſint, nec ſperẽt in diuitijs
quia cõmutatis fortunæ ſortibus, qui modo diuites ſũt, pau
peres euadẽt, ſpes vero in Deo collocari debet a quo bona
omnia procedunt omnibuſq. affluenter tribuit, præcipiẽdũ

 eſt

eſt etiã, his diuitibus, vt bonis operibus diuites eſſe ſtudeãt, & theſaurizare ſibi fundamentum in futurum, eleemoſynis, quibus poſſunt ſibi in futurum prouidere, nam eleemoſyna in cœleſti palatio locum præparat eam facienti: taliter ædificantes fundamentum bonum in futurum, aprædendunt veram vitam. Sicut dicebat patrum quidam. Da, quod retinere non potes, vt habeas quod amittere non potes: Res enim tẽporales, retinere non potes, etiam ſi velis, vitam vero æternam numquam amittes.

## ¶ HOMO QVIDAM DEScẽdebat ab Hieruſalẽ in Hierico, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerũt eũ, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto &c. Lucę 10.

SCOPVS huius parabolæ eſt oſtendere, quis vere proximus iudicãdus eſt, nã Phariſæi & legiſperiti ſuæ gentis homines proximos eſſe interprætabantur. Vt igitur quęſtioni legiſperiti tentatoris; reſponderet, qui interrogauit quis eſſet eius proximus, propoſuit hanc parabolam, quam quidem ita accurate narrat, ac ſi res geſta eſſet, quæ quidem non accidit, ſed Saluator acceſſitis perſonis vtitur, ad oſtendendam, quis eſſet verus proximus. Proponit autem Saluator hominem miſerrimũ, qui pertranſiens periculoſam viã, ſcilicet ab Hieruſalem, quæ erat in montanis in Hierico quę erat in conuallibus, incidit in latrones, quem ſpoliatũ prius, grauiter vulnerauerunt, eumque moribundum relinquentes fuge-



runt. Huius vero hominis calamitatem, & miſerationẽ dignam Saluator ex multis oſtendit. Primo quia homo, deinde quia omnibus ſuis ſpoliatus & vulneratus iacebat morti proximus, ab omnibus deſertus ſibiq. ipſi opem ferre non poterat. Nunc Iudæorum crudelitatem Chriſtus oſtendit. Nã Sacerdos tranſiens, qui arctius ad miſericordiam, propter legis profeſſionem tenebatur, non ſolum ei ſuccurrit, ſed nec tot miſeri hominis calamitatibus motus, receſsit. Idipſum Leuita fecit, qui quotidie Dei præceptum de proximi dilectione audiebat, nequaquam enim vicem hominis doluit, immo nec minimum tactus, pertranſijt. Nunc Chriſtus quempiã ex Samaritanis, quos Iudæi execrabantur introducit, qui tactus miſeranda hominis calamitate, ad ipſum acceſsit, vulneraq. eius fouens alligauit, ne totus ſanguis efflueret, infundens oleum & vinum, nec his contentus impoſitum ſuo iumento in ſtabulum duxit ſcilicet in hoſpitium, hoſpitiq. ad eius curam habendam pecuniam conceſsit. His propoſitis interrogauit legiſperitum, Quis tibi videtur proximus, fuiſſe? &c. qui dixit. Qui fecit miſericordiam. Tũc Saluator eius intentionem percutiens qui iuſtus exiſtimari volebat dixit. Vade & tu fac, &c. Quibus verbis Chriſtus non oſtendit ſolum Samaritanum proximum fuiſſe, nam omnes homines proximi ſunt, ſed voluit oſtendere illum veri proximi officia efficere qui miſeretur. Iſte videtur genuinus huius parabolæ ſenſus. Sanctiſsimi vero patres eam allegoricę & moraliter exponunt quod nos etiam ipſos ſequentes in concione effecimus.

## CONCIO.

QVEMADMODVM admirabilis Eccleſiæ militantis ordo, non ſolum ſupercæleſtis, & triũphantis norma iudicatur, ſed ſtadiũ etiam, in quo qui

qui egregie præliantur, ſupræmum merentur triumphum. ita huius vitæ fælicitas, gratia Dei (quæ vita æterna eſt) conſequuta non ſolum ſupremę fælicitatis ſimilitudo, ſed diſpoſitio congrue cenſebitur. Nam ſpirituales viri gloriam dõmini (vt Paulus ait) ſpeculantes, in eandem imaginem tranſformantur, ſcilicet, a claritate viæ ad claritatem patriæ. Et ſicut illa dicitur actus nobiliſsimę potentię, reſpectu nobiliſſimi obiecti, ſcilicet intellectus reſpectu Dei quẽ videm⁹, cõpletur vero amore & fruitione volũtatis; ita beatitudo viæ, Dei per fidem cognitione, & amore perficitur. Id quod Paulus 1. Ti. 4. explicauit dicens. 1. Ti. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens eius quæ nunc eſt vitę, & futurę. Quaſi dicat corpus ad virtutem exercere, quanuis vtile ſit, non admodum, pietas vero qua Deo cultum reddimus, fide & amore vtiliſſima eſt, quia per ipſam gratiæ vitam in pręſenti, & vitam glorię in futuro acquirimus. Et ſicut illa ſuprema fælicitas inæqualis eſt, ita iſta, nam alij alijs beatiores ſunt, tam fidei cognitione, quam amore. Illorum vero longe omnium perfectiſsima fuit, quibus Chriſtum non ſolum interioribus fidei oculis, ſed corporeis etiam videre, aureo illo ſuæ peregrinationis ſeculo, datum eſt. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Auguſtinus.* Quod tantis viris, & Deo amiciſsimis minime conceſſum eſt. Id quod Auguſtinum magnopere deſsideraſſe aiunt, videre nempe, Romam triumphantem, Paulum prædicantem, & Chriſtum cum hominibus cõuerſantem. Nec dubitandum eſt, Chriſti vultum etiam mortalem, quoddam diuinum intuentibus demõſtraſſe. Adeoq. verendus erat eius aſpectus, vt Romani, cum in capharnaũ didragma peterent, nequaquam ad ipſum auſi ſunt accedere, ſed Petrum allocuti ſunt. Et miniſtri a Phariſeis miſsi eius vultum cernentes, & doctrinam audientes, non auſi ſunt ipſum comprehendere. Cum etiam prophanam multitudinem,



nem, a templo eiecit, nullus ei reſiſtere auſus eſt, quia (vt Hieronymus ait) a facie eius radius longe tremendus aſpicientibus effulgebat. *Hieronymus.* Quod ſi Moſes a Dei colloquio deſcendens, corruſco ſui vultus fulgore, Iſraelitarum ſuperabat intuitus, adeo vt Iudęi intẽtis oculis, niſi velamine ſuper poſito, eius faciem aſpicere non valerent, quid obſecro de Saluatore noſtro ſentiendum, gratiæ legem promulgaturo, qui totam diuinitatis maieſtatem, humanitate velatam continebat? Si Dionyſius Areopagita Deiparam virginem orantem intuitus, dixit. *Dionyſius.* Ni Deum ſpiritum eſſe crederem hanc eſſe Deũ quam vidi exiſtimarem: Quid de eius filio dicemus, a quo velut ex fonte matris dignitas procedebat? Si etiam adeo verenda erat virginis facies, vt non ſolum inhoneſtos motus aſpicientium ſopiret, ſed eos in modeſtos conuerteret, Quid de verendiſsima Chriſti facie ſentiendum? Si ſubitus ducis aſpectus (vt multoties accidiſſe compertum eſt) conſternatos ad delectionem milites, ſtrictoſq. tenentes gladios ad ſanitatem reduxit; Dubio procul ſidereus Saluatoris vultus, diuinum neſcio quid præ ſe exterius ferens, venerationem quidem cum amore diſcipulis, alijs vero cum horrore, ſpectantibus incutiebat. Regina Saba *3. Re. 10* præaltum Salomonis ingenium admirata, & elegantes longeq. magnificas templi Regiæque ſtructuras, decentemque miniſtrorum, & conuiuiorum cultum, beatos eius amicos, & familiares aulicos, quibus eius ſapientia frui dabatur, prædicauit. Beatiſsimi igitur Apoſtoli merito exiſtimandi ſunt, quibus iucundiſsima veri Salomonis præſentia, familiaribuſq. colloquijs frui datum eſt. Talis vero erat Chriſti (etiam corporalis) aſpectus, taliterque Apoſtoli circa ipſum affecti erant, (quibus cum comiter conuerſabatur), vt neceſſe fuerit eum ab eorum conſpectu ſubtrahi, vt congrue ſpiritũ ſanctum recipere poſſent. Beati

ergo apoſtoli fuerunt Chriſtum videndo, & inde ipſorum
dignitatis altitudo conſurgit. Ideo dicebat Ioannes 1. Io. 1.
Quod audiuimus, quod vidimus, quod proſpeximus oculis
noſtris, & manus noſtrę contrectauerũt de verbo vitę, & vi
ta manifeſta eſt: acſi dicat. Nõ ſicut Prophetæ & reges præ
teritis retro ſeculis, qui quod ſperabant annuntiabant, ſed
nos illis longe beatiores ſumus, quia quod fuit ab initio
& quod auribus & oculis corporaliter percepimus, & mani
bus attrectauimus, de verbo quod vitã tribuit nobis, aperte
oſtẽſum prędicamus. Huius vero vitæ & beatitudinis, non
modica pars nobis chriſtianis apoſtolorũ in fide ſucceſſori
Multi bus obtigit. Sed nos parũ curamus, tãtęq. bonitatis diuitias
reges nõ videmus, quas antiqui patres habere deſiderarũt. Cuius
volue rei argumentum illud eſt, quod ſolicite curarunt, vt in ter-
runt ra promiſsionis ſepelirentur, ſicut Abraham Iſaac & Ia-
videre cob, & Ioſeph qui ſua oſſa aſportari iuſsit. Ad quid obſe-
&c. cro tanta ſepulturæ ſolicitudo? Niſi vt in ea terra ſepulti ia
cerent, quam Saluator corporeis pedibus calcaturus erat.
Nos vero iſta vel neſcimus, vel ingrate ſciẽtes nõ curamus,
Deu. & de nobis illud Deu. 29. dici poteſt. Vidiſtis illa ſigna mag
29. na, & non dedit vobis dominus cor, vt intelligeretis. Vide
mus enim fidei oculis, qualia antiqui patres videre deſidera
bant, & habemus Chriſtum præſentem in ſacramento. Pæ-
na vero noſtris peccatis debita eſt, vt videamus, & nõ intel
ligamus, aut guſtemus tot Dei bona nobis collata. Ideo dice
1. Co. 2. bat Paul᷒ 1. Co. 2. Nos ſpiritũ accepimus a Deo, vt ſciamus
quæ a Deo nobis donata ſunt. Intueamur ergo tot Dei bene
ficia & præcipue Saluatorem præſentẽ, interioribus cordis
oculis videamus, vt huius vitæ & ſupernæ beatitudinis capa
Pro. 3. ces ſimus, dicitur enim Pro. 3. Lignum vitæ eſt, his qui ap-
prehẽderũt illã, & qui tenuerit eam beatus. Sapientia enim
Dei quæ Chriſtus eſt, his qui eã fide & amore tenuerint, qua





ſi lignum vitæ in Eccleſia, veluti in medio paradiſi plantatũ
gratię vitam concedit, & qui eius eſt cõpos beatus dici po-
teſt. Ad exemplum ſupręmę vitę a verbo vitę procedens.
Nec eſt quod eã diu hęſitãtes quæramus, cum aperte, (vt ait
Ioannes) manifeſtata ſit nobis.

Multi namq. modum vitam ęternam acquirendi ſcientes, Quidã
inquirunt quaſi nos, breuiorẽ ſemitam ſciamus, ſicut ille le- legis
gis peritus qui tentans Chriſtum interrogauit. Quicumq. perit᷒
tentantes interrogant, illis ſimiles ſunt, qui aquam fontis bi acceſ-
bituri, prius ipſam turbant, Tales ſunt iſti qui interrogant, ſit ten
explorantes, an id quod ipſi volunt ſibi reſpondeatur, ſi- tans
cuti multos videas ad confeſſarios & doctores, ſubdole acce Simile
dere, quaſi tentantes. Quibus dicitur Sapientię 1. Sentite de Sapi. 1.
domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quęrite illum:
Quaſi dicat Nõ ficte. Qui vt exploratores conſiliũ petũt, il Simile
lis aſsimilantur, qui in conuiuio ferculis venenum immiſ-
cent: Vel his qui pharmaca intoxicant, quibus curari debẽt. Simile
Tales etiam ſunt qui confeſsionibus ſacris peccata immiſ-
cent, vel qui in Eccleſia Deum offendunt, inqua curari a
peccatis potius deberent. Sic iſte tentans Chriſtum interro
gabat. Vxor Hieroboã leuibus paſsibus coopertaq. ingre
diebatur, ne cognoſceretur, ſed Propheta ipſam cognouit, 3. Re.
ſuis paſsibus incedentem Similiter iſte legis doctor, blande 14.
veluti incedens, Chriſtũ tentabat, vt eius exiſtimationem,
circa legis intelligentiam diminueret, ſi forte reſpõdẽs hęſi- In le-
taret. Sed ipſum Saluator cognoſcens, ad legem remiſit. Op ge
timus Chriſti vicarius lex eſt, et etiam eſt optima cõtra ſub quid
dolos reſponſio, vt ad legem & ad ſe ipſos conuertantur. Ita ſcrip
dicitur Pro. 3. Cuſtodi legem & conſilium, & erit vita ani- tũ eſt?
mæ tuæ: quaſi dicat. Vis vitam ęternam poſsidere? obſerua Pro. 3.
ea quæ in lege tibi præſcripta ſunt, cuius plenitudo dile-
ctio eſt (vt Paulus ait) Ea enim vitam animæ cauſant,

Nam ſi intellectus fide Deum videat, & voluntas eum amet, tota viuit anima, quę vita ſupercęleſtis ſimilitudo eſt, ipſam apertiſsime repræſentans. Tametſi differunt, quia ibi intelligendi actus amori præſtat, hic autem charitas fidei cognitione præſtantior eſt. Quia fides in hac peregrinatione, quaſi lumen ferens, nobis viam oſtendit: Spes vero velut indiuiduus comes nobis præſto eſt, ad virtutem impellens: reliquæ virtutes arma ſunt, quibus cũ hoſtibus præliamur: Charitas vero amplexus eſt, quo deum ſtrictiſsime complectimur, propterea a Paulo dicitur vinculum perfectionis, quo cũ Deo amiciſsime colligamur.

Diliges dominũ Deũ.

Charitas margarita eſt pro qua negotiator euangelicus, cuncta quæ habet vendere debet. Charitas oleũ eſt illarum virginum, quæ lętæ ſponſi ad nuptias aduentum expectabant: Veſtis eſt nuptialis, ſine qua nullus cæleſtis cõuiuij dignus iudicatur: Ignitus calculus eſt, quo Seraphin Prophetæ labia expurgauit. Eſtq. currus igneus, quo Elias in ſublime raptus Heliſei fruſtrabatur intuitus: Vinum eſt etiam nouum, quod non vtres veteres, ſed nouas impleuit nẽpe Apoſtolorũ pectora: Eſt etiam charitas vnguẽtũ quo Maria Magdalena, Chriſtũ vnxit, quo eius peccata deleta ſũt: Charitas etiã aqua viua eſt Samaritanæ, quæ ſitim concupiſcentiæ extinguit: Ignis poſtremo eſt, quem Chriſtus excitare venit, & voluit vehementer accẽdi in humanis cordibus, nam Deum toto corde, tota anima, tota mente, totis viribus diligere oportet.

Matt. 13.
Mat. 25
Mat. 21
Eſa. 6.
4. Re. 2
Lucæ. 5
Lucę. 7
Io. 4.
Lucæ. 12.

HOC tametſi nonnulli in hac vita nequaquam impleri poſſe, ſine ratione contendant, contrarium apertiſsime demonſtrabimus, vt non impoſsibile, ſed leuiſsimum videatur mandatum. Diligere Deum quantum amabilis eſt, neq. in hac vita neq. in alia a creatura impleri poteſt. Immo ſi totum amorem, a nouem Angelorum ordinibus, & a beatis & iuſtis omnibus exhaurias, & ipſum ad Deum referas, longe Deus

ge Deus



ge Deus ſupra ipſum in infinitum conſurget, quaſi ſi guttam aquæ Oceano immiſeris. Nec ſi omnes creaturæ in amorem conuerterentur & ipſo tali amore, Deus diligeretur, adhuc non diligeretur, quantum amabilis eſt. Solus enim Deus ſe ipſum diligit quantum amabilis eſt. Amare vero Deum quantum a nobis amabilis eſt, ita vt voluntatis actus ſęmper in ipſum actualiter feratur, proprium eſt beatis, qui Deum perpetuo & numquam interrupto actu diligunt, & ſicut Auguſtinus & Bernardus dicunt, nobis in hac vita eſt impoſsibile taliter Deum amare. Charitatis vero præceptum in hac vita impletur, cum voluntas ſemper habituali affectione, quanuis non ſemper actuali in Deum, quaſi in ſuprẹmũ finẽ fertur, ipſum rebus omnibus præponẽdo, quibus carere mauult, quam ab eo ſeparari, ſolicitus vt omnia Dei mandata perficiat, animum promptum habens ad tentationes (ſiquæ ſubrepant) ſuperandas, quo a lætalibus criminibus abſtineat.

Aug. Bernard.

Hoc ſi quiſpiam præſtet, quanuis honeſtis alioquim huius vitæ negotijs occupetur, Deum toto corde diligit, ſicut dicimus aliquem totum eſſe in ſtudijs, & toto corde ipſis deditum, non quod non alijs præter ſtudia intendat, ſed quia ea obiter & frigide tractat, præcipua vero eius occupatio in ſtudijs eſt.

Simile

Cum ergo Deus præcipit vt ipſum toto corde diligamus, haud præcipit, vt voluntas ſemper in ipſum, actualiter feratur, & interiori actu numquam interrupto eum diligat, hoc cælicolis relinquamus: Sed præcipit ne admittat voluntas aliquid ſuperius Deo, noſtra æſtimatione, vel æquale, vel contrarium. Superius admittit noſtra voluntas, cum fruitur aliqua re, etiam ſi Deus offendatur, & præponit illius rei amorem Deo, ſicuti multi ſunt, qui Dei diſpendium facilime cum tentantur patiuntur, vt concupitis fruãtur. Contrarium vero admittimus, cum blaſphemias & alia ſcelera comittimus. Sunt enim aliqui, qui non

Ex toto corde.

 ſolum

ſolum non reſiſtunt tentationibus propter Deum; ſed ipſi occaſiones peccandi exquiſitiſsimis artibus diſquirunt, & (vt ſapiens ait Pro. 1.) Moliuntur fraudes contra animas ſuas. Iſti profecto contrarium admittunt, quia ex aduerſo, Deo opponuntur, & directe ipſum offendunt, qui deprauatam voluntatem adeo habent, vt qua diligentia ſtudioſi homines Deo ſeruiunt, ea ipſi, & quandoq. maiori, ipſum offendere nitantur. AEquale vero Deo admittimus, cum hæſitamus tempore tentationis; an aliquid contra Dei præcepta faciamus an non; Tunc æqualiter rem aliquam cum Deo diligis, cum dubitas an Deum offendas propter illam. Nã eadem menſura Deũ & creaturas metiris quando tuus animus in dubio eſt, cum Dei offenſa proponitur tibi, & ex alia parte frui re concupita, vtram ex illis velis, & tu dubitas quid nam ſis facturus. Diligere Deum ex tota mente, non eſt quod in illum cogitationes ſemper ferãtur, ſicut beatorũ in patria, qui irrequiete ſemper de illo cogitant, ſed ne admittam⁹ cogitatationes cõtra Deum, contra nos, aut contra proximos noſtros, cõtra Deum quidem cogitationes admittimus, cum peſtiferum aliquem errorem intellectus admittit, contra nos vero cum cogitationes fornicationis & adulterij &c. detinem⁹, cõtra proximos autẽ, cũ cogitationes vindictæ &c. admittimus. Diligere Deum ex tota anima, non eſt quod paſsiones non habeamus, quia ipſis in hac vita carere nõ poſſumus, ſed quod eas rationis imperio moderemur. Diligere Deum totis viribus, non eſt quod exteriora membra bonis operibus, & ad Dei ſeruitium directe ordinatis, ſemper exerceantur: ſed ne quid Deo contrarium operentur. Licet enim (vt diximus) honeſtis huius vitæ negotijs minimeq. Deo contrarijs occupari, dummodo mens & voluntas habitualiter in Deum feratur, & hoc eſt cum præcipue Dei ſeruitio occupatur reliqua vero

Pro. 1.

Ex tota mẽte.

Ex tota anima.

Ex totis viribus.



quã vero obiter pertractat. Sed quod ſic Deum toto corde diligamus multis ſcripturæ locis oſtendere poſſumus, vt 3. Re. 14. Vbi dicitur non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui ſecutus eſt me in toto corde ſuo, cum certum ſit Dauid quãdoq. grauiter peccaſſe, Et ipſe Dauid ait. In toto corde meo exquiſiui te. Similiter Deute 4. & 2. pa. 15. dicitur. In toto corde ſuo iurauerunt & in tota anima ſua quęſierunt eum, & inuenerunt. Et 4. Re. 23. de Ioſia dicitur. Quod reuerſus ſit in toto corde ad Deum. Hiſce ſcripturæ locis & alijs ſimilibus, ſi rite intelligantur, aperte videtur, Deum diligi ex toto corde cum Deum vt finem nobis præſtituimus, & præcipue in eius obſequio occupamur, quanuis alijs mundi negotijs honeſtis minimeque Deo contrarijs occupemur. Quod vero præceptum charitatis in hac vita impleatur quanuis non ita perfecte ſicut in patria, duobus Diui Thome exemplis manifeſtum erit. Dux antequam milites bellum conferant, præcipit hoſtem vincere; ille miles præceptum implet, qui ęgregie pugnans hoſtem vincit, alter vero, qui non agit contra militię leges, & viribus nititur quantum poteſt, is licet hoſtem non proterat, etiam pręceptum adimplet, quanuis non ita perfecte ſicut alter. Similiter ſi quiſpiam dominus ſeruo pręcipiat, vt aliquem conueniat, ſi ipſum alloquitur, finem conſequitur & pręceptum implet. Si vero diligentiſsime diu quęritando, non inuenit, etiam domini mandatum exequitur. Ita nos in hac vita quanuis minime finem conſequamur, pręceptum dilectionis Dei implemus ipſum amando, nihilq. contra leges tentando: Immo diligẽdo totam legem ſeruamus (vt Paulus ait) & ita generale mandatum eſt, hoc charitatis præceptum, ſi proximum etiam amore proſequamur. Quemadmodum enim, ad hoc vt ignis ſurſum aſcendat, ad quod naturaliter incli-

Simile

Simile

Et proximũ ſicut te

Simile

inclinatur oportet vt lignis ſuppoſitis quaſi fomentis inter
ra nutriatur; ita amor, qui ſurſum ad Deum exurgit, oportet
Leui.6 vt amore proximi in terra nutriatur. Ita præcipiebat Deus;
ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubij-
tiens ligna. Dictu vero mirum eſt, quam ſecure interroga-
tus quiſq. reſpondet, ſe proximum diligere: propter quod di
Pro.6. citur Pro.6. Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſi-
nu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? Sic ſi intus proximi
amore flagrares, arderes profecto exterius in opere. Sic dice
1.Io.3. bat Ioannes 1.Io.3. Non diligamus verbo neq. lingua, ſed o-
pere & veritate. Quibus verbis altiſsimam Apoſtoli philo-
ſophiã aduerte. Veritas eſt adæquatio rei ad intellectum, cũ
ſcilicet qualis res eſt, talis eius in anima conceptus imagina
tur, & qualis conceptus, talia verba ſunt quibus exprimitur.
Tunc ergo fratrem veritate diligimus, cum ſana & integra
erga ipſum viſcera gerimus, amiceq. de ipſo loquimur &
mutuis beneficentiæ operibus ipſum proſequimur: ſi eius
nos neceſsitas inuitauerit præſertim ſpiritualis.

QVOD quidem aptiſsima Saluator ſimilitudine, vel re
geſta (vt aliquibus videtur) declarauit. Illius videlicet homi
nis qui in latrones incidit, cũ ab Hieruſalem in Hierico deſ-
Homo cenderet. Qua quidem parabola Christus Sacerdotes, & Le
quidã uitas notat, quos inferiores Gentilibus, & Samaritanis, in co
deſcẽ- lenda pietate demonſtrat. Et etiam oſtendit, quis ſit verus
debat proximus, & quomodo ſit amandus. In primis Chriſtus ho-
abHie minis calamitates, quibus ipſum latrones affecerant, depin-
ru.&c. git, propter quas miſeratione digniſsimus erat. Primo quia
omnibus ſpoliatus erat: Deinde quia grauiter vulneratus, ter
tio quia mox periturus, & quia ab omnibus deſertus, vltimo
quia ipſi ſuccurrere nemo volebat. Ex his Iudæorũ crudeli-
tas oſtenditur, quam Saluator taxat Sacerdotem, & Leuitam
ob oculos ponens, quibus intererat huic miſero ſuccurrere:
Qui



Qui cũ religioſi æſtimari vellẽt, nequaquã miſeri hominis
calamitatem deplorarunt, aut aliqua miſeratione tacti ſunt,
ſed ſacerdos viſo eo, pertranſijt & leuita etiam. Poſtea Sa-
maritanum Chriſtus introducit, quem Iudæi deteſtabantur.
Is miſericordia motus ſuper fratre ſuo, quanuis Iudæo mi-
ſericordiæ opera, circa ipſum exercuit. Nam vulnera alliga-
uit, & impoſitum ſuper iumentum ſtabulario commẽdauit.
Cum vero Saluator interrogauit, Quis horum trium &c.
Non negat alios proximos eſſe, ſed voluit dicere. Quis Quis
veri proximi opus exercuit? Indicat enim Chriſtus om- tibi vi
nes ſine diſcrimine, amore proſequendos eſſe, & hunc amo detur
rem opere comprobandum, quanuis enim multi proximi proxi-
ſint, pauci veri proximi opera efficiunt: ſed non propterea mus?
odio habendi ſunt, quanuis inmiſericordes ſint, quod Chri
ſtus oſtẽdit cum intulit. Vade & tu fac ſimiliter. Omnia ve
ro quæ Chriſtus in hac parabola accurate recenſuit, ſibi ap-
tiſsime accomodantur, vt Hiero. Auguſt. & Ambro, & alij Hiero
patres exponunt. Et pie etiam exiſtimandum eſt, Saluatorẽ nym.
hũc ſenſum intẽdiſſe, ſcilicet quod Samaritanus ipſe eſſet, & Auguſt
qui incidit in latrones, genus humanum, ſicut late & pijſsime Am-
a patribus exponitur. broſi.

SED ſi moralem ſenſum proſequamur, ſecundum ali-
quos patres ſic exponitur. Multi conſcientiæ pacem, deſerẽ
tes inſtabiles fiũt vt dicitur Threno. 1. Omniũ vero malorũ Thre.1
origo eſt, a domo Dei diſcedere, ita dicitur Eccleſi.6. Initiũ Eccle.
omnis peccati, apoſtatare a Deo, quia ab illo qui fecit illum, 6.
receſsit, ſumma namq. perfidia eſt, ab eo a quo eſſe habet ho
mo recedere. Talis in inmittes prædones incidit, quibus ip-
ſum quaſi vltoribus Deus punit. Sic dicebat Iob 34. Quaſi Iob 34.
impios percuſsit eos, in loco videntium, quia de induſtria
receſſerunt ab eo. Quia homines conſulto Deum & con-
ſcientiæ pacem deſerunt, inimici, quaſi Dei vltores in ip-
Yy ſos ſæ-

ſos ſequunt, quibus eos Deus percutit. Furantur latrones iſti primo gratiam & charitatē, virtutes etiam infuſas & ſeptē dona ſpiritus ſancti. Latrones enim domū aliquam ingrediētes, nō ſellas, aut mēſas, vel abacos ſurripiūt, nam iſta in promptu ſunt: ſed interioris cubiculi ſecreta penetrant, vbi homines fortunas ſuas & prætioſam gazā cōtulerūt, ibi aurū, argentū, vniones, annulos, torques, & chariſsimarū rerū pretioſa quæq. inuenientes ſurripiunt: ita Dæmones in quos homo per peccatū incidit, ab ipſo nequaquā bona corporis, & temporalia, tollūt: ſed a ſecretis animæ pretioſiſsimas virtutes furātur. Ita Hieremi. Thre. 1. Manū ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Vulneratur etiā infælix anima primo in volūtate, quæ in alia & alia peccata ſuo pondere prolabitur, quia vulneratus eſt etiam intellectus, praue, agenda iudicat, quia vulnerata eſt iraſcibilis, non poteſt ardua aggredi, quia vulnerata eſt concupiſcibilis, rabidæ cupidines impetus effrænes amoreſq. inceſſunt perditiſsimi. O ſi huiuſmodi dāna peccatores præuiderent, abſtinerent profecto a concupitis, ne tot pretioſiſsimarū rerū iacturam facerēt. Taliter affecti Chriſtianorū multi clamant, nec illorū vicē dolemus. Præcipiebat Deus ſi videris aſinū amici tui iacētē ſub onere, nō per tranſibis &c. multo ergo magis noſtris fratribus, tenemur. Sic dicitur Eſa. 10. Plaga tumēs &c. & Iob 6. Ecce nō eſt auxiliū mihi in me, neceſſarij quoq. mei receſſerūt a me &c. Verus tamē animę fratris ſui cuſtos accurrēs, infūdit vulneribus peccatorū vinū acris repræhēſionis, oleūq. lenitatis, ſic Dauid. Virga tua & bacul⁹ tu⁹ &c. Virga percutimur & baculo ſuſtētamur. In arca teſtamēti nō ſolū virga, ſed māna erat, in viro prudēte ſit māna lenitatis, & virga correctionis. Deinde ad domum Dei aqua receſsit frater, reducendus eſt, & ſacerdoti tradendus. Si ergo iſta eſſe veri proximi opera nullus ignorat, cur non facimus? ſic Chriſtus Io. 13. Si hæc ſcitis,

Simile. Thre. 1. Exo. 23. Eſa. 10. Iob 6. Pſal. Io. 13.



ſcitis, beati eretis ſi feceritis ea, & Ezech. 20. dedi eis iudicia quæ faciēs homo viuet in eis. Eze. 20

## ¶ DVO HOMINES ASCENderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſæus, et alter Publicanus, Phariſæus autem ſtans, hęc apud ſe orabat, Deus gratias ago tibi &c. Lucę 18.

NON nulli dubitant ſit ne hęc parabola vel rei geſtę exemplum, ſcilicet quod Phariſæus quiſpiam fuerit, qui ſimul cum publicanorum aliquo templum oraturus conſenderit, ſicut de hiſtoria diuitis & Lazari dicitur: fuit enim diues epulo, & mendicus quidam nomine Lazarus, ſimiliter videtur de hoc exēplo, quod Saluator adeo accurate recenſet. Sed non apparet, Chriſtum hic rem geſtam recenſere, quia præterquam quod eam Lucas Euangeliſta parabolam nominat, neminem Sanctorum Patrum perlegi qui dicat rem geſtam fuiſſe, ſed omnes eam quaſi parabolam exponunt. De diuite vero & Lazaro longe diuerſa eſt ratio, quia probabile ſatis argumentum eſt, Chriſtum rem geſtam recenſere, quando nomen pauperis expreſsit. Nonnulli que doctores ſacri dicūt accidiſſe ſicut a Chriſto refertur. Euthimius vero ait, diuitem Vinenſem appellatum fuiſſe, aliqui vero ex patribus rem geſtam exiſtimant fuiſſe. Sanctus etiā Vincentius de diuite loquens ait. Mille & quingenti anni ſunt prope, quibus guttam aquæ petit, & nemo illi concedit, ob has cauſas, eam minime inter parabolas recenſuimus, ſed

de hac diſpar eſt ratio, Siue ergo parabola ſit, ſiue rei geſtę
exemplum, certum eſt a Chriſto fuiſſe propoſitam ad oſten
dendum illud quod in fine infert, omnis qui ſe exaltat humi
liabitur &c. Et ita eius ſcopus eſt, eos qui in ſe confidentes
alios flocipendunt humiliare. Depingit ego Saluator Phari-
ſęum ſuperbum in ſę confidentem, alioſq. contemnentem:
præſe, & arroganter ſe in oratione extollentẽ, alioſq. accu-
ſantem, Publicanum vero humilem, ſolam Dei miſericordiã
implorantem: Probat vero quod propoſuerat, ex eo quod
Publicanus iuſtificatus receſsit, Phariſæus autem humilia-
tus, & peccatorum pondere depręſſus manſit, deteriorque
Publicano factus eſt. Quo exemplo docet Saluator non de-
bere homines alios præſe contemnere, & in ſe confidere,
ne ſicut Phariſæos iſte humilientur, ſed hæc omnia latius in
concione proſequemur.

## CONCIO.

Dixit Ieſus ad quoſdam

SI morbidæ hominum vires, naturalia munera pro
prijs, & a natura conceſsis inſtrumẽtis exercere, ni
ſi Deo adiuuante, immo cooperante nõ poſſunt, ſi
Eſa.48 cut Eſa. dicebat c.48. Omnia opera noſtra operatus es in no
bis domine. Ad ea quæ naturam excedũt, & niſi peculiari di
uinæ gratię auxilio perfici nõ valẽt, ſuis homines viribus in
niti, extremæ demẽtiæ exiſtimatio eſt. Nã ſi nec viuere, nec
moueri, nec eſſe ſine Deo poſſumus: ardua virtutum opera,
Qui in ſe con fidebãt ſine ipſo exercere, quomodo cõfidemus? Hinc intueri licet,
ſupremam illorum inſaniam, qui ſuis viribus, ſuaq. inſtabili
iuſtitia confidẽtes, ſupercilium, criſtaſq. erigunt. De qui-
Pro.28. bus dicitur Pro. 28. Qui confidit in virtute ſua, ſtultus eſt,
qui autem graditur ſapienter laudatur. Manifeſte ſiquidem
ſtultitiæ ſignum eſt, maiora de ſe in corde ſentiendo confide
re. Econ-



re. Econtra vero, quo ſapiens quiſq. eſt, eo magis caute gra-
ditur, & pauens pericula euitare ſtudet. Sicut itinerantes Similitudo.
quo prætioſiora deferũt, eo magis timẽt, & multoties auijs
& longioribus itineribus procedunt, quo prædones inter cõ
fragoſas aſperrimorum montium crepidines latitantes elu-
dant; ita ſtudioſi, ſi quid in ſe virtutis agnoſcunt, timent, &
innumera huius vitæ pericula exhorreſcunt. Propterea di-
citur Pro.14. Qui ſapiens eſt, timet, & declinat a malo, ſtul Pro.14.
tus autem tranſilit & confidit. In eo maxime hominis prudẽ
tia cognoſcitur, quod timet, ne vel inani gloria, vel tentatio
nis impulſu, virtutes amittat. Propterea nec ſibi ipſi fidens,
euitat pericula. Ediuerſo vero ſtultus inter innumera mun-
di pericula, quaſi ſecurus, debilibus ſuis viribus confidens,
tranſit, ſicq. multoties ſpoliatus (ſi forte gloriæ vel tentatio
ni ſuccũbat) confunditur. Talium vero, veſania non hic Tanquam
ſiſtit, ſed amplius extollitur, quia ita in ſe confidunt, vt iuſti.
ſe iuſtos eſſe præſumant, Quod nec electis omnibus, id ſcire
Deus cõceſsit, immo paucisſimis, id Deus reuelauit. Quod
vero nos id ignoremus, ſapientiſsime Deus vult, & in cõmo
dũ noſtrũ cedit. Quemadmodũ enim pater qui ſucceſſori fi- Simile
lio, diuitias cõſeruat, nequaquã illi eas indicat, ſed occultat,
vt filius laboret, & alias per ſe ipſum acquirat, inſuper vt ip
ſum timeat, & reuereatur; Ita Deus quanuis aliquibus ſuam
gratiam largitus ſit, id eos neſcire vult, vt ſolicite ſibi ca-
ueant & laborent, quaſi ſuis eam operibus conſequi debeãt,
& nequaquam pigritiæ torpore detineãtur. Propterea dice
bat Iob 9. Si venerit ad me, non videt eũ, & ſi abierit non in- Iob 9.
telligam. Sed huiuſmodi arrogantes, non ſolum ſe iuſtos prę Et aſpernabãtur
ſumentes contẽti ſunt, ſed proximos ſuos quaſi peccatores, cæteros.
contẽnũt. Quibus Eſa. dicebat 33. Ve qui ſpernis, nõne & ipſe
ſperneris? quaſi dicat: Nonne tu qui ſuperbia elatus, inte cõſi
dis, cũ nihil ſis, & alios flocipendis, cũ in Dei conſpectũ vene Eſa.33.

 ris ſper-

Iudith 6. ris ſperneris? Ita orabant Bethuliani Iudith cap. 6. Dominẽ
Deus cæli & terræ, intuere ſuperbiam eorũ; & reſpice ad hu
militatẽ noſtrã, & oſtẽde quod nõ derelinquis præſumẽtes
dete, & præſumentes deſe, & de ſua virtute gloriantes humi
lias. Deus enim cęli & terræ dominus ſuæ prouidẽtię oculo,
eos qui in ſuperbiã erigũtur, maiora de ſe quã oporteat ſen
tiẽtes videt, & multoties ſuæ iuſtitiæ æquitate ſuperbos pte
rẽs, oſtẽdit nõ debere homines in ſe cõfidere, quinimmo cũc
ta a dei benignitate & auxilio expectare, eos vero qui alios,
præſe cõtẽnũt, maxime deus deteſtatur, ſi quãdo vero diſsi-
Aba. 1. mulat, ſuo ipſos tẽpore prodet, Sic dicebat Abachuch. Quare
reſpicis cõtẽtores & taces? Aduerſus hos igitur arrogantes,
qui ſuis viribus innitũtur, quiq. ſe iuſtos eſſe, præſumunt, &
alios adumbratæ religionis ſupercilio quaſi peccatores flo
cipendunt, Saluator parabolam, ſeu rei geſtæ exemplum pro
ponit, elatos omnes cum Phariſæo damnans, & humiles cũ
hoc publicano commendans.

HOS vero duos, in templum aſcendiſſe orationis ergò,
Chriſtus cõmemorat. Ingreſi vero tẽplũ Phariſæus iuxta al
Duo homines aſcende ſunt. tare ſibi locum elegit, Publicanus vero ſe inde ſubduxit. Ip-
ſa etiam corporis poſitionę Phariſæus, inanem faſtum & tu
morem oſtendit, ſtans enim orabat, quaſi ſe in iuſtitia ſta-
re diceret, reliquos vero peccato ſuccumbere, talia vero
de ſe ſentit, qualia nec Dei ſeruitio mancipatis, conceſſa
Iob 4. ſunt. Propterea dicebat Iob 4. Numquid in conſpectu Dei
homo iuſtificabitur? ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles,
& in Angelis ſuis Deus reperit prauitatem, quanto magis
hi qui habitant domos luteas? &c. præſertim cum ſapiens
Pro. 24 dicat ſepties in die cadit iuſtus. Propterea dicebat Paulus ad
Ro. 11. Ro. 11. Tu fide ſtas noli altũ ſapere ſed time. Qui enim ſine ti
more ſunt quo ſolo virtus cõſeruatur, facile decidũt. Tales
ſunt, arrogãtes qui in ſuis viribus cõfidũt. Dequibus dicitur
Iob 8.



Iob 8. Spes hipocritæ peribit, non enim placebit Deo vecor Iob. 8.
dia ſua, & ſicut tela aranearũ fiducia eius, innitetur ſuper do-
mum ſuam, & non ſtabit. Ecce quibus phariſæum coloribus
& ipſi ſimiles Iob depingat. Quanuis enim arrogantis ho-
minis & ficti opinio, inter homines conſeruetur, quia boni
& iuſti hominis perſonam exterius indutus incedit; ſpes ta-
men eius in futurum peribit, & in morte cum mundi gloria
ſepelietur, illa namq. ſolummodo opera coronantur, quæ
Deo placent, perſonati vero hominis vecordia Deo non pla
cet, talium fiducia aranearum telæ comparatur, quia quod a-
ranea multo labore texuit, ſæpe leuis aura perflãs abrripit;
Ita ſuperbi & arrogantes homines, virtutibus multo cum la Simile
bore ſtudent, quæ ab inanis gloriæ & ſuperbiæ vento rapiũ
tur. Innititur etiam arrogans ſuper domum ſuam, ſed ſtare
non poteſt. Vita ſtudioſa domui comparatur, quę ex virtuti
bus quaſi ex lapidibus conſtruitur. Propterea dicebat Salua
tor. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, ſimilis eſt homi- Matt. 5
ni, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram. Illi enim qui ſin
cere & candide verba Chriſti operibus complent, ſupra pe-
tram ędificant, Quemadmodum Architectus quo altius ędi Simile
ficium conſtruere vult, eo profundius fundamentum exca-
uans, firmiſsimos lapides inmittit; ita ſtudioſi homines, quo
altius per virtutum exercitia conſurgere volunt, eo magis
humiliantur, & ideo ſuper humilitate ędificantes ſtabile ędi
ficium conſtruunt, quod nec ventus inanis gloriæ, nec flu-
mina tentationum, nec pluuia laborum & tribulationum, e-
uertere poſſunt. E contra vero arrogantes homines nequa-
quam ſupra petram, ſed ſuper arenam ædificantes, altius qui
dem conſurgere volunt, & ſuper alios eminere, ſed quia ſu-
perbiæ, & inani faſtu domus eorum innititur, facile corruit:
Hi ergo (vt ait Iob) perſonati & ſuperbi homines, ſuper do
mos ſuas, quas exterioribus operibus ædificant, ſine humili-
tate

tate innituntur, & ſe quidem ſtare exiſtimant, ſed minime
ſtare poſſunt.

SED qualiter Phariſæus iſte ſuper domum ſuam quã
exterioribus operibus ædificauit, innitatur videamus. Stu-
dioſa vita duo exigit abſtinere a malo & facere bonum, iſtę
Phariſæus ſibi vtrũq. arrogat, & his duobus ſe domũ ædifi-
Deus caſſe iactat, prout ipſe orans inſinuat dicens. Deus gratias a-
gra- go tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum &c. Obſecro
tias hoc eſt orare? Laudare ſe ipſum & alios incuſare? Immo a-
ago ti pud Deum accuſare? Nil antiquius mundani homines ha-
bi &c. bent, quam ſuis prauis operibus, ſpetioſa virtutum nomina
imponere: Homines occidere fortitudinem vocãt, Inimicis
non parcere nobilitatem appellant, Inimicis mala inferre ze
lum vocant, Accipere perſonas, prudenter gubernare dicũt,
1.Reg. & ſic operibus tenebrarum nomina lucis imponunt. Saul ſuã
inobedientiam ſacrificium vocabat. Mulier quæ inhoneſte
Ioſeph ſolicitabat, aliud nomen ſuę libidini impoſuit. Sed
quanuis iſtis inſcriptionibus homines fallere poſsint, mun-
dani Deum minime, qui cordiũ occulta penetrat. Ita Eccle-
Eccle. ſiaſticus veluti cum hoc Phariſæo loquebatur cap. 7. Non
7. te iuſtifices ante Deum, quia agnitor cordis ipſe eſt, ante ho
mines quidem iuſtificari quiſpiam poteſt, qui interiora cor
dis ignorant, & ita eos poſſunt exteriori ſanctitatis imagine
decipere, ſed ante Deum fieri non poteſt, qui cordis pene-
tralia rimatur, & occultę glorioſę & ſuperbiæ motus intelli
git. Hos vero arrogantes, exactiſsimis & ad propoſitũ acco-
Eccle. modatis verbis depingit Eccleſiaſticus ca. 6. Non te extol-
6. las in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur
virtus tua per ſtultitiã, & folia tua comedat, & fructus tuos
perdat, & relinquaris velut lignum aridum in heremo, ani-
ma enim nequam, perdet eum qui ſe habet, & in gaudium
inimicis dat illum & deducet in ſortem impiorum. Ille ſe in
cogita



cogitatione extollit, qui plus de ſe quam oportet ſentiens,
alios præ ſe contemnit, cõparatur vero tauro, qui cornibus
homines impetit, ſicut Phariſæus iſte qui ſua arrogãtia
(quæ per cornu ſignificatur vt ait Dauid, nolite extollere in Pſ.
altum cornu veſtrum) non quoſdam (vt Auguſtinus ait) ſed Augu-
omnes homines incuſſando feriebat. An obſecro non om- ſtinus.
nes impetebat cornibus, quos raptores, iniuſtos, & adulte-
ros appellabat? Sed & publicanum præſentem vulnerabat
cum ſapiens dicat Pro 30. Ne accuſes ſeruum ad dominum Pro.30
ſuum, iſte vero publicanum apud Deum accuſabat, & præ ſe
contemnebat dicens. Velut hic qui præſens eſt imfamis ho- Velut
mo, Huic etiam Phariſæo dicit Eccleſiaſticus cap. 8. Ne deſ hic pu
picias hominem auertentem ſe a peccato, neq improperes blica-
ei, memento quod omnes in corruptione ſummus. Quan- nus.
uis enim homo peccator fuerit, ſicut hic publicanus, non Eccle.
eſt deſpiciendus, nam in templo erat q̃ veniam pro pecca- 8.
tis petiturus, Quænam ergo ſuperbia eſt, ei improperare
cum omnes in corruptione ſimus? Similiter dicitur Eccle-
ſiaſtici 7. Ne irrideas hominem in amaritudine animæ ſuę, Eccle.
eſt enim qui humiliat, & qui exaltat circunſpector Deus. 7.
Sed huiuſmodi arrogantes omnes ſuperbiæ cornibus fe-
riunt, & propterea virtus illorum propter ſuperbiam e-
liditur, & illorum vecordia comedit folia verborum (ſi
quæ ſunt) & bonorum operum fructus perdit, quaſi
brucus arborem, & tinea veſtimentum, & relinquuntur quaſi
arbores ſiccę & aridæ in heremo; quibus nec pluuia, nec
terræ vbertas prodeſſe poteſt, Nam quanuis exterius a-
liqua bona opera appareant, quia intus anima neqam
occultatur, omnia diſperdit, & eum etiam qui ſe habet, &
efficit vt eorum inimici, ſuper eis gaudeant. Nam dæmones
antiqui hominum hoſtes, ſuper his arrogantibus effuſe lętan-
tur, quia velut inferni martires ſunt, dupliciq. pęna mulc-
Zz tantur,

tantur,hic & in inferno,nam in hac vita ficte pęnitentes cru
tiantur,& in inferno etiam, propterea in ſortem impiorum
deducuntur.Sunt ſortes impiorum,& etiam ſunt ſortes iuſto
Sapi.2 rum,de ſortibus impiorũ loquuntur ipſi Sapi.2.Hęc eſt ſors
Hiere. noſtra.Et Hiere.13.dicitur.Diſſeminabo eos quaſi ſtipulam,
13. Actu. hæc eſt ſors tua &c. De ſortibus vero iuſtorum dicitur Ac-
26. tuum 26. Vt acciperent remiſsionem peccatorum, & ſortē
Collo. inter ſanctos.Et paulus ad Collo.Dignos nos fecit, in partē
1. ſortis Sanctorũ in lumine.De his loquebatur Dauid.Si dor-
Pſ. miatis inter medios cleros.Miro vero modo Deus has ſor-
tes partitur.Sicut etiam his qui ſortiuntur accidere ſolet. Di
Simile ues qui plures peccunias in euentũ ſortis immittit,quãdoq.
nihil extrahit,præter inanem quandam papyrum,pauper ve
ro paruum immittens,aureũ torquē extrahit, Dominus mul-
tum ſuperbe immittens,nihil lucratur,ſeruus vero,ſciphum
argenteũ quãdoq.accipit,Similiter Deus nobis ignorãtibus,
1.Re. ſortes diuidit,Saul Rex, priuatur regno,Dauid paſtor,Rex
ſalutatur.Iudas Apoſtolus infernum ingreditur, latro cum
ChriſtoParadyſum conſequitur,Phariſęus qui exterius iuſ-
tus apparebat,in ſortem impiorũ deducitur,Publicanus ve-
ro infamis,ſortem iuſtorũ,id eſt gratiam iuſtificantē acqui-
Pſal. rit.Propterea dicebat Dauid.Pluuiã volũtariam ſegregabis
Deus hęreditati tuę &c.Deus pluit ſuper peccatorem humi
lem gratiæ ſuæ ſtillicidia, & Phariſæus qui ſe ſingulariter
bonum æſtimabat,ſiccus ſine Dei gratia remanſit. Ecce quo
modo vt plurimum, hominum iudicia falluntur. Nullus
enim viſa exteriori ſanctitatis pictura, quam Phariſæus oſ-
tendebat,non iudicaſſet ipſum ſanctum, numeriſq. omnibus
abſolute perfectum,Publicanum autem, quaſi peccatorem
neglexiſſet, cum reuera Phariſæus inſolens & ſuperbus eſ-
ſet,Publicanus vero humilis,iuſtus euaſſerit. Laban Iacob
ſua idola furatum fuiſſe, falſo iudicauit, & forſam Rachel,
quę



quæ furata fuerat, quia comiter ipſumcompellans fuccatis
verbis feſellit, bene inſtitutam iudicauit. Abſtinendum
ergo a iudicijs quia multoties quos nos, prauos eſſe exiſti-
mamus, alijs, qui nobis iuſti videntur pręſtantiores ſunt,
immo peccatores facilius quandoq. ad Deum conuerſi iuſti
ficantur, quam illi qui iuſti videntur, & aliquibus a ſe effe
ctis operibus confidunt,nam iſti ſuis operibus veluti Deum
aſtrictum teneri exiſtimantes, incaute & confidenter vi-
uunt, peccatores cum opera non habeant in quibus confi-
dãt,omnia ſuæ confidentiæ vela,in immenſum miſericordię
Dei pelagus extendentes, animo indolere ſolent. Sicut Pu Stans
blicanus iſte,qui nequaquam ad altare acceſsit, ſicut Phari- alõge
ſęus,ſed prę verecundia longe ſe inde faceſsit. publi
QVIA qui ſine Deo ad Deum arrogantur accedunt,ma canus.
gis adeo elongantur,Qui autem ex humilitate & verecũdia,
elõgãtur magis accedunt. Quid prodeſt ad ſacrã ſępe ſyna-
xim accedere,ſi nec mores mutes nec a cõcupitis abſtineas?
Parum profecto iuuat ſacramenta frequentare, ſi genio in-
dulges & vitiorum dulcedini ſuccumbis. Nã ſi nõ qua decet
puritate ad Diuiniſsimum longeq. tremendum altaris ſacri-
ficium,accedis,nihil vtilitatis afferes. Sic dicitur Michee.6. Mich.6.
Calcabis oliuam,& non vngeris oleo,muſtum & non bibes
vinum.Multi enim ad menſam ſacramentorum ſedentes,ip-
ſorum dulcedinem non guſtant, & confeſsiones Euchariſ-
tiamq.frequenter iterantes,non vnguntur oleo gratiæ,cum
ea prę manibus deferant,ex quibus profluere ſolet, nec cha-
ritatis vinum bibunt, cum ea tractent ex quibus exprimi-
tur,quia ſine eo quod a peccatis abſtineant accedunt. Ad eũ-
dem modum Deus Hiere.46.loquebatur. Fruſtra multipli- Hiere.
cas medicamina,ſanitas non erit tibi. Multos namq. homi- 46.
nes videas,medicamentis imbutos,qui cũ ſępe a medicis vi- Simile
ſitētur,& potiones accipiãt,nequaquã propterea,integrã va

 letudinem.

letudinem conſequuntur. Ita multi ſacramenta frequen-
tant, qui deprauatos mores minime deſerunt, ſed ſunt aua-
ri & in pauperes crudeliſsimi, immo luxurioſi ſæpe & arro-
gantes ſunt, quorſum ergo iſti medicamina multiplicant: ſi
a concupitis non abſtinent, vt a ſpirituali infirmitate curen-
tur? nihil enim iterata Sacramenta proderunt, ni depra-
uatos mores relinquas. E contra vero qui propter vere-
cundiam & confuſionem, ex humilitate elongantur, magis ac-
Luc. 5. cedunt. Ideo dicebat Petrus. Exi a me domine quia homo
Eſa. 6. peccator ſum. Eſaias 6. ſe indignum iudicabat, cum Angelis
Matt. 3 Deum laudare & dicebat. Vir pollutus labijs ego ſum. Ioan-
nes Baptiſta in aſperis deſerti receſsibus ſemotus, ad eũ Sal-
uator acceſsit, vt baptizaretur, qui non audebat tangere ip-
Iudi. 3. ſum. Parentes Sanſonis, recedente Angelo, quem tã propin-
quũ habuerunt, adeo perterrefacti ſunt, vt diceret vir mulie-
Gene. ri. Morte moriemur, quia vidimus dominum. Iacob etiam ve-
32. luti admirans dicebat. Vidi dominum facie ad faciem, & ſal-
ua facta eſt anima mea: quaſi dicat. Cũ ego homuntio Deum
viderim, non mortuus ſum, ſed ſalua facta eſt anima mea. E-
3. Re. lias non audebat præ humilitate Deum reſpicere, ſed Deo
Luc. 23 tranſeunte operuit faciem pallio. Latro in cruce, Chriſti
maieſtatem & ſe conſiderans, voluiſſet longius eſſe, acſi di-
ceret ſicut Petrus. Diſiungere a me domine, ipſe enim a tan-
ta maieſtate ſeparari non poſſũ, ligatus. Tales qui ex humili-
tate ſe indignos iudicant, & cum lacrymis tantam maieſta-
tem verentur, & ad ipſam accedere non audent, magis appro-
pinquant, quam qui præſumptuoſe accedunt. De illis dicebat
Eph. 2. Paulus ad Ephe. 2. Vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis
Nõ ac- prope in ſanguine Chriſti. Lõge vero ſemotus Publicanus,
cidebat o- præ vercundia, nec oculos attolere audebat, quaſi confuſus
culos propter peccata quibus Deum irritauerat. Sic dicitur Hiere-
leuare miæ 22. Tũc cõfunderis & erubeſces, ab omni malitia. Quã-
diu



diu enim peccator, pondere peccatorum præmitur, ad Deũ Hiere.
eleuare faciem, etiam in oratione non audet, criminibus ip- 22.
ſum retrahentibus, ita Iob ca. 11. Si non manſerit in taberna- Iob. 11.
culo tuo iniuſticia, tunc leuare poteris faciem. Sed quandiu
macula peccati turpis es, erubeſce. Sicut dicitur Ezechie. 36. Ezech.
Confundimini & erubeſcite ſuper vijs veſtris. Ea propter 36.
Publicanus leuare oculos non audebat in cælum.

PECTVS vero quaſi peccati radicem (de corde enim Sed
exeunt homicidia &c.) feriebat, quaſi diceret. O ſi tandem percu-
emollire eum poſſem. Quando in aliqua corporis parte do- tiebat
lore afficimur, confeſtim illuc manum mittimus, & medico pect'.
interroganti, manu partem affectam oſtendimus: ita Publi- Matt.
canus iſte, quia ex corde indolebat, ipſum manu tundebat. Si- Simile
militer Hieronymus ab hoc Publicano edoctus, iuuentutis Hiero.
peccata vel mundi, aut vitæ miſerias, vel incolatum deflens
duro lapide, pectus feriebat. Sic dicitur Eccleſiaſt. 22. Pũgẽs Eccle.
oculos deducit lacrymas, & qui pungit cor, profert ſenſum. 22.
Quemadmodum enim ſi corporaliter pungas oculos, lacry- Simile
mas elicis: ita ſi cor tuum dolore ferias, elicies profecto ſen-
ſum, quo intelliges te Dei maieſtatem irritaſſe, & ita quan-
tum poteris ex animo ingemiſces. Vnde incipit infirmitas in-
de ſalus oriatur. Venenum minime necat, niſi ad cor peruẽ- Simile
niat, ita peccatum niſi cor occupet. A corde ergo dolor quaſi
medicina procedat. Ideo Publicanus ad cor, pectus percutiẽ-
do recurrit. Sic dicitur Eccleſiaſtici 21. Qui timet Deum con- Eccle.
uertetur ad cor ſuum. Initium pænitentiæ poſt motum fidei 21.
timor eſt, qui ergo timens pænitet, ad cor ſuum, quaſi ad pec-
cati radicem conuertatur. Quod quidem grauiſsimis verbis
Dauid explicauit. Deus loquetur pacem in plebem ſuam, & Pſal.
ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor, prope
timentes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra no-
ſtra, miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi iuſtitia & pax

oſculatę ſunt. Deus enim (cuius dicere facere eſt) plebi ſuę id
eſt perfectis, conſcientię pacem (quę profecto paradyſus ter
reſtris eſt) largitur, & ſanctis ſuis etiam ſcilicet his qui puri
ſunt, & etiã illis qui cum puritatem non conſeruauerint, pæ-
nitentes ad cor conuertuntur, quia prope eos qui timore mo
ti ad pænitentiam conuertuntur, ſalus animæ eſt; Vt ergo, ha
bitet gloria in nobis (quæ ſecundam Paulum eſt teſtimoniũ
2.Co.1 bonę conſcientiæ, 2.Co.1.) veritas noſtræ contritionis, & cõ
feſsionis, & doloris ex corde, obuiet miſericordiæ Dei, quia
quando in nobis veritas eſt contritionis, confeſtim illi fit ob
uiam quaſi accurrens miſericordia Dei; & iuſtitia, qua nos ip
ſos pænitendo iudicamus, & pax conſcientiæ nobis a Deo
miſſa ſę ſe oſculãtur. Enitere igitur vere & ex cordę indole
re, & vere confiteri, & habebis obuiam Dei miſericordiam.

QVAM Publicanus breui ſua oratione expetebat, di-
Deus propitius eſto. cens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Multa nos Chri-
ſtus, & ſancti docuerũt, Chriſtus orandi modum commoſtra
uit, quia quicumq. cum Rege loqui debet, nequaquam quid
quid ad buccam venerit citra delectũ, quaſi blatęro quiſpiã,
Simile proffęrre debet ſed accuratam petitionem, & præmeditata
verba adducere oportet. Sicuti vſu euenire videmus ijs qui
a Rege aliquid, aut a ſummo pontifice, impetrare cupiunt:
Propterea Chriſtus illud petitionum memoriale ordinauit,
quaſi tabellam ſupplicem ne erraremos. Virgo beata docuit
nos, ad Dei beneficia humiliari, & quo maiora a Deo recipi
mus, eo humilius de nobis ſentire. A Publicano vero edocti
ſumus, quo pacto cum peccatorum ſarcina præmimur, ante
Deum comparere nos oporteat. Scilicet nequaquam arro-
ganter, ſed quaſi indigni quãdiu peccatis onuſti ſumus, a lon
ge eſſe, de nobis humiliter ſentientes, & prę verecundia nec
faciem eleuare, pectuſq. vbi cor latitat, quod radix eſt pec-
catorum percutere, & ſolam Dei miſericordiam implorare;
appel-



appellans a tribunali iuſtitiæ ad tribunal miſericordiæ. Ita
dicitur 1. Io. 3. Si cor veſtrum reprehenderit vos, ma- 1.Io.3.
ior eſt Deus corde veſtro, quaſi dicat. Non eſt quod deſpe
retis, quanuis conſciencia mordens, & multorum pecca-
torum conſcia vos conturbet, quia Deus eſt maior corde
veſtro. Sicut dicebat Iacob Gene. 32. Domine minor ſum cũ Gene.
ctis miſerationibus tuis. Sic Publicanus iſtam miſericordiam 32.
implorans gratiam iuſtificantem acquiſiuit, quam Phari-
ſæus perdidit. Iacob, cum Ioſeph duos filios offerret com- Gene.
mutauit manus &c. Ita Deus gratiam iuſtificantem Publi-
cano conceſsit, & a Phariſæo quod videbatur habere, abſtu
lit, Hipochrita non habet, ſed videtur habere, ſic Phariſęus
a quo Deus gratiam abſtulit, Publicanus vero iuſtificatus
deſcendit. Ecce quales egrediuntur homines ab oratione. Iu Deſcendit iuſtificatus.
dich ab oratione egreſſa Holophernem occidit. Saluato-
re orante reſplenduit facies eius, Iacob ab oratione mor-
tificatus exiuit. Ita omnes qui circunſtantijs quibus Publi- Iudith.
canus orauit, ad Deum præces effunderint, ab Matt.
oratione iuſtificati egre- Gene.
dientur.

¶ DICEBAT AVTEM AD
inuitatos parabolam intendens, quo
modo primos accubitus eligerẽt,
dicens eis. Cũ inuitatus fue
ris ad nuptias nõ recum
bas in primo loco
&c. Lucæ
14.

ETIAM

ETIAM SI doctrina hęc ciuile potius documentum videatur, quam parabola, nobis cã explicare placuit, & inter alias ipſam annumerare, quia ab Euangeliſta parabola nominatur, quæ quidem adeo facilis eſt, vt non admodum alia explicatione indigeat, quam ea quæ in concione poſita eſt. Docet vero Chriſtus hac doctrina, diligendam eſſe modeſtiam & ſui depreſſionem, neque homines ſe ipſos debere extollere quemadmodum Phariſęi faciebant, fit enim ſępe, vt is qui ſe extollit verecundia humilietur, ſicut ille qui in primo loco præſumptuoſe recumbit, quandoq. inferius deſcẽdere iubetur. E conuerſo autem, quis quis ex modeſtia ſe ipſum deprimit, exaltatur, ſicut ille, qui inter nouiſsimos recũbens, aſcendere iubetur ſuperius.

## CONCIO.

QVANVIS peruerſorum hominũm aſtucia, inter ipſos aliquando præualeat, multiq. callidis impoſtorum artibus irretiti capiantur: Si cum Dei ſapientia confertur, non ſolum præfixo fine deſtituitur, ſed confuſa admodum, & verecundiæ plena reſtat.
Iob 5. Propterea dicebat Iob 5. Qui diſsipat conſilia malignãtium, ne poſsint implere manus eorum quod ceperant. Tale quippiam Phariſęis accidit, qui vt Chriſti vitam explorarent, ad
Cũ intraret Ieſus in domũ &c. prandium eum inuitarunt, vt ſi quod forte verbũ inter prandendum (vt aſſolet) aut contra leges & principes decideret, exciperent, & accuſantes, inuidiæ ſuę virus effunderent. Sed Saluator diuino intuitu, illorum corda penetrans, confuſos eos, & ſuo fine deſtitutos reliquit. Magna nobis cautela vtẽdum eſt, vt exquiſitas ad fallendum, inuidorum, & falſorum amicorum artes eludamus. Nam eos qui aperte nobiſcum inimicicias exercent, euitare, facilimũ eſt. Ab illis vero qui blandis



blandis appellationibus, & fictis obſequijs, doloſe nos alliciunt, difficile cauemus: fitq. multoties vt ab amico ficto maiora vobis damnaq. proueniant, quam ab apertis inimicis. Quod quidem hoc exemplo manifeſtum erit. Perflan- Similitudo.
te vento frigido & brumali, pallium homo quo operitur colligit, & quo violentius flat, eo magis homo pallium conſtringit, & detinet. E contra vero callido perflante aere, homo pene diſcingitur, pectoraq. adaperies præbet, facileq. ventus pallium abrripit. Ita ab inimicis qui nos aperte perſequuntur facile cauemus, quia quo illi magis iracundię virus effundunt, eo nos magis ab eorum inſidijs cuſtodimus. His vero qui blandis ſermonibus, & conuiuijs nos delinire ſtudent facile indulgemus. Propterea dicitur Pro. 23. Pro. 23
Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius, quia ad ſimilitudinem Arioli & coniectoris, æſtimat quod ignorat, comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecum, cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros ſermones tuos: Cum inuidus noſtris in fortunijs lætetur boniſq. triſtetur, nullum cum eo, comercium habendum, ſed ſicut peſtis fugiendus eſt, fictaq. eius obſequia, & conuiuia contemnenda; Quia quemadmodum Ariolus quæ ignorat æſtimat, ita inuidus, mala ſemper quę neſcit præſumit. Sicut iſti de Chriſto mala cogitabant, exiſtimantes contra leges facturum. Et cum inuidi, mala ſemper de proximis ſuſpicentur, fictis eos obſequijs delinire ſtudent, ad comedendum & bibendum inuitantes, cum deprauatum erga eos cor habeant: coram his inuidis pulchri ſermones perduntur, ſicut Chriſto accidit: Nuſquam enim pulchriores ſermones, concionatus eſt, quam in menſa iſta, coram iſtis inuidis. Hic namq. Phariſæis modum colendi ſabbata expoſuit, & inuitatis hanc parabolam vtiliſsimam propoſuit, ei etiam qui ſe inuitauerat, quos

 potius

potius imitare deberet inſinuauit, & poſtea occaſione ac-
cepta, ab vno ex conuiuis, qui dixit. Beatus qui manducabit
panem in regno Dei, pulcherrimam parabolam conciona-
tus eſt, de homine qui fecit cænam magnam: ſed pulchros
hos ſermones Chriſtus perdidit corã his inuidis Phariſæis,
quos taliter malitia excecauerat, quod in eis Chriſti verba
radices mittere non potuerunt, inuidia intellectũ eorũ obſ-
cecante. Nam quod alijs cibus, ipſis venenũ erat, quia ex ver-
bis Chriſti occaſionem captabant ipſum calumniandi. Ita
Eccle. Eccleſiaſtici 10. dicitur. Bona in mala conuertentes inſidiã
10. tur, & in electis ponent maculam. Et quanuis vnus eum inui
Ipſi ob tauit, omnes ſimul communicatis conſilijs, ipſi inſidiabãtur,
ſerua- Sed etiam ſi ipſi alias (vt inuidi) opinionibus diſſentirent,
bant ad nectendum Chriſto tricas omnes concordes erant. De eis
eum. dicebat Naum. cap. 1. Sicut ſpinę ſe inuicem complectuntur,
Nau. 1. ſic conuiuium eorum pariter potantium, conſumentur, quaſi
ſtipula ariditate plena, ex te enim exiet cogitans, contra do-
minum maliciam: Phariſæi veluti ſpinę, alios pungebant ip-
ſos expilantes, quia crudeliſsimi erant, & domos viduarum
comedebant, & onera grauia alligabant, ſpinæ etiam e-
rant ęternis ignibus deputatę, iſti contra Chriſtum comple
xi & amicicia coniũcti erãt, cum alias ſe ipſos inuidia diſ-
cerperent; Et quia intus deuotionis & charitatis ſubſtantia
carebant, quaſi ſtipula ariditate plena corruptioni proxi-
mi erant; ex quibus ſemper exibat, qui contra Chriſtum
maliciam cogitaret, Fuere enim iſti omnium moleſtiſsi-
mi, qui non aperte modo, ſed ſubdole & inique inſi-
diabantur. De quibus Hieremias capite 5. dicebat. In-
Hiere. 5 uenti ſunt in populo meo impij, inſidiantes quaſi aucu-
pes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Ta-
les erant Phariſæi iſti qui tricas caſsiculoſq. Chriſto ten-
debant, Pedica illorum quaſi eſca erat, miſer quidam hy-
dropicus.



dropicus. Tanta eum erat Chriſti, ad benefaciendum,
& miſerendum pronitas, vt non ita velociter aquila ad eſ- Simile
cam volitet, ſicut Saluator oblata occaſione, ad benefa-
ciendum, & miſerendum, continuo ferebatur. Propterea Et ec-
Phariſęi iſti hydropicum ante ipſum poſuerunt, quaſi di- ce ho
centes, Non ſe poterit continere, quin viſo homine etiam mo
ſi ſabbatum ſit, ad ipſum curandum, impotenter rapia- quidã
tur: veluti auis ad eſcam velociter defertur: Ita etiam hydro
adulteram ad ipſum captandum adduxerunt veluti dicentes, picus.
Sine mora (vt eſt talium amicus) ipſam liberam dimittet, &
ſic eum accuſare poterimus. Non eſt alia efficatior eſca ad
Chriſtum capiendum quam miſeria noſtra, ſubito commo-
uetur ad miſerendum & benefaciendum. Sic iſti Phariſæi
qui benignum eius animũ experientia cognoſcebant, occa-
ſionem ante eum ſiſtunt, vt ipſum caperent. De eis dici-
tur Eccleſiaſtici 27. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu Eccle.
iuſtorum, dolor autem conſumet eos antequam moriantur: 27.
Quicumq. taliter erga iuſtos proximos afficiuntur, quod
delectantur eorum ruina, occaſioneſq. quibus cadant appo-
nunt, tales diaboli laqueo capti peribunt, & hic taliter
dolore inuidiæ cruciabuntur, vt initium inferni eſſe vi-
deatur. Ita etiam Pro. 24. dicitur. Ne inſidieris & quę- Pro. 24
ras impietatem in domo iuſti, ſicut Phariſæi iſti. Quibus
Saluator reſpondit, vtiq. his quę ipſi in corde voluebant. De
quibus Dauid. Labia doloſa in corde & corde loquuti Pſal.
ſunt.

QVIBVS verbis Saluator reſpondebat, dicens, Si licet Si licet
ſabbato curare? Quaſi dicat. Nonne benefaciendo recte ſab ſabba
batum cuſtoditur? Beneficentia & miſericordia ſabbatum to cu-
non ſoluitur. Gratiſsima diei feſti obſeruatio Deo eſt, cum rare?
homo ab operibus ſeruilibus feriatus, ſtudioſis beneficentię
operibus incumbit. Sed dolendum profecto eſt multos

 feſtiui-

feſtiuitates expectare, ad ludis ex compotationibus vacan-
dũ. Nonnulli feſtiuis diebus, otioſi in triuijs, compitis, & pla-
teis diſcurrentes, læuocinijs, & inhoneſtis confabulationi-
bus, tempus terunt. Mulieres etiam e feneſtris (quæ pulchri-
us, inhoneſtius, talibus diebus ſe comunt & ornant) proca-
ces iuuenes, non ſpectare ſolum, ſed incitare videntur. Im-
mo quandoq. in Eccleſia mutuis nutibus non ſolum feſta
ſpiritualiter violare, ſed ſacra loca, & diuina myſtera, &
Eccleſię ceremonias (quantum in ſe eſt) deturpare non eru
beſcunt. Qualiter vero dies feſtus, a nobis obſeruandus eſt,
Eſa. 58 Eſaias ſub ſabbati typo expoſuit ca. 58, Si auerteris a ſabbato
pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, &
vocaberis ſabbatum delicatum, & ſanctum domini glorio-
ſum, cum non facis vias tuas, nec inuenitur voluntas tua,
tunc delectaberis in domino & ſubſtollam te ſuper alti-
tudinem terræ &c. A die feſto pedem chriſtianus auertit
cum ipſum, ab operibus ſeruilibus feriatus religioſe colit:
qui enim feſtiuis diebus, vel iter conſulto arripiunt, vel
agriculturæ laboribus, vel forenſibus concertationibus;
vel ipſi, vel eorum ſerui incumbunt, impie profecto & in
Simile gratiſsime ſe erga Deum habent. Si enim aliquis ſeptem
haberet ſcuta aurea monetalia, & alter ab ipſo mutuum
peteret, ipſeque liberaliter ſex illi dono daret, vnum ſi-
bi tantum reſeruans: ſi alter illud, quod ſibi mutuans re-
tinuerat, noctu furaretur, nequiſsime profecto, & ingra-
tiſsime ageret. Sic homines faciunt, qui vnum ſeptima-
næ diem, quem ſibi Deus reſeruauit, ſex nobis conceſsis,
ipſi ingratiſsime furantur: Sed præter hoc quod ab opere
vacare oportet, noſtros appetitus nequaquam ſequi debe
mus, ſed ſabbatum delicatum & ſanctum vocare, hoc eſt
pure colere, & glorioſum etiam Dei gloriam prædican-
tes. Tales Deus hilares reddit, quia in ipſo delectantur,
ſicut



ſicut dicebat Dauid. Delectare in domino, & dabit tibi Pſal.
petitiones cordis tui; ſuſtollit etiam hos per contempla-
tionem operum Dei. Idipſum dicebat Eſa. cap. 56. Omnem Eſa. 56
tenentem ſabbatum, ne polluat illud, & cuſtodientem fæ-
dus meum adducam eos, ad montem ſanctum meum, &
lætificabo eos in domo orationis meæ, holocauſta eo-
rum placebunt mihi ſuper altari meo. Eum qui dies feſtos
religioſe colit, a ſeruilibus operibus abſtinens, & ipſos
minime polluit, ludis, & compotationibus, & lęnocinijs,
quiq. illis diebus, fæderis Dei mandata complet, ſcilicet
miſericordiæ & beneficentiæ, Deus eum in templo læti-
ficat, eius ſacrificia & oblationes acceptans. Taliter igi-
tur feſtus dies colitur, cum contemplatione, & bo-
nis operibus tranſigitur, qualia ſunt, miſericordia, &
beneficentia, ideo Saluator, hydropicum videns rogat. Si
licet ſabbato curare? Reprehenſurus vero Phariſæos, comi-
ter prius ipſos interrogat, ne conuiuas, & ipſos irritare vi-
deretur. Propterea dicitur Eccleſiaſtici 17. Prius quam in- Eccle.
terroges, ne vituperes quempiam, & cum interrogaueris 17.
corripe iuſte. Taliter ſe Saluator erga Phariſęos iſtos geſsit.
Sed ipſi maligne tacent, ne vel approbare curationem vide At illi
rentur, aut Saluator a curando Hydropico deterreretur. tacue-
Ideo ſilent, nec fratris ſui Hydropici vicem dolent, nec runt.
compatiuntur ei, quem ſolo verbo iuuare poterant, ſed
etiam tenaces verborum erant, ſicut pecuniarum. Sic e-
tiam multos videas, qui cum fratres ſuos ſolo verbo iuua
re poſſent, efficere recuſant. Multi enim apud Reges & mag
nates oppreſſos iniuſte; qui forenſes concertationes gerũt
ſolo verbo iuuare poſſent, & pauperes hoſpitaleſq. domos
fauoribus proſequi, ſed ne familiaritates admittant, nec
verbum loqui volunt. Dicebat Eccleſiaſticus ca. 26. Prop Eccle.
ter fratrem perde pecuniam, ſed modo non ſolum pecu- 26.



niam,

Hie.3. niam, ſed nec verba perdere volunt. Ita dicebat Hiere. cap.
8. Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur,
ſcilicet quod ſibi, vel fratri ſuo prodeſſe poſſet. Heli-
4.Re. ſæus viſa muliere dixit. Habes negotium apud regem aut
4. apud principem militiæ? quaſi dicat. Libenter interce-
Io.2. dam. Virgo beatiſsima quæ verborum continentiſsima
erat, viſo vni defectu, dixit. Fili vinum non habent.
Non ergo recuſare debemus pro fratribus loqui, ſi ſe tem-
Pro.15. poris opportunitas offerat. Ita Pro. 15. Lætetur homo in
ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. Si enim
Phariſæi pro hydropico locuti eſſent, ſiue quod ſentirent
ſincere & candide minimeq. fuccatis verbis reſpondiſſent,
Chriſtus qualiter legem interpretari deberent, eos docuiſ-
ſet. Sed quia maligne tacuerunt, non meruerunt. Propte-
Eccle. rea dicitur Eccleſiaſtici 32. Qui quæſit legem replebitur ab
32. ea, & qui inſidioſe agit ſcandalizabitur ab ea. Qui enim
cordis ſimplicitate legem inquirit, anima eius & intelle-
ctus ea replentur, quia meretur edoceri, qui autem inſidio
ſe agit (ſicut iſti Phariſæi, qui Chriſto, inſidiabantur) ſcādali
zatur ab ea, quia lex eſt eius ruina. Saluator vero minime
Appre illorum ſcandalum curat, ideo apprehenſum Hydropicum, p-
hēſum ſum ſanitate donauit, & a ſe dimiſit.
ſana-
uit cū ECCE quales a Dei conſpectu homines, egrediuntur.
ac di- Si infirmus es, te ipſum ante Chriſtum ſiſte, vt ſalutem con-
miſit. ſequaris? Iſte hydropicus corporis & animæ ſalute dona-
Exo. tus, a Chriſto receſsit. Qualis Moſes a Dei conſpectu egreſ
34. ſus eſt? adeo ſplēdens apparuit, vt eclipſari prius velami-
Gene. ne ſuperpoſito oportuerit. Iacob a Deo exiens dicebat, vidi
32. dominum &c. Heſter iniuria affecta, & tot dierum vidua,
Heſter. cum ad conſpectum regis veniret, iucũda & hilaris receſſit,
7. nam populum ſuum liberauit, & Aman in crucem egit.
Lucæ. Magdalena qualis ad Chriſtũ acceſsit & qualis receſsit. Ita
7. David



Dauid oculi mei ſemper ad dominum: quaſi ad polum quo
ſecure nauigare poſſum. Aulici Regis & familiares qui ip- Simile.
ſum circumſiſtunt, honoribus & diuitijs & præfecturis or-
nantur, & quæ petunt facile conſecuntur. Ita Chriſtiani
quanuis caro renitatur, ſtudeant ſe ante Deum ſiſtere, vt
eius aulici & clientes, & præſertim ſi infirmi ſunt, & ſpiri-
tuali hydropiſi laborant. Quæ cum ex humore cau-
ſetur, humorem ſitit, adeo vt ſatiari non poſsit. Tales
ſuperbi ſunt, & luxurioſi, & auari, ad quæ vitia, diuus
Ioannes, omnia quæ in mundo ſunt reducit. Quæ trinitas 2.Io.2.
magnopere ſitit. Quia ſuperbus quanuis abundet ho-
noribus, adeo pro eo quem deſiderat crutiatur, & angi-
tur, nullumq. non mouet lapidem, ac ſi omni honore care-
ret, ſicut ſuperbiſsimus Aman, qui cum gratia Regis & Heſter.
multis honoribus abundaret, nihil ſe habere arbitrabatur, 5.
quia Mardocheus nequaquam ipſi genu flectebat. Lu-
xurioſus quanuis delitijs carnalibus abundet, & vaga ve-
nere innumeras fæminas deturpauerit, ita crutiatur, ſi
non ea, cuius deſiderio afficitur patiatur, ac ſi continen-
tiſsimus antea nihil tale expertus eſſet. Auarus quan-
uis diuitijs abundet, ita vt vel minimum quid lucretur an-
gitur, & alicuius, vel paruiſsimæ rei diſpendio dolore affi-
citur, ac ſi nihil haberet, damnumq. vel cum animæ ſuæ per-
nitie reſarcire ſtudet. Tales erant Phariſæi iſti: quorum
ſpiritualem auaritiæ hydropiſim Chriſtus curat dicens:
Cuius veſtrum. Cuius
veſtrũ
MVLTI maiorem curam animalium gerunt quam ho- Aſinus
minum, ſicut pleroſq. nobiles videas; venaticos canes, aut
æquos iumenta, & accipitres, & rapaces aues, adeo delica- bos.
te alere, & ea quæ voluptatem afferunt, vt pluris eos æſti-
mare quam homines videantur. Qui quidem erga paupe-
res crudeliſsimi ſunt, cum plurimos fame pene extinctos
videant,

videant,& alios quaſi agentes animam, quibus nec dipondio
Apo.13 ſubueniunt. Propterea dicebat beatus Ioannes Apo. 13. Hic
eſt fides & patientia ſanctorum. Mirum quomodo ſtudioſi
viri & pauperes, viſi tot ſuperfluitatibus, quibus diuitum
domus luxuriant,& ipſi fame pene deficiunt, non deſperãt,
ſed hic eſt patientia & fides Sanctorum. Vident æquos & iu
menta abundare,cum ipſi ægeant, ſed hic eſt patientia & fi-
des ſanctorum, vident venaticos canes pingues, & ipſi
Lucæ. enecti,ſed hic eſt patientia & fides ſanctorum. Prodigus fi-
Lucæ. lius porcis ſaturis, ipſe eſuriebat. Lazarus micas a menſa ca-
dentes deſiderabat,& canibus dabantur,ſed hic eſt patientia
&c. Ille Rex gloriabatur,tot reges abſciſsis manuum, & pe
dum ſummitatibus, ſub eius menſa ciborum reliquias col-
Iudi.1. legiſſe,& ſic dicebat. Sicut feci,ſic reddidit mihi dominus Iu-
di.1. Ita multi crudeliſsimi ſunt, qui cum magnam animaliũ
curam gerant,homines vix quæ de menſa decidunt, comede
re patiuntur,ſed hic eſt patientia, & fides ſanctorum. Qui
cum iſta videant non difidunt, ſed patienter ferunt vſq. ad
diem Chriſti, in quo diuites tantæ crudelitatis pœnas da-
bunt; Cum ad voluptates & mundanum faſtum prodigi ſint,
Aba.2. & erga pauperes auari Sic Abachuc 2. Lapis de pariete cla-
mabit,& lignum quod inter iũcturas ædificiorum eſt, reſpõ-
debit. Nam ędificia & aliæ res ſuperflue clamabunt contra
diuites in die iudicij,cum tot pauperes indigentes contempſe
rint,ſed non mirum eſt,cum pluris animalia faciant quam ho
mines. Sicut iſti Phariſæi. Qui quidem ad hæc Chriſti ver-
ba nec hiſcere audebant. Nulla res a Deo efficaciter ſilentiũ
Gene. imponit,ſicut peccatum ob oculos poſitum. Cain loqueba-
tur. Nunquid ego cuſtos ſum fratris mei? ſed cum Deus di-
Soph. xit. Vox ſanguinis fratris tui clamat,conticuit. Sic Sopho.
1. ca.1. Silete a facie domini,quia iuſta eſt dies domini: quaſi di
cat. Non eſt quod Deo reſpondeatis,quia iuſta vobis propo
nit.



nit. Alia etiam ſpirituali Hydropeſi Phariſæi laborabant,
nempe ſuperbia,quia perciti primos accubitus, & ædiriora
in hominum cõſeſſu loca ambitioſius aſſumebant. Sed quia
hæc Chriſti admonitio, parabola nuncupatur, exponen Dice-
dam aſſumpſimus, & ad aliarum parabolarum modum bat ad
exponemus. Taxat namq. ea Saluator Phariſæorum am- inuita
bitionem, & illorum qui ſe ad prælaturas ingerunt. Vo- tos pa
catur autem parabola, quia ſub hac doctrina, quæ agreſtem rabo-
faſtum vitare docet, inſinuat ſeruandam eſſe modeſtiam. lam.
Cum inuitatus fueris ad nuptias &c. Nuptiæ iſtæ Chriſti Vide
ſunt & Eccleſiæ, qui veluti ſponſus & ſponſa coniungũtur. fo.2.
Qui ergo per fidem vocatus eſt & inuitatus non ſe extol-
lat ambitioſius, ſuperbe de ſe ſentiens, Quoniam in futuro
examine honoratiori inuitato cedet, ſi vero humiliter dè
ſe ſentiat,& in nouiſsimo loco recumbat, a Chriſto ad ſupe
riorem locum eleuabitur. Poteſt etiam hęc parabola de prę
ſenti vita intelligi, quia multoties dominus ſuas nuptias in-
trans,ſuperbos deſpicit, & humiles, tot ſpiritus ſancti donis
illuſtrat, vt a fidelibus exaltentur.

SED ex aliorum ſententia ex hac ciuili modeſtia in
conuiuijs ſeruanda, Chriſtus nihil miſtice intelligi voluit,
ſed docuit ſeruandam in omnibus humilitatem, & ſuper-
biam fugiendam, quia talis humiliter de ſe ſentiens, ple-
rumq. ab hominibus, ſemper vero a Deo exaltatur. E
contra vero arrogans,nonnumquam ab hominibus, a Deo
vero ſemper humiliatur. Propterea dicitur Pro. 25. Ne glo- Pro.25
rioſus appareas coram rege, & in loco magnatorum ne ſte-
teris,melius eſt enim vt dicatur tibi, aſcende huc, quam vt
humilieris coram principe. Nonnulli vero ita obſeruant
hoc ciuile Saluatoris documentum, vt pertinaciter nouiſsi-
mum locum ſibi aſſumant, vt propter id exaltari magis ab
hominibus, glorificentur. Alij vero nimis humiles, ita ſibi

talem locum vendicant; vt alijs id procurantibus detur contentioni occaſio. De vtriſq. ait Eccleſiaſticus cap. 19. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo, & eſt iuſtus, qui ſe nimium ſubmittet, a multa humilitate. Nam illi ſuperbiſsimi intus & arrogantes, exterius humiliantur nouiſsimum locum eligentes, vt ab hominibus exaltentur, alij propter nimiam humilitatem, adeo ſe ſubmittunt, inferiorem locum ſumendo, vt multoties cõtentionis cauſa ſint. Et talis humilitas (vt Baſilius ait) exercetur quaſi per luſum, immo ſi obedientes ſimus, magis humilitatem oſtendimus, quia maior arrogantia demõſtratur, ex contradictione, quam ex primo accubitu, ſi ex obedientia fiat.

Eccle. 19.

Baſili.

SED QVAM accurate Chriſt⁹ ſuperbos, & humiles depingat videamus. Ait enim. Qui ſe exaltat &c. Superbus, neq. gloriam, neq. honorem, neq. dominium pro fine habet, ſed ſe ipſum, & propterea ſe exaltat, quaſi ſe ſolum reſpiciens, ſuiq. excelentiam optans. Immo ſua veluti excelentia inębriatur, & eſt ſui Narciſſus. Quam pulchre Deus dixit Rapſaci. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit ad aures meas 4. Re. 19. Inſaniunt enim ſuperbi. Quibus dicebat Ezechiel 16. Perfecta eras in decore tuo, quem poſuerã ſuperte, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es coram me. Multi namq. ad ſuam pulchritudinem conuerſi, quam a Deo habent ſuperbiunt & fornicantur, ipſam potius diligentes, & Deum præ ipſa contemnentes. Ita Dauid. Ego dixi in abundantia mea non mouebor; ſed ſequitur; Auertiſti faciem tuam a me & factus ſum conturbatus. Non nulli namq. videntes ſe vel gratijs, vel diuitijs abundare, in ipſis confidunt, ſed in pænam Deus a quo cuncta ſortiti ſunt, faciem ab illis auertit, & conturbantur. Proprium enim Deo, immo quaſi eius inſigne eſt, ſuperbos protercre, & eſt quaſi

Qui ſe exaltat hu miliabitur.

4. Re. 19.

Ezech. 16.



eſt quaſi gentilitia immo quaſi eloquium in illis. Ita dicebat De⁹ Iob. 4. Si habes brachium ſicut Deus &c. Fac quod Deo conuenit vel quod Deus efficere ſolet, ſcilicet diſpergere & proterere ſuperbos, & reſpiciens diuino intuitu hominum corda, humilia eos, quos arrogantes inueneris. Ita etiam dicebat Eſa. cap. 10 Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur: Multi homines minime ſe ipſos cognoſcentes, qui ſunt veluti lagũculę teſtaceæ ſuperbiũt, hos Deus confringit, & ſtatura ſuperbiæ ſublimes ſuccidit, velut arbores & humiliat. Sic Deus dicebat per Prophetam Abdiam. Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſuris petrarum, qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terram? ſi exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum; inde detraham te dicit dominus, Quaſi dicat, Adeo arrogantia tumes, vt ipſa ſuſtollat te ſemper ad loca ſublimia, & ſemper glorioſus & excelſus, quaſi præruptas altiſsimorum montium crepidines habitas, quanuis ergo, ita in altum volites ſicut aquila, & inter ſidera in Eccleſia fulgentia poſueris nidum tuum, primos accubitus eligendo, detraham te, dicam da hunc locum ſcilicet humili & abiecto: Quem pulcherrime etiam Saluator humilem depingit dicens. Qui ſe humiliat: Nihil enim aliud ab oculos habet niſi ſe ipſum, & ſe conſiderans & ſuam miſeriam humiliatur. Et ita Ariſtoteles neq. humilitatem Euangelicam, neq. Diaboli ſuperbiam cognouit: Immo eos qui ſe ſuper alios extollunt magnanimos appellat, humilis igitur ex proprio actu, quo ſe deſpicit, iudicatur talis, & ſi ſe gratijs, & virtutibus ornatum videt, eo magis humiliatur, ſicut Beata virgo, quæ, quo maiora a Deo beneficia recipiebat, eo magis humiliabatur, Quod quidem modeſtiæ ſupræmum genus

Iob. 4.

Eſa. 10.

Abdiæ

Qui ſe humiliat exaltabitur.

Ezech. 32. eſt. Ita Deus per Ezechi. ca. 32. Quo pulchrior es deſcende, & dormi cum incircuncisis, Quaſi dicat. Quo maioribus beneficijs & priuilegijs, a Deo donata es, eo magis deſcende per humilitatem, id eſt te peccatorem, & inutilem ſeruum reputa, cum facis quæ tibi præcepta ſunt. Quod

Lucæ. 17. Saluator arantis ſerui ſimilitudine declarauit Lucæ 17. Nam ſeruum ab agro reuerſum, nullus dominus ſolet honore afficere, ſed ab eo expetit, vt cęnanti ſibi miniſtret, nec ob id ei gratiam habet, quia ſeruus id efficit, ad quod vt ſeruus tenetur. Quo exemplo nos Chriſtus ad humilitatem hortatur, dicens. Cũ feceritis quæ præcepta ſunt vobis di-

Eccle. 13. cite, Serui inutiles ſumus &c. Ita dicitur Eccleſiaſtici 13. Humiliare Deo, & expecta manum eius. Quia ſcilicet ſicut ſu-

Iob. 3. perbos deijcit, ita humiles ſubleuat. Et Iob 3. Qui ponit humiles in ſublimi. Et quo magis quiſq. ſe deijcit, eo ipſum

Io. 1. Deus magis eleuat. Ioannes dicebat non ſum Helias, & Chriſtus. Ipſe eſt Helias, Ioannes non ſum Propheta; & Chri-

2. Re. 6 ſtus pluſquam Propheta. Sic Dauid dicebat ſuæ ſponſæ Michol. Vilior fiam coram domino, qui elegit me potius quã domum patris tui, quam repulit propter ſuperbiam. Via ad ſurgendum in domo Dei, eſt humilitas, ſic Chriſtus. Qui in-

Pſ. ter vos vult maior eſſe, fiat minor. Sic Dauid. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquam ſederitis, ac ſi dicat. In nocte vitæ pręſentis vanum eſt eleuari, ſed ſurgitę poſtquam ſederitis, id eſt ſedete prius per humilita-

4. Re. 19. tem, & poſtea ſurgite. Sic 4. R. 19. Quod ſaluabitur, mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum. Nam mittet deorſum radicem per humilitatem, ex qua fructus in altum ſurgit.

SIMILE



## ¶ SIMILE EST REGNVM Cælorum homini Regi qui fecit nuptias filio ſuo &c. Math. 22.

POST parabolam de patre familias plantante vineam, Saluator hanc propoſuit, cuius Scopus eſt apertius quã in illa, iuſtam Iudęorum perditionem explicare, quia in pręcedentibus oſtendit, a primatibus Iudęorum regnum Dei auferendum, in hac vero, omnem populum & ciuitatem perdendam denuntiat. In illa impietatem Iudæorum, ante aduentum Chriſti, cum Prophetis, & in aduentu cum Chriſto, quem occiderunt declarat; In hac vero, etiam eorum impietatem demonſtrat, poſt paſsionem cum Apoſtolis, quos etiam perſecuti ſunt, in illa regnum Cælorum gentibus tradendum dicit, in hac vero non omnes qui ex gentibus vocandi erunt; ſaluandos fore denuntiat. Quod vero hæc parabola diuerſa ſit ab ea quæ habetur Lucæ 14. ex Lucæ 14. multis patet, nam illa cęna, hoc prandium appellatur, in illa inuitati ſe excuſantes venire neglixerũt, in hac, etiam aliqui miſſos ſeruos occiderunt: in illa vnus ſeruus, in hac multi miſsi ſunt, in illa nemo eorum qui ad cænam admiſsi ſunt, reiectus dicitur, in hoc vero quidã indecore indutus excluſus eſt. Hanc vero parabolam explicare non eſt difficile. Homo iſte Rex Deus eſt pater, qui Rex dicitur, vt intelligamus nuptias non communes ſed regias. Per has nuptias eruditiſsimus vir Cornelius Ianſenius non intelligit coniunctionem filij Dei cum humanitate aut Eccleſia, ſed conuiuium nuptiale, ſcilicet quod ratione huius coniunctionis Deus pater parat, quo homines paſcit ſalutari doctrina, ex varijs Sacramẽtorũ ferculis. Et hoc ita videtur cõmu-

 niter

niter fieri, quia ſic homines ad nuptias inuitari ſolent. Quan
uis hæc tanti viri expoſitio doctiſsima ſit, non tamen alio-
rum expoſitio contemnenda eſt, qui per nuptias ipſam con-
iunctionẽ filij Dei cum humanitate, vel Eccleſia intelligũt
immo hæc expoſitio, & commoditati exẽpli, & ſpirituali in
telligẽtiæ magis quadrat, cõmoditati quidẽ exẽpli, quia ho-
mines gẽtiles ſuos & tribules aut amicos, nõ tã ad cõuiuiũ,
quã ad ipſas nuptias inuitãt, vt ſcilicet matrimonio interſint,
ipſumq. ſua pręſentia probẽt, fælixq. & ſecũdum pręcẽtur,
deinde veluti ex cõſequẽti cõuiuio excipiũtur. Spirituali ve
ro intelligentiæ, quia Iudei, & gẽtes præcipue ad fidem in-
carnationis vocatę ſunt, vt eam credentes, laudent, probent,
& venerẽtur, deinde per fidem ingreſsi homines ſacramẽto
rũ ferculis paſcũtur. Quilibet autẽ vt vellit ſentiat, nõ enim
meũ eſt alicuius expoſitionẽ reijcere, tantũ abeſt, vt doctiſ
ſimi huius & grauiſsimi viri ſententiam ſiggillem. Et quan-
Ephe. 5. uis alias Eccleſia Chriſti ſpõſa dicatur ad Ephe. 5. & Apoc.
21. Et Ioan. 3. Tamen in pręſenti parabola potius nomine
Apo. 21. ſponſæ humanitas intelligitur. Nam cum Eccleſia ex Iudęis
Ioan. 3 & gentibus cõſter, durum videtur, Iudęos & Gentiles ad cõ
iunctionẽ Chriſti cũ Eccleſia vocari, nam qui ad nuptias vo
cantur, nequaquam aut ſponſus, aut ſponſa eſſe ſolẽt. Deinde
vt ſanctiſsimi patres dicunt, Saluator vacando per Apoſto-
los Gentiles, relicta Sinagoga, ſibi Eccleſiã copulauit. Et ita
facilior eſt Cardinalis Gaietani expoſitio, qui ait, tunc has
nuptias cælebratas fuiſſe, cum verbum caro factum. Quanuis
poſsit dici (vt idem Gaietanus addit) coniunxiſſe ſibi naturã
humanam, vt ex ea ſibi ſponſam Eccleſiã copularet, ſcilicet
eiuſdẽ naturæ. Ad has nuptias primo Deus Iudæos vocauit,
inuitatos prius per Prophetas, vocauit vero eos Ioãnes Ba-
ptiſta & Magi, ſed illi neglexerunt. Poſtea poſt mortẽ & re-
ſurrectionem Chriſti, miſit Apoſtolos ad eos vocandos, tũc
enim



enim omnia ad ſalutem neceſſaria parata erant, & in prõptu.
Illi tamẽ nec per Apoſtolos moti, ſed ſęcularibus negotijs im
pliciti, noluerũt adeſſe. Quin potius Apoſtolos cõuitiis affi-
ciebãt & occiderũt Stephanũ, & Iaccobũ fratrẽ Ioannis, &
Iaccobũ fratrem domini, Tunc iratus Deus, miſit ſuos exer
citus, ſcilicet Romanos qui eos internetione deleuerunt,
ſuccẽſa illorũ ciuitate Hieruſalẽ, tũc ait ſeruis ſuis, ideſt tũc
cum audiuit ſeruos ſuos necatos, non autem intelligendum
eſt, poſt ſumptam de Iudeis vltionẽ, nam ante hoc miſſi ſunt
Apoſtoli ad prædicandum gentibus. Dixit igitur vt quoſli-
bet vocarẽt ſcilicet Gentiles, bonos, & malos, quia in Ec-
cleſia omnes permixti erunt, Hæc autem vocatio durabit
quouſq. impleantur nuptiæ diſcumbentibus, ideſt nu-
merus electorum compleatur, quod fiet in fine ſeculi &c.
Illud vero quod dicitur intraſſe ſcilicet regem, vt vide-
ret diſcumbentes dupliciter exponitur. Primo, vt intelli-
gatur de fine ſeculi, tunc enim Deus per filium ſuum fide-
les ſuos viſitabit, a quibus diſtare apparet, vt videat, an
decenter omnes induti tantis nuptijs interſint, an aliqui
ſordido habitu vitiorum eas videantur dehoneſtare. Veſtis
vero nuptialis charitatẽ ſignificat. Quos vero inter fideles
ſine tali veſte nuptiali inueniet, colligatos prius in tenebras
deturbabit per ſeruos ſuos; Nomine enim illius qui excluſus
eſt, quot quot ſine charitatis veſte reperiuntur intelligun-
tur. Hac ergo parabolæ parte, fideles admonẽtur, ne ſibi ſuf
ficere fidem habere exiſtiment, ni eam puris & candidis mori
bus exornẽt, Alio modo explicatur, vt intrare Deus dicatur,
qui veluti foris erat tollerando, cum iudicando ſingulos, eo
rum merita ponderando in morte vnius cuiuſq. diſcutit
& quos ſine charitate inuenit, per ſuos miniſtros in te-
nebras mittit. Vbi Saluator, a parabola ad rem per
parabolam ſignificatam declinat, nam per tenebras
exteriores,

exteriores, inferni tenebras intelligere ſolet, Quomodo ve ro Saluator inferat, Multi ſunt vocati pauci vero electi, cum vnus tantum eiectus dicatur, facile reſpondetur, nam per illum, qui eſt, eiectus ſignificatur, non omnes qui vocati ſunt, ſaluandos fore. Præterea cum illo qui fuit excluſus, coniungendi ſunt illi, qui inuitati noluerunt venire, ſed hęc & alia in ſequentibus latius ęxplicabimus.

## CONCIO.

POSTQVAM Dei bonitati placuit, homini voluntatem concedere, quaveluti regina reliquis potentis imperante, ſuorum actuū dominus cenſeretur: Eo mundum moderamine gubernat, vt quāuis ſtudioſe operātibus adſit, & ab his qui obfirmato ipſum animo offendunt, fauorem ſubtrahat, id efficit abſq. eo quod noſtræ libertati deroget, ne ipſi neceſsitate veluti pecora, ſed generoſe vt homines ſeruiremus. Ea propter ad ſua bona nequaquā nos coactos obtrudit, ſed comiter prius inuitatos, miſsis nuntijs compellat. Sed ea eſt humani arbitrij prauitas, vt Dei delitijs præ caducis mundi bonis contemptis, ſeruorum Dei voces ſolicite vocatium eluſerit: Immo in ipſos nihil tale meritos, opprobrijs prius ſaturatos, ingratiſsime ſimul & crudeliſsime ſeuierit. Quod taliter irā Dei irritauit, vt diſtricto ſuæ iuſtitiæ gladio, in ſacrilegos homicidas, ciuitate eorum ſuccenſa, ſeuere animaduerterit. Et conuiuas alios, per ſeruos prius vocatos, introduxerit. Quibus adhuc iudicio ſuo excribratis, quem non, vt regalium nuptiarum decorum poſtulabat, indutum inuenit, colligatum prius in tenebras deturbauit. Hoc eſt quod propoſita Chriſtus parabola oſtendit, Nam Iudæis qui primo vocati ſunt, propter contumatiam & crudelitatem exploſis: boni

Simile eſt regnū cælorū.



boni ſimul & mali ad Eccleſiam cōuenerūt, ex quibus inde core induti, reiciuntur. Rex iſte Deus eſt ſicut Malach. dicebat ca. 1. Rex magnus ego ſum dicit dominus, & nomen meum honorabile in gentibus: Nuptiæ iſtæ factæ ſunt, cum Chriſtus naturā humanā ſibi coniunxit, vt ex ea ſibi ſpōſam Eccleſiācopularet. In matrimonio cōmunia omnia, cōmunis voluntas, cōmunes filij, cōmunes fortunę, cōmunis conſenſus, cōmunes orationes, ſicut Iacob, orabat pro Rachel. Id eſt quod Ioannes Babtiſta dicebat Io. cap. 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt, amicus autem ſponſi gaudet propter vocem ſponſi. Solus ſponſus eſt, cui ſpōſa in matrimonium collocata eſt. Soli Chriſto Eccleſia iuncta eſt, Ioannes autem erat amicus ſponſi, & lætabatur audiēs vocem ſponſi cum Eccleſia loquentis. Nam dei filius poſita maieſtate formam ſerui accipiens, ſeruam Eccleſiam ſibi copulauit, & cū eā ſeruitutę diaboli depræſſam videret, ſui ſanguinis pręṫio, eam ſibi redemit, & per fidem & dilectionem, eam ſibi coniunxit, vt cum ea communes haberet filios ſpirituales. Cōmunis eſt etiam Chriſti & Eccleſiæ voluntas, cōmunis ſenſus, nihil enim aliud ſentit Eccleſia quam Chriſtus, communis cenſus ſcilicet ſanguis Chriſti: Immo & conſenſus. Cum vero vxores, nominibus virorum appellari ſoleant, vt Maria Salome, & Maria Iacobi, Chriſtus ſuæ vxoris nomine appellatur, Deus Habraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Sed cum homines fęminas pauperes fugere ſoleant, neq. cum eis matrimoniū contrahare velint, eas magis deteſtātur quæ ęre alieno obſtrictæ ſunt, ne maritus debitū ſoluendi, onus aſſumat, ſed Chriſtus non ſolum ſibi pauperē Eccleſiā copulauit, ſed cum ſciret debitis multis, & ęre alieno oppreſſam, ipſe ſoluto prætio liberauit & ſibi coniunxit: Propterea dicebat Paulus ad Ephe: 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro

Mala. 1 Homini Regi qui fecit nuptias &c.

Gene.

Io. 3.

Diſsimile.

Ephe. 5

Ccc ſum pro

ſum pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ
in verbo vitæ, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, nõ ha
bentem maculam aut rugam; ſed vt ſit ſancta & immaculata
Tali namq. amicitiæ amore, quo Chriſtus ſuam ſponſam di-
lexit, deberent viri vxores diligere, tali inquam, non tanto
quia eſſet impoſſibile, Chriſtus enim ad eius debita ſoluen-
dũ in ara crucis, tradidit ſemetipſum pro ea, vt eam ſanctifi-
caret, mundans lauacro baptiſmi in verbo, ſcilicet, in nomine
patris & filij & Spiritus Sancti, & copulauit eam ſibi glorio
ſã, ſine peccati macula, aut ruga fictionis & duplicitatis &c.
Apo. Ioannes Apo. 19. audiuit vocem dicentẽ; Gaudeamus & exul
19. temus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & v
xor illius præparauit ſe, & datum eſt ei, vt cooperiret ſe biſ-
ſino ſplendenti & candido: deinde ait. Beati qui ad cęnam
nuptiarum agni vocati ſunt. Nos fideles effuſe lætari debe-
mus, immo omnes homines, quia venerunt nuptiæ agni, cum
Dei filius carnẽ aſſumpſit, & vxor illius ſcilicet Eccleſia prę
Pſ. parauit ſe Dequa Pſ. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu
de aurato: ſed præcipue biſsino ſplendenti & candido, quo
(vt ait Ioannes) iuſtificationes ſanctorũ intelligũtur, Veſtis
Eccleſiæ, fides eſt ſplẽdẽs & cãdida per charitatẽ, & iſta eſt
iuſtificatio ſanctorũ &c. beati qui ad harũ nuptiarũ cænã vo
cati ſunt. Nã magnũ ad has nuptias cõuiuiũ præparatur, cu-
ius mẽſę panis verbũ Dei eſt, fercula Sacramẽta, quibus fide
Eſa. 25 les paſcũtur. De hoc conuiuio loquitur Eſa. 25. Faciet domi
nus exercituũ omnibus populis in monte hoc conuiuiũ pin
guium, conuiuiũ vindemiæ, Nam menſa hæc non Iudæis ſo
lum, ſed omnibus gentibus paratur, eſt autem pinguium, id
eſt eorum quæ gratiam concedunt, quibus anima repletur,
Pſal. ſicut Pſ. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea &c.
& etiam vindemiæ, quia vinum charitatis propinabitur, illi
ergo beati ſunt, qui ad talem cænam vocati ſunt, ſi tantę Dei
bonitati



bonitati nequaquam ingrati extiterint, ſi autem vocationẽ
abuſi fuerint, non beati ſed infælices iudicandi ſunt. Quales
fuerunt Iudæi qui multo ante inuitati, cum nuptiarũ tempo-
re vocarentur, ire recuſarũt. Nam nuptiale conuiuium ante
aduentũ Chriſti, Deus non aperte parauerat, quia nõ aperte
prædicatum fuerat verbum Dei, nec gratia Euangelica.

PRIMO ergo vocati Iudæi fuerunt, qui prius fuerunt
inuitati vt Petrus dicebat Actuum. 3. Vos ergo Prophetarũ Actuũ.
filij, & promiſsionis quæ ad Abraham facta eſt. Serui miſsi 3.
Ioannes Baptiſta, Magi, immo & ipſe Chriſtus, qui formã ſer Miſit
ui accipiens, Iudæos ante ſuam mortem vocauit. Quibus di- ſeruos
cebat Paulus ad Hebræ. 3. Videte fratres ſancti vocationis vocare
cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolũ, & Põtificẽ cõfeſ- inuita
ſionis noſtrę Ieſũ, qui fidelis eſt ei, qui pręfecit illũ ſicut Mo tos.
ſes. Vbi nota quomodo Paul⁹ hortatur Hebræos, vt verba Hebrę.
Dei recipiãt, aut recepta teneãt, conſiderantes Chriſtũ miſ- 3.
ſum, quaſi Apoſtolũ, qui fideliter munus executus eſt, potius
quam Moſes. Miſit etiam ſeptuaginta duos diſcipulos.
Iudæi vero noluerunt venire ſic Pſ. Noluit benedictionem Pſ.
& elongabitur ab eo, & Chriſtus Io. 10. Loquor vobis & nõ Io. 10.
creditis &c. Poſt Saluatoris vero mortem & reſurrectionẽ,
alios ſeruos miſit, ſcilicet Apoſtolos Spiritu Sãcto plenos,
& cum antea dicerent. Appropinquauit regnum cælorum,
Tunc dicebant Dei voce, Ecce prandium meum paraui, per Ecce
mortem, iam ſacramenta in promptu ſunt, iam peccatorum pran-
remiſsio, quaſi diceret. Multum expenſarum & laboris con dium
ſumpſi, ſunt tauri quibus groſsiores & rudiores veſci po- meum
terunt, & altilia quibus ſubtiliores, & perfectiores veſcen- paraui
tur. Nomine taurorum præcepta intelligo, nomine vero
altilium conſilia, Quaſi dicat Saluator per ſuos ſeruos, iã præ
ter ſacramenta paraui tauros ſcilicet præcepta, & conſilia.
Quod vero tauri præcepta ſignificent patet. Nam cum in


platea

Tauri & altilia. Simile

platea Taurus prouocatur, ſi aliquem torue reſpiciens in ipſum feratur, citiſsime ſcapulas vertens fugit, & calcaribus ſtudet, ſi autem in alios feratur, magnis vocibus & clamoribus preſtrepunt, & voci ferantur. Ita quando pręceptum, aliquem reſpicit, ſcapulas vertit & fugit, nequaquã illud cõplere volens. Si vero alios reſpiciat vociferatur, & illum detractionibus inſequitur. Multi præceptum de dilectione inimicorum laudant, cum ad eos non pertinet, eo quod iniurijs non ſunt laceſsiti, ſed alios incuſant, qui nolunt inimicis iniurias condonare, dicentes. Mirum talem hominem inimicis non parcere, cum Chriſtus pro crucifixoribus orauerit. Similiter qui ęre alieno minime oppreſsi ſunt, in eos inuehuntur, qui debita ſoluere recuſant, & illud præceptum laudant, Nemini quicquam debeatis: Sed ſi ipſi debita contraxerint ſoluere recuſant, & digitum ori imponentes fugiunt. Similiter cum præcepta prælatos reſpiciunt, omnes eos murmurationibus inſequuntur, ſi vero præcepta ſe reſpiciant, terga vertentes fugiunt. Sic dicitur

Eccle. 39. Eccleſiaſtici 39, In mandatis eius epulabuntur. Quia mandata in menſa Dei veluti fercula ſunt. Altilia vero conſilia ſignificant, quibus perfecti, ſuper alios conſurgentes volitant,

Pſal. ſicut dicebat Pſal. Aſſument pennas vt aquilę volabunt. Ad iſta fercula Deus vocat. Quæ quidem Apoſtoli Iudęis pro

Hebrę. 4. ponebant, Sicut Paulus ad Hebre. 4. Quoniã ergo ſupereſt intrare quoſdã in illã requiem, & hi quibus prioribus annuntiatũ eſt, non introierunt propter incredulitatem, iterũ terminat diẽ dicendo. Hodie ſi vocem &c. Quaſi dicat. Cũ quidam tandem ingredi debeant in requiem Dei, & qui primo vocati fuerũt, propter incredulitatẽ, non ingreſsi ſunt, audiẽ

Illi neglexerunt. tes ergo vos vocẽ Dei ad conuiuiũ requiei eius vocãtis, nolite obdurare corda. Sed Iudęi ad mundi ſenſoria cõuerſi immo veritati reſiſtẽtes, irę recuſarunt. Sed prędicatorũ cõſtã-

tiam



tiam obſerua, qui cum a Iudęis illorum verba contemnerentur, non deſtiterunt ipſos adhortari & reprehendere, ſicut Stephanus. O duri & incircunciſi corde, vos ſemper Spiri- Actuũ 6.
tui Sancto reſtitiſtis. Propterea eos contumelijs afficiebant, cũ Apoſtoli gaudentes a concilio reuertebantur, quoniam digni habiti ſunt &c. Tandem Stephanum lapidauerunt, & Reliqui tenuerũt ſeruos eius.
Iacobum fratrem Ioannis peremerunt; & alium Iacobum. Propterea diceb at Saluator. Hieruſalem Hieruſalẽ quę occidis Prophetas &c. Math. 23.
Et hoc Iudęorum facinus acriter iram Dei excitauit. Nam ſi legatos a quouis regum miſſos ad res componendas, contra ius inhumane violare, nephas iudicatur, quo ſupplicio nepharij homines digni ſunt, qui Dei legatos ad conuiuium eos vocantes, contumelia afficere & occidere audent? Similitudo.
Hoc eſt quod Iudæis exitij cauſa fuit, quia in Dei legatos, nihil tale meritos, inſana, & barbara crudelitate ſæuierunt. Ea propter ira Dei in illos conuerſa, exercitus comparauit, quos nequaquam Deo defuturos exiſtimandũ eſt, prauis enim hominibus Deus vtitur, ad alios prauos etiam puniendos. Sic Iudæos primo per Nabucodonoſor, & Miſsis exercitibus ſuis.
Nabucodonoſor per Perſas puniuit. Peſtes etiam, & terremotus immittit, quæ velut Dei exercitus iudicanda ſunt. Sic Titum & Veſpaſianum contra Hieroſolimitas exciuit, qui eos vſq. ad internetionem deleuerunt & ciuitatem igni ſuccenderunt. Sic Paulus 2. The. 1, Iuſtum eſt apud Deum retri 2. The. 1.
buere retributionem his qui vos tribulant. Et Apo. 19. Ioannes audiuit vocem dicentiũ. Apoc. 19.
Laus & gloria Deo noſtro, quia vera ſunt iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum, & fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Meretrix iſta Synagoga eſt, cuius capita Hieroſolimam habitabant, quæ veluti Babilon plena erat confuſione, quæ etiam fornicata eſt a Deo, & ſuis falſis legis

 inter

interpretationibus terram corrupit, iuſte ergo Deus eam ſupplicio affecit, et ſanctorum ſuorum quos miſit, & in ea occiſi ſunt ſanguinem vindicauit, fumus vero ignis eius quo conflagrauit, aſcendit in ſecula ſeculorum. Ecce qualiter Deus homicidas perdidit, ſolus enim Deus ad perdendũ iudicare poteſt. Homines ſiue iuſte, ſiue iniuſte iudicent, totaliter perdere non poſſunt. Si enim iniuſte puniant, illorum rabies (ſi patienter feratur) in præmium cedit, ſi vero iuſte ad correctionem ordinari debet, quia iudex medicus eſt, Medicus autem iudex eſt, non gladius. Propterea
Pſal. Dauid. Peruenit manſuetudo & corripiemur & Pſal. Percutiã (ſcilicet in hac vita) & ego ſanabo. Iudex medicus non carnifex. Deus autem quoſdam totaliter perdit. Sic dicebat per Eſa. cap. 10. Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe Eſa.10.
eſt, in manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittã eum, contra populum furoris mei mandabo illi, ipſe vero non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimauit, ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internetionem. Prauis (vt diximus) hominibus Deus vtitur ad alios puniendos, propterea vocat Aſſur virgam furoris ſui, quem ad fallaces Phariſeos miſit, & ad eos qui ipſos imitantur mittet etiam, ſed exercitus Aſſur, nõ erit ad arbitrandum pænam, pro eorum correctione, ſed conteret, & diſperdet propter cordis duritiam.

SED quanuis incredulis a nuptiarum conuiuio exploſi ſint, ea eſt patris cæleſtis bonitas, vt non propterea
Rõ.11. conuiuium celebrari nolit, quia vt Paulus ait ad Ro. 11. Sine penitentia ſunt dona Dei, & firmiſsima. Propterea gentes vocari iuſsit, ex quibus quaſi ex duriſsimis lapidibus
Actu.13 filios Habraæ excitauit. Sicut Paulus dicebat actuũ 13. Vobis oportebat primo prędicare verbum Dei, ſed quia reijcitis illud, & indignos vos facitis ęternę vitæ, conuertimur ad gẽtes.



tes. Ioſeph cum ſe ab hæra ſolicitari nõ ferret, quæ iniectis manib⁹ ad flagitiũ cogere nitebatur, relicto pallio quo ab ea tenebatur, aufugit. Sinagoga Chriſtum adultere complectebatur, ipſum hominem reputans, qui Deus erat, ſed Saluator incredulam cum pallio deſerens, ad gentes proſilijt. Pallium reliquit, ſcilicet literæ corticem, quam illi ita mordicus arripuere, vt ſpiritum viuificantem, numquam attingant. Ita Eſa 9. Verbum miſit dominus in Iacob, & cecidit in Iſrael, prius enim ad Iudæos, qui primo inuitati fuerãt Chriſtus miſſus eſt, ſed hoc verbum cecidit in Iſrael quia Gẽtilitas Deũ per fidem vidit, quem Sinagoga cęcutiens videre noluit. Sed quia Gentiles diuerſis errorum maculis deturpati erant, propterea citra delectum Deus vocare pręcipit. Ite ad exitus viarum & quoſcunq. inueneritis vocate, ſcilicet inquacunq. erroris, vel peccati via inuenti fuerint. Dicebat Iocob Socero ſuo Omne maculoſum aut varium aut fuluũ meum erit, ita Gentiles tot erroribus, tot ſectis & peccatorũ maculis impliciti hęreditas Chriſti fuerũt. Sic dicitur Pro. 1. Sapientia foris prędicat in plateis, & in foribus platearum, & in capite turbarum clamat in foribus portarum. Vſq. quo paruuli &c. Hoc eſt ite ad exitus viarum. Et ita boni & mali intrarunt quia inter Gentiles quidam moraliter boni erant, quidam mali. Sed potius (vt Gregorius exponit) quia in Eccleſia boni ſunt & mali, aduerſus noſtri temporis nouatores, qui dicunt, Eccleſiam ex ſolis bonis cõſtare. In quo, ſicut & in alijs, eos manifeſtiſsime a veritate exorbitare conſtat. Si enim boni ſoli & prædeſtinati ad Eccleſiam pertinerẽt, Eccleſia non eſſet viſibilis, quia nequaquam bonos & prędeſtinatos intelligimus, immo nec nos ipſos an pręmio vel pęna digni ſimus cognoſcimus. Quod vero boni & mali ad Eccleſiã pertineãt manifeſtum eſt, Comparatur enim reti ex omni genere piſcium congreganti, ex qua mali poſtea eijcientur.

Ite ad exitus viarũ & quoſcunq. inueneritis vocate

Gregorius.

Matt. 23. centur. Comparatur etiam decem virginibus, ex quibus
quinq. erant fatuæ, & quinq. prudentes, Comparatur agro in
Mat. 25 quo ſimul frumentum et zizania ſeminata ſunt. Compara-
Mat. 13 tur a Paulo magnæ domui, in qua ſunt vaſa in honorem, &
vaſa in contumeliam. Si boni & mali in Eccleſia non ſunt,
quomodo quotidie ad ſacramentum pęnitentiæ recurrere
nos Chriſtus docuit & fratres noſtros corrigere? Sed ſuum
illi errorem probant, quia Eccleſia a Paulo comparatur cor
pori ex multis membris conſtanti, cuius caput Chriſtus eſt,
quomodo ergo iſtius corporis membra ſunt, quæ neq. vitã
neq. influxum a capite percipiunt? Iſta ſunt impietatis arma,
ſed ea facile retũdimus: Duplex vita eſt, altera fidei, qua om
nia membra Chriſto iunguntur, & eam a Saluatore noſtro,
quaſi a capite per eius influxum participant. Alia eſt vita
gratiæ & charitatis, qua ſoli iuſti viuunt, multos vero in Ec
cleſia ſine Charitate eſſe manifeſtum eſt, & ita omnes fide
quidem ſtant, quaſi rami in trunco, & membra in corpore,
non tamen omnes charitatem habent. Cum vero nuptiæ in
fine ſeculi impletæ fuerint, cognoſcẽtur. Tandiu enim Deus
ad nuptias vocabit per ſeruos, quouſq. compleantur. Vbi bo
nitatem Dei ſpectare licet, qui non ſolum prioribus explo-
ſis & perditis, alios introducit, ſed tot vocat quouſq. iuſtus
conuiuarum numerus ſit; Immo cęleſtes æpulas quantum ad
corpora remoratur, & vindictam etiam de peruerſis. Vt
Apo. 6. Apo. 6. Vbi ait ſpiritus. Expectate modicũ tempus, quouſq.
2. Co. 5. compleantur conſerui &c, Sic Paulus 2. Co. 5. Nã & in hoc
ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cælo eſt, ſu-
perindui cupientes, ſi tamen veſtiti & non nudi inueniamur.

Intrauit au tẽ Rex. DEVS enim completo ęlectorum numero conuiuas Ec
cleſiæ intuebitur, (immo antequam compleatur in vnius cu
iuſq. morte) & quos nudos inuenerit vel indecenter orna-
tos



tos acriter puniet. Iſtius vero hominis nomine qui incompo
ſitus & minime ornatus (vt decebat) inuentus eſt, omnes
illi intelliguntur, qui fide quidem Chriſto coniuncti
ſunt in Eccleſia, ſed ſine charitate. Nam charitas quę totius
perfectionis ſumma eſt, rite per veſtimentum ſignificatur,
quia ſicut veſtis eſt corporis ornamentũ, ita charitas animæ. Simile
Sicut Iob 9. Iuſtitia indutus ſum & veſtiui me ſicut veſtimẽ Iob. 9.
to. Iuſtitia generalis eſt virtus, quæ charitatẽ cum reliquis
virtutibus ſignificat, ea homo ornatur ſicut veſtimento. Sic
Eccleſiaſtici 27. dicitur Si ſequeris iuſtitiam, apprehendes Eccle. 27.
illam, & indues quaſi podere honeſtatis, Studioſus enim iuſti
tia induitur, quaſi podere ſcilicet veſte longa, quæ totum
corpus tegit, ita iuſtitia & charitate totum corpus ornamus,
quia charitas virtutes continet, modeſtiam pro oculis, ſilen
tium ad os, pænitentiam pro corpore, diligentiam ad ex-
citandum pedes, laborem ad exercendas manus. Et ſicut ho
mo diues plures habet reconditas veſtes, quibus diuerſis Simile
diebus vtitur, ita charitas ſeu iuſtitia, omnes virtutes recon-
ditas habet: Ita Pſ. Mirra, & gutta, & caſsia a veſtimẽtis tuis Pſal.
pænitentia, oratio, & mortificatio decidunt a veſtimentis,
animæ. Et cum omnes virtutes habeat, diuerſis temporibus,
vtitur actibus earũ. Nõ ſemper ieiunat, ſed ſemper eſt abſti
nens, non ſemper patitur ſed ſemper habet virtutem pa-
tientiæ, non ſemper loquitur, & ſemper habet virtutem
affabilitatis, eſt mirabilis varietas veſtimentorum animæ,
Et ſicut fęmina, non emit ſemper veſtes, ſed vtitur his quas Simile
habet, ita anima charitate præſtans, non acquirit nouas vir-
tutes, ſed vtitur eis quas habet in præparatione animi;
hæc eſt varietas, qua regina anima, cum a dextris Dei ſtat Pſal.
circundatur. Veſtes calefaciunt, ſic charitas, ita Pro. vl- Pro.
timo. Non timebit a frigoribus niuis, omnes enim do-
meſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Veſtes protegunt

 nos,

protegunt nos, ita virtutes eos qui eas habent cuſtodiunt &
1.Pe.2. ſecuros reddunt ſic 1.Pe.2. Quis eſt, qui vobis noceat, ſi bo-
ni emulatores fueritis. Ionatas dedit Dauid veſtes ſuas vſq.
ad baltheum, quando conglutinata eſt anima eius cum eo,
Ita quando per charitatem Chriſto coniungimur dat no-
bis veſtes. Dauid non bene indutus erat, ideo indutus eſt a
Ionata veſtibus regalibus, ſic nos Chriſtus nuptialibus veſti
bus induit. Similiter de peccatoribus dicendum eſt, nam pec
Pſal. cata veſtes ſunt peccatricis animę. Sic Pſal. Induit maledic-
tionem ſicut veſtimentum, maledictionem ſcilicet peccati.
Eſa.9. Sic etiam Eſa.9, Veſtimentum mixtum ſanguine, erit in com
buſtionem, ſanguis peccatum ſignificat, veſtimentum ergo
mixtum ſanguine, opus peccati eſt, quod Deus ignę ſuæ Iuſti
Pſal. tię comburet. Sic Dauid de prauo homine dicebat. Induatur
ſicut diploide confuſione ſua, Prauus enim homo, peccatis
veluti veſte duplici, induitur, quæ confuſionem ipſi cauſa-
bunt, ſicut iſti de quo loquitur Euangelium, quem Deus co
ram omnibus confundit, quia ſordidis veſtibus, & non ſi-
cut regalium nuptiarum decorum poſtulabat, indutus e-
Amice quo modo. rat. Cui Rex. Amice &c, Amicum Deus vocat, cui protinus
inimici opera impendet. Videtur Deus ipſum irridere, ſed
non mirum quia dicitur Pro.1. Ego quoq. interitu veſtro ri-
Pro.1. debo. Nōne eſſet ridiculus qui nobilibus matronis ad cho-
Simile reas conuenientibus (vt aſſolet) Ruſticus quiſpiam ſordidiſ-
ſimas indutus veſtes, eis ſe ad confabulandum miſceret? Ita
irridēdi profecto eſſent, qui tot ſanctis, & a Deo electis viris
cōiūgerētur aut cōiungi pręſumerent. Si ad altare ante recō
ciliationem cū fratre, Saluator accedere vetat, cuius audacię
eſt, corā Deo & ſanctis ſine charitate apparere? Paulus arde
bat, Petrus plus alijs amabat, Ioannes erat dilectus, Lauren
tius aſſatus per charitatem intus. Virgines vitæ diſpendium
amore Chriſti paſſę ſunt, Cōfeſſores amore Dei & proximi
conſla-



conflagrabant, & homo coram Deo ſine charitate appare-
re audebit? propterea dicebat Hiere.10. Vana ſunt & opus ri Hiere.
ſu dignum, in tempore viſitationis ſuæ peribunt: Prauorum 10.
hominum opera vaniſſima, & irridenda apparebunt, cum
ea Deus iudicans viſitabit. Iſta vero interrogatio, in eo eſſe
poteſt, in quo eſt admiratio, Quanuis id dixerit, ad arguen-
dum peccatorem, quaſi præſumentem, quod pannoſus domū
conuiuij ingredi auſus ſit, Confuſus vero nec hiſcere audet,
ſed obmutuit. Sic Eſa.38. Quid dicam aut quid reſpondebo Eſa.38.
tibi, cum ipſe fecerim? Quid enim miſer peccator reſ-
pondere poteſt, cui Deus ob oculos tot annorum ſcelera po-
nit, quæ velut veſtimentum ſordidum, ipſum dehoneſtant?
ad quem confugiet? Sic Eſa.10. Ad cuius confugieris auxiliū, Eſa.10.
& vbi derelinquetis gloriam veſtram, ne incuruemini ſub
vinculo, & cum interfectis cadatis? Quaſi dicat. Cum a Deo
quaſi comprehenſi cum furto, ante ſuum tribunal iudicabimi
ni, ſordidis vitiorum veſtibus induti, ad cuius confugietis
auxiliū, ne Dei ſentētię vinculis cōſtringamini, & cadatis in
infernū, cum a Dæmone peccati gladio interfectis? aut vbi
derelinquetis mūdanā gloriā, qua tumidiſsime incedebatis?
Ideo idē Eſa.3. Auferet dominus ornamentū tuū, & erit pro Eſa.3.
ſuaui odore fætor, pro zona funiculus. Ecce vbi deponūt glo
riā miſeri peccatores, tollit dominus ornamentū, & pro ſua-
ui odore fętor eſt illis, & pro zona deaurata funiculus, quo cō
ſtringūtur. Sicut dicitur Pro.5. Funiculis peccatorū ſuorum Pro.5.
conſtringetur. Ligantur autem peccatoris manus, & pedes, Ligatis
quia iā amplius mereri operādo nō poteſt: hic manus habet mani-
ad operādū, & pedes ad ambulādū in via Dei, ſed tūc cōſtrin bus &
gūtur. Sic Pſ. Pluet ſuper peccatores laqueos &c. Mittitur ve pedib.
ro in tenebras exteriores, qui interioribus tot annis excecat° Pſal.
vixit, vbi flet° propter ignē, & dētiū ſtridor erit, propter fri
gus. Sic dicitur Sapi.17. Vinculis tenebrarū, & longe noctis Sapi.17.

 cum-

compediti incluſi ſubtectis perpetuæ prouidentiæ iacue-
Multi ſunt vocati. runt, Quia multi ſunt vocati &c. Videtur hoc parabolę mi
nime quadrare, cum vnus ſolus excluſus dicatur, ſed per hoc
ſignificatur non omnes vocatos ſaluandos eſſe. Et etiam cū
eo qui eiectus fuit, oportet coniungere, eos qui vocati veni
re recuſarunt, quia hæc concluſio refertur ad totam parabo-
lę narrationem, cum ergo ex inuitatis & vocatis, multi ex-
cluſi ſint, & ex his qui ingreſsi ſunt, etiam aliqui reijciantur,
vera eſt Saluatoris ſententia, multos ſcilicet vocatos, reſpe-
ctu ælectorum, qui pauci remanſerunt, reſpectu illorum qui
venire recuſarunt, & cum his qui ingreſsi reiecti ſunt. Curā
dum ergo nobis eſt, qui ad nuptias vocati ſumus per fidem,
2.Pe.1. & recepti, vt ſicut 2. P. 1. dicitur per bona opera, quæ ex
charitate procedunt, certam noſtram vocationem fa-
ciamus.

## ¶ SIMILE EST REGNVM cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere, cum ſeruis ſuis. Matth. 18.

CVM Chriſtus interrogatus a Petro; num ſuffi-
ceret fratri ſepties iniurias remittere? non ſep-
ties, ſed ſeptuagies ſepties proximis iniurias condonan-
dos reſpondiſſet, ne exiſtimaret Petrus hoc conſilium
eſſe, non præceptum, Parabolam hanc propoſuit, cuius Sco-
pus eſt, edicere cunctis, debere eos proximis iniurias remit-
tere, nam cum cæleſtis pater miſericors, ſupraquam credi
poteſt ſit, ſeueriſsime tamen in eos animaduertit, qui duri
ſunt, ad iniurias proximis condonandas. Sed antequam para
bolæ,



bolæ, ſpiritualē intelligentiam proſequamur. Aliqua notā-
da ſunt. Imprimis quid ſit Talentum, quod quidem valebat
ſexaginta libras argenti, quælibet autem libra, argenteos
centum. Cum ergo argenteæ dragmæ centum, decem ſcuta
efficiant, quodlibet talentum, ſexcenta ſcuta continebat, &
decem millia talenta, vities trecēta ſcutorum argentorū mil
lia erant, ideſt ſecties decies cētena millia, vulgo ſeys millo
nes. Aliud vero talentum erat maius quod octuaginta li-
bras valebat, & ita ſecundum præfatū computum, quodli-
bet talentū, octingenta ſcuta argentea continebat, Deniq. de
cem millia talēta, octies decies cæntena ſcutorū millia erant,
vulgo ocho millones, Denarius vero dragma erat argentea,
quæ vnius diei laboribus, reſpondebat, & ita centum dena-
rij, decem ſcuta erant. Et quanuis hactenus huiuſmodi nu-
meros & menſuras computare non curauerim, in cauſa ex-
titit quod parum ad parabolarum interprætationem con-
ducere videbantur, ſicut quid ſit Satū, quid Chorus, quid Ca
dos, ſufficit enim ſcire, Satum certum menſure genus ſignifi-
care, quātū vero caperet parum refert, ęque enim parabolæ
ſenſus conſtabit, ſi tres modios caperet, acſi quatuor, idipſum
de alijs dicēdū. In pręſentiarū vero diſpar eſt ratio, oportet
enim ad ſpiritualem intelligentiam noſſe, decem millia ta
lenta, ad quam ſummam pertingunt, & etiam quæ ſumma
ſint centū denarij, haud enim occulte Saluator inſinuare vo
luit, quam ſit diſpar debitum, quod nos Deo debemus, ab
eo, quod nobis proximi debent, quid enim ſunt decem ſcu-
ta; ſi ad octies decies centena millia refferantur? ita nulla
eſt proportio, inter ea quæ nobis proximi debent, & quæ
nos Deo debemus. Ex quibus patet, quam ſit Deus miſeri-
cors, & erga nos beneficus, qui inexplicabile nobis debi-
tum remittit, quamque nos ingrati, qui nec minima fratri-
bus condonamus. Illud etiam quod in parabula dicitur,

iuſsit eum dominus venundari, & vxorem eius & filios: dupliciter exponitur. Cardinalis Gaietanus, ait non eſſe mirandum hoc regis præceptum, quaſi crudele, refertur enim ſicut antiquitus fiebat. Tunc enim iuſtitiæ ſeueritas, filios pro debitis parentum vendere compellebat, ſicut patet in vidua illa que Eliſæo dicebat, creditorem ſuos filios vendere voluiſſe 4. Reg. & 4. Alij vero dicunt, ad terrorem potius iſta eſſe dicta, quam quod ſic fieret, non enim veriſsimile eſt in populo Dei, barbarorum more filios vendi, & ſecundum hanc ſententiam, non oportet anxios eſſe ad inueſtigandum quid ſit vendere vxorem & filios ſpiritualiter, neq. enim (vt ſuperius annotauimus) neceſſario omnes parabolæ partes ſunt applicandę. Quanuis nos hic in concione, quid per vxorem & filios poſsit intelligi, ſpiritualiter explicauerimus. Si cui vero non placuerit aliter interpretetur, & nos pedibus in eius ſententiam ibimus. Hæc igitur parabola (vt ad inſtitutū reuertamur) quia non multas patitur expoſitiones, facile declaratur. Regni cælorum nomine Eccleſia ſecundum præſentem ſtatum, & futurum ſignificatur, quaſi dicat Saluator. Tale aliquid accidit in regno cælorum, ſcilicet Eccleſia pro vtroque ſtatu, quale ſi Rex quiſpiam rationem vellit, a ſuis ſeruis exigere. Cū vero Chriſtus qui per Regem intelligitur, rationem a nobis exigit, debitores nos reperit grauiſsimę quantitatis, grauitas enim mortalis peccati, non ſatis illa ſumma exaggeratur, neque nos ſine Dei gratia habemus, vnde reddere poſsimus, cum tamen ſi lacrymis & ex corde indolentes petamus indulgentiam, Deus ſua regali munificentia facile condonat. In his autem quæ ſecuntur hominum ingratitudo & peruerſitas declaratur, in multis. Primo quia ſtatim a conſpectu Dei quandoque egreſsi contra proximos excādeſcūt, deinde quia gratia minutiſsimi debiti, Poſtea



tea quia nōn ſolum non remittunt, ſed crūdeliſsime debitores pertractant, quos Deus iuſtiſsime ita ſeuere punit, ſed iſta & quę ſequuntur late in concione declarabimus, quomodo ſcilicet Deus iterum debitum requirat & quoties.

## CONCIO.

SI homines qui vt parum liberales, minimā præſtare ſolent, ingratos taliter deteſtantur, vt probris ipſos & contumelijs inſectentur, ſicut pulchre poeta Ethnicus dicebat. Omnia probra in illum congere quē ingratum inueneris: Et alter inter græcos inſignis, ingratū vaſculo perforato comparabat a quo lignores effluunt. Qui incomparabilibus a Deo acceptis beneficijs, agreſti ruſticiate ingrati ſunt, non modo maioris dedecoris digni ſunt, ſed quod in eos ſaxa conſurgerent, mererentur. Propterea Bernardus, in inferno ingratos ſolummodo crutiari dice- Bernardus.
bat; Quia omnia illorum peccata, ingratitudini coniuncta grauiora ſunt. Ita Samuel Saulis regis peccatum grauius 1. Re.
eſſe oſtendebat, quia in autorem ſuæ fælicitatis, ingra- 15.
tus & inobediens extitiſſet, Natan Dauidis peccatum exag 2. Re.
gerabat, quod eum a quo tot beneficijs donatus eſſet, offen- 12.
diſſet. Ita etiam antequam Saluator, colonos illos quibus vi Matth.
neam locauerat, ſupplicio dignos, vel ipſorum ſententia oſtē 21.
deret, officia vineæ collata, prius commemorauit. Simile quoddam Saluator ſummæ ingratitudinis exemplum propoſita parabola depingit, in ſeruo, qui ſumma talētorū decē millium, quam debebat donatus, egreſſus centum denariorū ergo cōſeruū ſuffocabat. Quo exēplo Chriſtus nos ad injurias condonandum hortatur, indulgentiam, & Iobeleū pleniſsimū, his qui remiſeriat iniurias promittēs. E cōtra vero animo efferatos qui vindictā ſitiūt, cū tot debita in dies ſibi a Deo

Simile eſt reg nũ cœlorum homini Regi qui voluit rationẽ &c. a Deo remitantur, crudeliſsimis tortoribus exquiſitiſsimis tormẽtis excruciãdos traditurũ,minatur. Rex iſte Saluator eſt,qui natus Rex a magis appellat'eſt,& puerorũ etiã acclamationibus,viuẽs,& in morte a Pilato Rex dictus. Talis vero Saluator rex eſt, qui omnes familiares ſuos, aulicos, & clientes reges facit. Quia ſeruire Deo regnare eſt,& Apo.5. Feciſti nos Deo noſtro regnum,& regnauimus &c.

Apo.5. Diſsimile. NVLLVS rex in mundo a ſeruis per ſe ipſum rationem exigit,ſed habet deputatos quoſdam numeratores, qui ab alijs rationem exigunt,ſcilicet ſuperiores ab inferioribus, & tantum ſumma ad regem defertur.Sed Christus ipſe aminimis etiam quibuſuis hominibus,& a magnis, rationem exigit: Quia oportet vt per illum ratio bonorum exigatur,per quem donata ſunt,& quia nobis a Deo cuncta per Chriſtum donata ſunt, ideo ipſe rationem petet. Quia vt vulgo dicitur per quam manumıres conceſſę ſunt,per eam compotus exigetur. Per Chriſtum autem habemus reconciliationem &. Deu.32 bona cuncta, per eum etiam ratio exigetur. Sic Deut. 32. Si arripuerit iudicium manus mea,reddam vltionem hoſtibus meis &c. Ecce qualis erit peccatorum confuſio, quia ei quem tot flagitijs,blaſphemijs,adulterijs,offenderunt,rationem reddent. Qualis erit illorum confuſio, qui tot delitijs ſe oblectarunt,cum illi rationem reddent, qui tot incommoda pro eis ſuſtinuit,taliaq. pro eis tormenta paſſus eſt?Sic di-Eſa.57. cebat per Eſa.57. Vos autem accedite huc filij auguratricis, ſemen adulteræ,ſuper quem luſiſtis? ſuperquẽ dilataſtis os? Quaſi dicat. Ego ſum ſuperquem quaſi ludentes, tot annis vixiſtis. Ego ſum ſuper quem dilataſtis os blaſphemantes. Si iſta homines conſiderarent, temperarent profecto a vitijs.

Diſsi- Præterea nullus rex terrenus, in principio computi, ſeruos debitores deprehendit,ſed in fine. Saluator in ipſo exigendæ rationis initio,debitores deprehendit, immo ante compotum.



potũm. Ideo ipſe dicebat Hiere.17. Ego ſum iudex & teſtis, Hiere. 17. & etiam Hiere.7. Ego ego ſum,ego vidi, dicit dominus. Sic Hiere. 7. igitur incipiens rationem ponere debitores deprędendit. Rationem vero Saluator exigere incipit, cum nobis in hac vita, iudicij & inferni timorem incutiẽs ad cor reddire facit. Anteactæ vero vitæ hiſtoriam, ad memoriam reuocantes, decem millia talentorũ, & amplius,nos Deo debere certum eſt, Neq. enim debitum quod nos peccantes cõtrahimus,ſatis hac ſumma exaggeratur (quãuis ſexcies decies cẽtena ſcutorũ millia attingat) vnũ enim lætale peccatũ huic ſũmę in infinitũ præponderat. Zacharias cap. 5. Vidit mulierem in amphora,in cuius ore talentum plumbi miſſum eſt. Impietas enim in corde terreni hominis, maſſam habet plumbi ſcilicet pondus peccati,quod grauiſsimum eſt,& omnia mundi pondera in infinitum exuperat. Qui ergo tot peccatis commiſsis, Deo debitores ſunt, quomodo debita ipſi ſoluent? Id eſt quod Chriſtus dicebat Lucę 7. Non habentibus illis vndę redderent donauit &c. Et vt alias theologorũ rationes ommittã, hac ſolũmodo ratione oſtẽdã,nequaquã nos Deo reddere poſſe,quod debemus. Nã Chriſto totã vitã debemus,duplici cauſa, quia ipſe nobis eã conceſsit, & quia pro ea ſuã ipſe vitã dedit. Sic Bernardus. Debes Chriſto totã vitã tuam,quia ipſe pro te,ſuam poſuit. Temporis ergo quod peccãdo cõſumpſimus, debitores ſumus, & quãuis ad ęqualẽ gratiam & maiorem cõſurgere poſsimus, illud tẽpus irreparabile eſt. Et ſi dicas. Reſiduo vitę tẽpore, Deo obſequi procurabo, ſed ipſum ętiam temporis reſiduũ vitę tuę Chriſto debes,ſi ergo infinitũ quaſi debitum, quod ex peccati turpitudine procedit tempori iungat, quonam obſecro pacto ſoluere peccator poteſt? Qui nõ vno ſed multis annis,grauiſsimis flagitijs Deum irritare nõ ceſſant, cum ab eis ante Dei conſpectum debitum expoſcetur quomodo

Ablatus eſt ei vn' &c. — Zacha 3 — Luc.7 — Bernardus.

Eee reddent?

reddent? Qui luxurijs,& compotationibus,& vindicãdis ini
micorum iniurijs,alea,vſuris,tot prætioſsiſsimi theſauri,quē
mutuo acceperant partes,ſcilicet tēporis cōſumpſerunt , cū
ab eis exigetur,quomodo ſoluere poterūt? Vt omittam pec
cati deformitatem, quæ Chriſti ſeruatoris ſanguine ſolum,
per Sacramentū mundari poteſt . Ecce quomodo peccator
Iuſsit non habet vnde debitum reddat.Quod vero Rex ipſum ve
eū do numdari cum vxore & filijs iuſſerit,mirum eſt. Quid enim
min⁹ vxor & filij merentur? Mulieres multæ, ita maritos ſuos ad
venū- peccatum alliciunt,vt iure cum ipſis venundari mereantur,
dari vt quæ ſimul cum maritis peccatorum debita contrahunt,
&c. ſimul etiam cum ipſis puniantur. Aaron cum abſente Moſe
Exo. a populo pene compelleretur,vt Deū illis concederet, irri-
32. tatem multitudinem , & acriter in ſe concitatam cernens,
illorumq. auaritiam cognoſcens , vt chariſsimarum rerum
amore , ceptis deſiſterent , aurum ab eis , & argentum po-
poſcit: Dictu mirum, ad eo alacriter populus vaſa aurea, &
argentea,& fæminę annulos,torques, monilia, inaures , ad
conflandum Idolum contulerunt , vt nihil chariſsimarum
rerum iactura mouerentur . Sic etiam quotidie vſu venire
videmus, pleraſq. vxores viris ſuis,ad vindicandas iniurias,
vel ad Dei offenſam,aurum argentum , vniones , & prætio-
ſa quæq. conferre , cum alioquim ad eleemoſynas largien-
das,vel ad aliquod bonum opus , pecuniæ tenaciſsimæ ſint.
Et ita collatis omnibus viros ſuos ad Dei offenſam alliciūt:
Nonne obſecro tales ſimul cum viris venūdari mererētur?
Gene Eua quæ maritum ad vetitæ arboris pomum comedendum
3. allexit,nonnecum viro venundari mereretur? pro quo delic
Iudi. to Saluator triginta argenteis venundatus eſt ? Dalila quæ
16. Sanſonem capillicio prius abraſo,imbecillem factum hoſti-
3.Re.11 bus prodidit: Mulieres quæ Salomonem iam ſenē deprauā-
3.Re. tum prius,ad idololatriā vſq. compulerunt. Ieſabel quæ ma
21. ritum



ritūm ad Naboth occidendum epiſtolis maligne confictis,&
gemma Regis obſignatis impulit. Herodias quæ meritricio Marci
filiæ ſuæ tripudio, Herodē ad beatiſsimū Baptiſtā decapitā-
dū pepullit,& aliæ id genus mulieres innumere , non ne cū
ſuis viris venūdari iure mererentur? Nō mirū ergo quod v-
xorē ſimul cū filijs venūdari iuſſerit. Quāuis hoc ad terrorē
dici poti⁹ (vt Chriſoſtomus ait) quā vt ita fieret intelligēdū Chry.
eſt. Nō enim veriſsimile eſt pro virorū debitis barbara cru-
delitate, in populo Dei vxores, cum filijs venditari . E ideo
alij miſtice exponunt . Deus enim voluntate anteceden-
te iubet intellectū,& voluntatem,concupiſcibilem,& iraſci
bilem venūdari hominū flagitijs expetentibus. Venditur in-
tellectus,cum propter peccatum, nec ſe nec alias potentias,
rite regit cum ſit velut oculus. Ita Eſa. Quis cæcus niſi qui ve Eſa.
nundatus eſt? Volūtas etiā vēditur quia per peccatū depra-
uatur. Vel aliter exponitur, Quia homo & eius potētiæ vē-
dūtur proprijs deſiderijs,Sic Dauid. Tradidit eos in deſide- Pſal.
ria cordis eorū. Sic Eſa. 50, Ecce in peccatis veſtris venūdati Eſa. 50.
eſtis,& in ſceleribus veſtris dimiſi vos. Et Paulus ad Ro. 7. Rō. 7.
Scimus autē,quod lex ſpiritualis eſt,ego autē carnalis homo
venūdatis ſub peccato &c. Et 3. Re. 22. Dixit Helias ad Acab. 3. Re.
Inueni te inimicū,eo quod venūdat⁹ es, vt faceres malū , ideo 22.
inducā ſuper te mala: propter quę verba territus Acab humi
liatus eſt ſcindens veſtimenta , & indutus ſacco coopertus
eſt cilicis,propter quod dixit Deus Helię . Vides Acab hu-
miliatū corā me? ideo nō inducā mala &c. Vides quā cito De⁹
propter inexhauſtę miſericordię ſuę theſauro viſa,peccato-
ris humilitate,& pęnitētia parcit, Neq. aliud a nobis exigit,
Sic Eſa. 60, Gratis venūdati eſtis,& ſine argēto redimemini, Eſa. 60
Quaſi dicat. Gratis vos peccato ſubdidiſtis & ſine argēto ſola
humilitate,& pęnitētia,& dimiſsione capitis ſublata ſuperbia
redimemini . Sicut ſeruus iſte qui procidēs,dicebat patiētiā

 habe-

Pacientiā habe in me. habe in me & omnia reddam tibi. Nil aliud Prodigus dixit. Idipſum Dauid. Peccaui &c. Nihil non promittunt, & intendunt vere contriti, omnia peccata deteſtantur, & ſicut quolibet peccato, a Deo abſtracti ſunt, quodlibet etiā peccatū deflent, nō quidē pluribus cōtritionibus ſed vna, Sic Ezechias recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ Eſa. meæ. Cui cū Eſaias denuntiaret mortem, vt res ſuas componeret, conuerſus ad parietē lacrymatus eſt, quibus Deus motus, quindecim annos induciarū cōceſsit, & inſuper quod inimicos deuinceret promiſit, Similiter ſicut Deus mortē, infernum & tormenta immiſſurum minetur, debita ob oculos ponens, conuertatur ad anteactæ vitæ peccata, quæ velut paries eum a Deo ſeparabant, & dolens ex corde veniam deprecetur, & Deus non ſolum tempus, ſed victoriam contra Diabolum concedet, ſicut huic ſeruo, qui non ſolum tempus quod ipſe expoſcebat conceſsit, ſed totum ipſi debitum remiſit. Taliter enim homines ex animo indolere poſſunt, vt omnium peccatorum indulgentiam conſequantur. Ecce igitur, quam Deus ſit miſericors, & ad condonandum peccata facilis: qui ſeruo non temporis ſolum dilationem, ſed totum remiſit debitum. Et cum ante quam rationem acciperet decreuiſſet concedere, qui ſciebat, quot illi millia talentorum deberet, noluit vſq. ad computi finem, quia docere illum voluit a quantis debitis liberaret ipſum, vt ſaltem ita erga conſeruos manſuetior fieret, qui talem domini bonitatem, & miſericordiā expertus eſſet. Euangelici vero iſtius Regis pietas, non ſolum oſtenditur, quia ſerui propoſitum ſoluendi acceptauit, ſed quia debitum dimiſit. Sic Deus peccatoris voluntatem accipit, non eſt enim homo in mundo, adeo peruerſus, qui ſi fidei lumine colluſtratus ſit, aliquando vitam in melius commutare, non proponat, Tale propoſitum ſi ex corde ſit, cum impotentia ſoluendi, ſicut huic ſeruo



ſeruo accidit, Deus pro facto reputat (ita enim illud voluntas pro facto reputatur interpraetari debet) Si autem poteſtas adſit, & non opere compleatur, propoſitum tale, a Deo minime acceptatur. Quemadmodum ſi tu ab aliquo Simile cito fieri expetis, & cum ille confeſtim efficere poſsit, differt per aliquot dies, illud nequaquam tibi acceptum eſt. Sic Deus vult, nos confeſtim a vitijs abſtinere & confiteri, & cū illud nos præſtare poſsimus, ſi in aliud tēpus differimus, Deo non eſt talis voluntas accepta. Quamuis illam quodāmodo Deus acceptare dicatur, quia non tales punit. Sic Bernardus. Ego prolongabam iniquitatem meā, & tu domine pietatē tuā. In ſermone ſeptimo pauum. Sic Eſa. 30. Expe Eſa. 30. ctat vos Deus, vt miſereatur veſtri. Dei vero expectātis benignitas, quanta ſit, vel ſic cognoſcitur, ſi eos qui alios expectāt videamus. Expectāt litigātes patienter iudicem, & quā- Diſsimile. uis longo tempore expectauerint, ſi exaudiūtur, minime cō querūtur. Sed Deus e conuerſo iudex noſter eſt, & expectat. Diſsimile. Quod vxor maritū per vrbem vagātem, omnibus noctis horis expectet, non mirum, ſed quod Deus viliſsimum peccatorem expectet tot annis, mirandū profecto. Quod ruſtici, nō- Diſsimile. biles cū rege vel alijs nobilibus de grauiſsimis rebus conſultantes expectent, minime mirandū eſt, ſed quod Deus viliſsimos homines viliſsimis actibus occupatos, immo deturpatos expectet, eximiæ profecto benignitatis eſt. Sic Eccle. 18. Eccle. 18. Numerus dierū hominū (vt multū) centū anni, quaſi gutta aquę maris deputati ſūt &c. propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiā ſuā. Nec hoc Deus cō Debitum dimiſit ei. tētus, his quos pœnitētes ex animo indolere videt, debitū ſua indicibili pietate, remittit, quæ adeo immenſa eſt, vt nullus, deterreri aut deſperare debeat. Nā multi deterrētur, propter ſuorū peccatorū nouitatē, exiſtimātes neminē in mūdo talē reperiri: Sed Christi paſsio lōge magis noua eſt, in qua patitur

tur impaſsibilis, vita moritur &c. Alij deterrentur propter
lõgã ſuorũ peccatorum conſuetudinem, ſed magis diuturna
Pſal. eſt Dei miſericordia ſicut Pſ. ait. Miſericordia eius ab ęter-
no vſq. in ęternũ &c. Alij deterrentur propter ſui cordis pra
uitatem, quia malitioſe & non ex ignorantia peccauerunt.
1. Io. 3. Sed vt Ioãnes ait 1. Io. 3. Maior eſt Deus corde noſtro, Et ita
nõ ſolũ expectat ſed debitum remittit, Quę obſecro tãtę bo
nitatis dulcedo nõ emolliret? Sed ea eſt humani arbitrij pra
uitas, vt eximię Dei bonitati e regione opponatur. Sic Deus
Eſa. 26. Eſa. 26. dicebat Miſereamur impio, & non diſcet facere iuſti
tiam, in terra ſanctorum iniqua geſsit, & nõ videbit gloriam
domini, Propterea Deus impio parcit, vt tali exẽplo motus,
iuſtitiã facere diſcat, virtuoſe viuẽdo, & fratribus etiã cõdo
nãdo, ſed ingratiſsimi homines, horũ obliti, quaſi in ipſa Dei
domo, quæ ſanctorũ terra eſt, iniqua gerunt, qualia nec feræ
Egreſ- beſtiæ efficerent. Sic ſeruus iſte egreſſus, quaſi ſubito ab ip-
ſus au ſius Regis cõſpectũ exiẽs. Ita multi illo fere die, quo a pecca
tẽ ſer- tis expiati ſunt, & quo ſacrã ſinaxim ſuſceperũt, & cũ a re ſa-
uus in cra egrediũtur, iniqua operãtur. Quod profecto dictu mirũ
uenit videtur, quos nãq. corã crucifixi imagine cõteri Paulo ante
vnum cõſpeximus, vel a peccatis expiari per cõfeſsionẽ, eos videas
de con cõfeſtim ira excãdeſcere, & ad inferẽdã proximis manũ prop
ſeruis. tiſsimos. O cordis humani inſtabilitatẽ. Propterea Io. 7. ait Ie
Io. 7. ſus autẽ nõ credebat ſe illis, ipſe enim ſciebat quid eſſet in ho
mine. Id eſt quã ad inſtabilitatẽ pronus ſit, & quomodo vt lu
Pro. 11. na mutetur. Sic Pro. 11. Impi⁹ facit opus inſtabilẽ. Similiter A
Aba- bac. 1. dicebat. Mutabitur ſpiritus & pertrãſibit, & corruet,
cuh. 1. hęc eſt fortitudo eius; Spiritus enim hominis in peſsimũ mu
tatur, quiq. feruere amore Dei videbatur, cõfeſtim præterit
Eccle- & corruit. Ita Eccleſi. 34. Vnus edificãs & vn⁹ deſtruẽs, quid
ſiaſti- prodeſt, Si qui modo ędificas cõſciẽtię domũ per bona opera,
ci 34. deſtruis ędificiũ per peccatũ, quid tibi ędificatio prodeſt? Ca
in



in egreſſus a Deo fratrẽ occidit, Petrũs incera multa promi Gene.
ſit, & egreſſus negauit Chriſtũ. Ita ſeruus iſte egreſſus cõſer 4.
uũ inueniẽs ſuffocabat &c. Si inter cõſeruos in eadẽ domo Matt.
cõmorãtes, & inter fratres, immo inter virũ & vxorẽ, diſsi- 25.
diũ eſſe ceperit, & odiũ obrepat, peius inter ipſos quã inter
extraneos graſſatur, quia inter huiuſmodi odium oſſa & me
dulas penetrat. Nequaquã turchę ita ſe cũ chriſtiano gere-
rẽt, ſicut fratres cũ Ioſeph, qui cũ eos effuſis lacrymis depre Gene.
caretur, inimicis vendiderũt, Abſalon fratrem ſuum Amon 2. Re.
odio habens, non deſtitit, quouſq. illũ occidit. Et etiã patrẽ
ſuum Dauid perſequutus eſt. De Aquitophel dicebat Dauid, pſal
in domo Dei ambulauim⁹ cũ cõſẽſu, tu vero homo vnanimis:
Quia iſte Regem perſequebatur ſequens Abſalon. Iacob
& Eſau matris adhuc viſceribus clauſi luctabantur, ſic multi Gene.
in eadẽ domo, ſicut fratres, vir & vxor, cõſerui, immo & regu
lares quãdoq. diſsidijs & cõtẽtione ſe ipſos diſcerpũt. Huius
igitur ſerui ingratitudo maior erat, quia in, cõſeruũ, vel mini
mi debiti gratia ſęuiebat, Peccata enim in proximos (ſecluſa Debe
Dei offẽſa) ſi cũ peccatis, quę directe Deũ reſpiciũt, cõferan bat ei
tur, ſunt veluti cẽtũ denarij reſpectu decem miliũ talẽtorũ. centũ
Ea propter Auguſt. O homo attẽdis quid tibi fecerit homo, dena-
& nõ attẽdis quid ipſe feceris Deo? Exaggeratur etiã ingrati rios.
huius hominis peccatum, quia ſuffocabat, adeo enim effera- Augu
tus erat, vt in ipſum inſiliẽs ſuffocaret. Sic Eſa. 54. Debitores ſtinus.
veſtros repetitis, & percutitis pugno impię Non ne hoc eſt Eſa. 54.
magis ieiunium quod ellegi? diſſolue colligationes impie
tatis &c. Dimitte qui cõfracti ſũt liberos &c. Quaſi dicat ſicut
te De⁹ liberũ dimiſit, vult vt cũ proximo clemẽs ſis & facilis
ad cõdonãdũ. Cum enim duo ſint iuſtitię actus, remittere &
punire, quorum remittere ſuauis actus eſt, punire vero rigi
dus, Deus nobis ſuauem precipit, ſibi rigidũ relinquẽs ſcili-
cet punire: ſic Mihi (ait) vindictum &c. Nos vero clemẽtes
eſſe

eſſe vult, & facile cōdonare. Nulla enim res, magis hominibus neceſſaria eſt, ad couiuēdum, quam iniurias remittere: quia vt plurimum homines diuerſarum ſunt opinionū, quo fit vt multoties vnus ab altero lędatur, & ideo ſine eo quod iniurias inuicem remitterent, conſeruari non poſſent. Propterea Deus multa promittit iniurias condonantibus. Sic dicitur Apo. 3. Faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos & ſciēt, quia ego dilexi te, quia ſeruaſti verbum patientiæ meæ & ego ſeruabo &c. Si is qui te iniuria affecit ad cor reuertitur, quid amplius ab eo expoſcis, quam quod ante te humilietur? ſin autem dimitte Deo, quia ad vltimum ipſe faciet vt ante tuos pedes decumbat, quia ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt Sapi. 4. Et tūc (ait Deus) illi intelligent, quanto te amore proſequutus ſim, eo quod ſeruaueris verbum patientię meæ, id eſt feciſti illud, quod ego pręcepi patienter ferendo, ſicut & ego iniurias patienter tuli. Non ſic ingratiſsimus iſte ſeruus effecit, qui nec eiſdem verbis, quibus ipſe Regem deprecatus eſt, adduci potuit vt tantiſper ſuſtineret & expectaret. O ſi homines peccatores ſuſtinerent & expectarent aliquantulū, eos qui ſe iniurijs affecerunt, certe pleroſq. mutatos viderent. Si Paulum diris agitatum, minas cędeſq. comminātem, parum per homines expectaſſent, certe ipſum e lupo, in manſuetiſsimam ouem commutatum vidiſſent. Si quis Matthęum vna hora expectaſſet ſedentē in teloneo, profecto ex Publicano Apoſtolum factum vidiſſet. Si latronem, qui furantem viderāt expectaſſēt vſq. ad diem mortis ſuę, certe Christum ei dicentem Hodie mecum eris in paradyſo audiſſēt. Si Phariſæus ante iudicium expectaſſet Magdalenam, nequaquam peccatricem iudicaſſet. Si medici expectant egrotantes vſq. ad ſeptimum diem, & quartum decimum, certe peccatorem expectare tenemur, & non indignari, neq. ab eo vindictam ſumere.

Apo. 3. — Sapi. 4 — Actuū — Matt. — Lucæ — Lucę 7 — Simile



ſumere. Sic dicitur Pro. 17. Gemma prętioſiſsima expectatio pręſtolantis, quocunq. ſe vertit prudenter intelligit. Patientia, qua proximos expectamus, eſt gēma prætioſiſsima quaſi adamas, quæ hominem exornat. Homo vero in iram præceps & inexorabilis, turpis eſt. Quicunq. autem patienter expectat, quocumq. ſe vertat, prudenter intelligit, quia ſi peccator conuertitur, animā acquiſiuit, ſin autē, Deo prudēter reſeruat. Iſte vero ſeruus ingratiſsimus rabidę feræ perſimilis, præceps in iram, conſeruum in carcerem miſit. Deus manſuetos homines eſſe voluit, ideo præcipiebat, ne carne cum ſanguine comederent, ſcilicet ne crudeles eſſent quaſi tigres. Pręcipiebat etiā, vt nō tollerent matrem cum filijs cubantem, ſi forte in via nidum inueniſſent. Acſi Deus innuere vellet, quod mater ſolicite volitat per arbores cibū quęrēs, quo pullos alat. Sed nūquid de alitibus cura eſt Deo? Voluit certe ſignificare, vt ſi forte a fratre tuo debitum exigas, & ille pręinopia ſoluere non valet, ſufficiat tibi fortunas ſuas, & chariſsimarum rerum pignora, a domo eius abſtraxiſſe, ſine eo quod ipſum diuerſis in locis veluti circumuolitantē, ad quęrendum quod tibi ſoluat, in carcerem mittas, & in aduocatorum & notariorum & ſatellitum manus; huiuſmodi homines, luporum more expectantium, tradas. Qui breui tēpore totum eius ſanguinem, quaſi ſanguiſugę bibēs. Quod ſi efferato in ipſum animo id effeceris, nequaquā defuturos ęſtimes, qui Deo crudele tantęq. ingratitudinis facinus, deferant, Angelos videlicet & pios homines, qui aſsiduis vocibus Dei iuſtitiam interpellabunt, ſicut ſerui iſti. Tunc dictu mirum, quomodo iuſtitia Dei aduerſus hos ingratos in die iudicij excādeſcet: Non quia debita exegerunt (hoc namq. iuſtum eſt) ſed quia ita crudeliter ſegeſſerunt, ſicut ſeruus iſte. Hoſq. Deus ingratos ſeruos ſeuere in inferno puniet, tortoribuſq. excrutiandas tradet. Sed quod Deus iterum debitum

Pro. 17. — Genę. 10. — Leui. — Vidētes autē ſeruique fiebāt.

bitũ exigat mirandũ eſt, quia vt Paulus ait. Sine pęnitentia
ſunt dona Dei. Peccata quidem nõ Reddeũt actualiter, quia
peccatorũ remiſsio eſt opus Dei, quod hominis opera reſcẽ
di non poteſt, aut infectum fieri. Reddeunt vero per ingra-
titudinem, quia ſequens crudelitatis peccatũ, quãuis alias gra
ue, tamen propter ingratitudinem grauius iudicatur, & quo
maior ingratitudo maius peccatum. Maior vero ingra-
titudo eſt, quo maior fuit remiſsio, maior vero remiſ-
ſio, quo grauiora peccata fuere quæ remiſſa ſunt. Et ita pec-
cata reddeunt quia ingratitudo, ex illis peccatis proueniens
a Deo punitur. Propterea peccata iterum puniri videntur.
Caueat igitur vnuſquiſq. ne cæleſtis pater ipſum tortoribus
excrutiandum tradat, ſi non ex corde remittat. Sed dictu mi
rum, quomodo ſeculares homines certiſsimas has Euangelij
minas, quaſi ludos puerorum flocipendant: Nam aliter ipſi
in libro quem ſathanas eis tradidit legunt. Liber iſte priuile
gio Luciferi, in tipographia diaboli excuſſus fuit, & in biblio
tecis inferni venditatur, a quibus librarijs ſeculares homi-
nes compararũt. Et ideo illius obiectionibus, quibus ſecula-
res armãtur, cõtra Euangeliũ, reſpondere operepretium e-
rit. Primo dicunt impoſſibile eſſe iniurias remittere: Quod
appertiſsimum mẽdacium eſt. Nam vt Ethnicos omittamus
Socratem & Diogenem & alios, Dauid iniurias condonauit
Actuũ. ex corde, & Stephanus & Paulus, ſicut ex ſacra ſcriptura cla
riſsime conſtat. Sed dicunt nõ eſt impoſſibile ſed valde diffi
Pro.29 cile, fateor his qui non ſunt aſſueti: quibus dicebat Sapiens.
Qui delicate nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contu
macem: ſi enim appetitum iraſcibilis ſequeris, quod eſt deli-
cate nutrire ſeruum inuenies eum contumacem, & minime
ad parcendum flexibilem, aſſuefac ergo ipſum rationis fre-
no, & erit facile. Sed dicunt ego quidem iniuriam remi-
ſi, ſed volo vt iudices ab eo pænam exigant, qui me in-





iuria affecit: neq. meũ, ſed bonũ publicũ reſpicio. O ſi Deꝰ tali
nos mẽſura iudicãs metiretur, & diceret. Ego remitto iniuriã
ſed volo vt a te tortores in inferno pęnã exigant, male tunc
profecto nobiſcũ ageretur. Sed dicũt, ego iudici relinquo vt
ſcelus vindicet, ipſumq. pro bono publico ſupplicio afficiat.
Rogo eos nũ zelus iſte iuſtitiæ, ita erga alios qui ipſos mini
me iniuria affecerũt exardeſcat? cũ ergo nõ ita alios a iudici
bus perſequi velint; clarũ eſt peculiari odio, in eos qui ſe in-
iuria affecerũt ſtimulari. Sed dicũt remitto iniuriã & pęnã,
ſed nolo eos mecũ morari. O ſi Deus idipſum diceret Remit
to culpã, ſed nolo vt Paradiſum ingrediaris. Sed dicũt liben
ter efficerẽ, ſed vilitas animi eſſet. Obſecro Dauid vilis erat?
Immo Chriſtus? ſed dicũt. Si viderẽ eos ante me humiliari
ſicut Deus etiã parcerẽ. Reſpõdeo, fac Dei officium, ſcilicet
allicere eos promiſsis blandis appellationibus &c. Sic Ec- Eccle.
cleſiaſtici 28. Dimitte proximo nocenti te, et deprecanti ti 28.
bi peccata ſoluentur. Quaſi dicat. Cum minimum ſit dam-
num quod ſibi proximus inferre poteſt, maxima vero ſint
crimina qualitate & quantitate, quibus Deum irritaſti, di-
mitte fratri tuo minima, & cum tu Deum deprecaberis, ſi
ex animo indoleas, profecto tibi peccata ſoluentur. Quid
hac promiſsione iucundius eſſe poteſt? Certe quos tormen
torum, quibus Deus efferatos exponet, formido non percu-
lit, tantæ bonitatis pelagus & miſerationes Dei viæ, eos pro
fecto mouere deberet, qui cumulatiſsime condonatæ pro-
ximo iniuriæ gratiam rependit. Nam cum homines mor-
daci cura angi ſoleant, ſint ne ipſorum peccata remiſſa.
Deus hoc nobis veluti ſecuritatis pignus reliquit, ſi pro ip-
ſo iniurias libenter remittant, quod vel ob id homines
efficere debent, ne apertiſsimi mẽdacij, cũ orationẽ domi
nicam proferũt, arguantur, cum dicũt. Dimitte nobis debita
noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Qua

fronte obſecro iſta proferre audent, qui cum proximis inimicicias exercent? Ideo Eccleſiaſticus Memento nouiſsimorum & deſine inimicari. Nam qui iudicij mortis & inferni recordantur, facile iniurias condonãt, & cum fratribus reconciliantur.

PARABOLARVM DE TEMPORE FINIS.

# INDEX AVTORITATVM OMNIVM, ET LOcorum ſacræ ſcripturæ, quæ in hoc volumine continentur & explicantur.

## EX GENESI.

CAP. 4. Nunquid ego cuſtos ſum fratris mei? 368.
Ca. 9. Chanaan verenda patris oſtendebat. 300.
Ca. 27. Iſaac diligebat Eſau quia de eius venatione veſcebatur. 289.
Ca. 31. Niſi Deus patris mei Abraam & timor Iſaac affuiſſet mihi &c. 269.
Ca. 32. Iacob cum Angelo luctabatur. 258.
Vidi dominum facie ad faciem & ſalua facta &c. 356. & 366.
Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis. 359.
Ca. 35. Beniamin filius dextræ. 303.
Ca. 37. Fera peſsima deuorauit filium meum Ioſeph. 299.
Ca. 42. Ioſeph pecuniam & frumentum fratribus dedit. 323.
Ca. 43. Ioſeph ſuos fratres conuiuio excepit. 274.
Ca. 47. Ioſeph terras Aegiptijs cum tributo dabat. 244.
Ca. 48. Ioſeph patri obtulit Ephraim & Manaſſem 359.
Ca. 49. Ruben primogenitus meus &c. 181.
Iacob congregauit filios ante mortem. 240.

## EX EXODO.

Ca. 3. Rubus ardens. 212.
Ca. 4. Aegiptij filios Iſrael vide-

videbãt in terra Ieſſe. 300.
Ca.12. Os non confringetis ex eo. 6.
Ca.13. Si videris Aſinum amici tui iacentẽ. &c. 346.
Ca.31. Moſes cum Deo loquens. 253.
Ca.34. Filij Iſrael non poterant videre Moſen. 209.
Moſes ſplendens, a Dei cõſpectu egrediens. 366.
Ca.28. In templo duo altaria. 253.

## EX LEVITICO.

Ca.6. Ignis in altari ſemper ardebit. 344.
Ca.10. Filij Aaron ponẽtes ignem, &c. 184.

## EX NVMERIS.

Ca.22. Tribus Dan & dimidia tribus Manaſſe, 368.

## EX DEVTERO.

Ca.16. Iuſte quod iuſtum eſt exequeris. 214.
Da.22. Non indues veſtimẽtum ex lana, lino, que contextum. 311.
Ca.29. Nõ dedit vobis Deus cor intelligens. 114.
Vidiſtis illa ſigna magna &c. 338.
Ca.31. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. 187.
Ca.32. Vt ſanguinem vuæ biberent. 132.

## EX IOSVE.

Ca.6. Muri Hierico corruerunt. 257.

## EX LIBRO IVDICVM

Ca.1. Septuaginta Reges amputatis manuum ſummitatibus. 368.
Ca.3. Morte moriemur quia vidimus dominum. 356.

## EX PRIMO REG.

Ca.19. Michol poſuit ſtatuã pro Dauid. 235.

## EX 2. REG.

Cap. 6. Vilior fiam coram domino qui elegit me. 372.





Ca.11. Vrias ſeruus tuus mortuus. &c. 303.
Ca.12. Dominus tranſtulit peccatum tuum. 302.
Ca.16. Egredere vir ſanguinum. 286.
Ca.19. Diligis odientes te. 199.
Ca.22. Dauid ſedẽs in cathedra &c. 86.
Ca.23. Prȩuaricatores quaſi ſpinæ euellentur. 316.

## EX 3. REG.

Ca.11. Regina Saba audita fama Salomonis. 337.
Cap.14. Quid mihi & tibi vir Dei? 205.
Ingredere vxor Hieroboã. 339.
Ca.18. Vſquequo claudicatis? 310.
Ca.19. Eliſeus mactauit boues. 279.
Helias operuit faciem ſuam pallio. 356.
Ca.22. Ero ſpiritus mendax &c. 310.
Ca.34. Helias orans exauditus eſt. 254.

## EX 4. REG.

Ca.4. Habes negotiũ apud Regem? 366.
Ca.6. Eliſeus puero oſtendit armatos. 202.
Ca.10. Ezechias nuntijs Babiloniæ omnia oſtentauit. 51.
Ca.17. Vnaqueq. gens fabricata eſt Deum ſuum. 50.
Ca.19. Inſaniſti in me ſuperbia tua. 307.
Quod ſaluabitur mittet radicem. 372.

## EX I. PARALIP.

ca.29. Tua ſunt omnia & quæ de manu tua &c. 255. & 324.

## EX NEEMIA.

ca.5. Quare non in timore Dei ambulatis? 171.
ca.8. Audiens Populus legẽ fleuit. 243.

## EX THOBIA.

ca.5. Cum iratus fueris miſericordiam facies. 280.

## EX IVDITH.

Ca.6. Domine Deus cæli & terrȩ, intuere ſuperbiam eorum. 350.

EX IOB.


Ca.3.Si declinauit pes meus a via. 54.
Qui ponit humiles in ſublimi. 372.
Ca.4.Ad me factum eſt verbum abſconditum. 59. & 106.
De mane vſq. ad veſperam ſuccidetur 319.
Vidi eos qui operantur iniquitatem &c. 319.
Nunquid in conſpectu Dei, homo iuſtificabitur. 350.
Ca.5. Meſſem eius famelicus comedet. 122.
Vidi ſtultum firma radice. &c. 178.
Non permanebit ſubſtantia eius &c. 179.
In ſex tribulationibus. &c. Fol. 202.
Qui diſsipat conſilia malignantium. 217.
Ca.6.Non eſt auxilium mihi in me. 346.
Ca.8. Nunquid viuere poteſt ſcirpus.&c. 314.
Spes Hypochritę peribit. &c. 351.
Ca.9.Si voluero me iuſtificare.&c. 134.
Si venerit ad me non videbo eum. 349.
Iuſtitia indutus ſum & veſtiuime. 385.
Ca.10.Apertum erit germē domus &c. 79.
Ca.11. Vtinam Deus loqueretur tibi &c. 166.
Si non māſerit in tabernaculo &c. 357.
Ca.12. Abundant tabernacula prædonū &c 324.
Ca.14. Lignum habet ſpem &c. 86.
Ca.15. Non recedet a tenebris &c. 317.
Ca.12.Pone me iuxta te&c. 202.
Ca. 19. Fugite a facie gladij quia &c. 25.
Venerunt latrones & fecerunt &c. 124.
Halitū meum exhorruit vxor mea. 286.
Ca.20.Laus impiorum &c. 243.
Capud Aſpidū fugget. 190.
Ca.22.Recede a nobis ſciētiam &c. 140.
Quid prodeſt Deo ſi iuſtus fueris. 290.
Ca.24. Rebellēs fuerunt lumini. lumini. 122.
Non ſit in recordatione ſed &c. 317.
Ca.25. Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi &c. 329.
Ca.27. Donec deſficiam nō recedam. 43.
Quę eſt ſpes Hypocritæ ſi auare &c. 310.
Diues cum dormierit nihil ſecum &c. 329.
Ca.29. Oculus fui cęco. 179.
Spoliauit me gloria mea. 179.
Columnæ cæli contremiſcunt &c. 25.
Conterebam dentes iniqui. 236.
ca. 30. Frater fui Draconū. 78.
Flebam ſuper eo qui afflictus erat. 245.
ca.31 Cauſam quam neſciebam diligentiſsime inueſtigabam. 329.
Quid faciam cum venerit adiudicandum Deus? 329.
ca.32. Vt video ſpiritus eſt in hominibus. 265.
ca. 34. Quaſi de induſtria receſſerunt. 147.
Qui regnare facit Hypochritam. 235.
Quaſi impios percuſsit eos &c. 345.
ca.Cauſa tuā quaſi impij iudicata &c. 109.
Ecce Deus magnus vincens 214.
ca.38. Numquid noſti ordinem cæli. 72.
Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? 59.
Auferetur ab impijs lux. 120
ca.41. æſtimauit abiſſum ſeneſcentem. 26.
Non eſt poteſtas ſuper terram &c. 165.


EX PSALMIS


2. Tanquam vas figuli confringes eos. 136.
4. Signatum eſt ſuper nos &c. 294.
5. Mane aſtabo tibi &c. 103.
9. Præparationem cordis eorum &c. 152.
10 Pluet ſuper peccatores laqueos &c. 387.
11. Labia doloſa in corde &c. 363.
13. Contritio & infælicitas in vijs

in vijs eorum. 67.

Dixit inſipiens in corde ſuo &c. 251.

21. Deus meus clamabo per diem &c. 256.

22. Virga tua & baculus tuus &c. 346.

26. Expecta dominum viriliter age. 64.

35. Fiat via illorum tenebræ & lubricum &c. 211.

Oratio mea in ſinu meo reuertetur &c. 252.

Omnia oſſa mea dicent &c. 254.

35. Apud te eſt fons vitæ &c. 206.

36. Mutuabitur peccator & non ſoluet. 255.

Iuſtus cum ceciderit nõ collidetur. 298.

Delectare in domino & dabit tibi. &c. 365

40. Aduerſum me ſuſurrabant omnes &c. 288.

41. Sitiuit anima mea ad Deum &c. 224.

42. Emitte lucem tuam & veritatem &c. 210.

44. Aſtitit Regina a dextris tuis &c. 378.

45. Vacate & videte quoniam ſuauis &c. 253.

49. Nequando rapiat & non ſit qui &c. 236.

51. Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua &c. 177.

Dilexiſti omnia verba præcipitationis. 178. & 318.

Ego ſicut oliua fructifera &c. 318.

54. Tu vero homo vnanimis dux meus &c. 399.

50. Spiritum rectum innoua &c. 56.

62. Sicut adipe & pinguedine &c. 378.

66. Peruenit manſuetudo &c. 382.

68. Iuſti epulentur & exultent. 274.

Pluuiam voluntariã ſegregabis Deus &c. 354.

68. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem &c. 158.

Obſcurentur oculi eorum &c. 180.

Zelus domus tuæ comedit me &c. 190.

Veni in altitudinem maris &c. 219.

Intrauerunt aquæ vſq. ad animam &c. 210.


74. No-




74. Nolite extollere in altũ &c. 353.

77. Adhuc eſcæ eorũ erãt in ore &c. 261.

81. Neſcierunt neq. intellexerunt &c. 211.

83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei &c. 115.

Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te. 242.

84. Deus loquetur pacem in plebem ſuam &c. 357.

87. Vt quid Deus repellis orationem &c. 269.

93. Secundum multitudinẽ dolorum &c. 249.

94. Quibꝰ iuraui in ira mea &c. 283.

102. Miſericordia eius ab æterno &c. 398.

108. Induantur ſicut diploide &c. 311.

Fiat contra dominum ſemper &c. 283.

Noluit benedictionẽ & elõgabitur &c. 389.

Induit maledictionem ſicut veſtimentum. 386.

117. Lapidem quem reprobauerunt &c. 135.

Vox exultationis & ſalutis &c. 250.

18. In æternum domine permanet &c. 901.

Narrauerunt mihi iniqui &c. 90.

Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. 120.

In corde meo abſcondi eloquia &c. 124.

Quam dulcia faucibus meis eloquia &c. 128. & 222.

In verbum tuum ſuperſperaui &c. 128.

Ignitum eloquium tuum vehementer &c. 128.

Tempus faciendi domine &c. 132.

Exitus aquarum deduxerũt oculi &c. 242.

Confige timore tuo carnes meas &c. 269.

126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum &c. 108.

Niſi dominus ædificauerit domum &c. 325.

Vanum eſt vobis ante lucẽ ſurgere &c. 372.

139. Virum iniuſtũ mala capient in &c. 205.

142. Etenim manus tua deducet me &c. 198.

144. Miſerationes eius ſuper omnia &c. 297.


 EX

EX PROVERB.

ca.1. Parabolæ Salomonis filij. Dauid. 9.
Comedent fructus viæ ſuæ &c. 274.
Moliuntur fraudes contra animas ſuas. 342.
ca.2. Si intrauerit ſapientia cor tuum &c. 268.
ca.3. Quieſces & ſuauis erit ſomnus tuus. 203.
Stultorum exultatio, ignominia. 244.
Lignum vitæ eſt his qui apprehenderunt illam. 338.
Cuſtodi legem & conſiliū &c. 339.
ca. 4. Iuſtorū ſemita vt lux 219.
Ducam te per ſemitas æquitatis. 225.
Oculi tui videāt recta. 268. & 328.
Remoue a te os prauum &c. 288.
ca.5. Funiculis peccatorum conſtringetur. 387.
ca.6. Si ſpoponderis pro amico tuo. 230.
Nunquid poteſt homo abſcondere ignem? &c. 344.
ca.8. Per me Reges regnant. 173.
ca.9. Sapientia ædificauit ſibi domum. 275
ca. 10. Fortitudo ſimplicis via domini. 37.
Iuſtus quaſi fundamentum &c. 43.
Opus iuſti ad vitam, fructus autem impij &c. 311.
Pro.11. Impius facit opus inſtabile. 398.
ca.11. ſimplicitas iuſtorū diriget eos. 67.
Seminanti iuſtitiam, merces fidelis. 108.
Qui abſcondit frumenta ſua &c. 121.
Fructus iuſti lignū vitæ 313.
ca. 12. Labium veritatis firmum erit. 35.
ca.13. Peccatores perſequitur malum. 185.
ca.14. Vbi nō ſunt boues pręſepe vacuum &c. 120.
Omni cuſtodia ſerua cor tuum. 127.
Riſus dolore miſcebitur. 245.
Cor quod nouit amaritudinem &c. 250.
Qui ſapiens eſt timet &c. 340.





ca.15. Domus iuſti, plurima fortitudo. 43.
Per timorem autem domini, declinat omnis a malo 269.
Ventus Aquilo diſsipat pluuias. 288.
In fructibus impij conturbatio. 313.
ca. 16. Qui iuſtificat impiū, & qui cōdemnat &c. 301.
ca.17. Qui altam facit domū quęrit ruinam. 307.
ca.19. Audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam. 237.
ca.20. Studijs ſuis cognoſcitur &c. 144.
Diſsipat impios vir ſapiens 177.
ca.22. Ne tranſgrediaris terminos &c. 171.
Qui accipit mutuum, ſeruus &c. 255.
Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur. 303.
ca.23. Ne comedas cum homine inuido. 361.
ca.24. Ne inſidieris & quęras impietatem. 363.
Ca.25. Mala aurea in lectis argenteis. 160.
Ne glorioſus appareas coram Rege. 369.
ca.26. Quomodo fruſtra habet claudus tibias. 4.
Pondus & ſtatera iudicia Dei ſunt. 306.
ca.27. Diligenter cognoſce vultum pecoris. 229.
ca.28. Beatus vir qui ſemper eſt pauidus. 248.
Qui declinat aures ſuas ne audiat. 257.
Qui dat pauperi, non indigebit. 303.
Qui confidit in virtute ſua ſtultus &c. 348.
ca.29. Verbum Patris cultodiens filius, extra perditionem erit. 290.
Qui nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam ſuam. 325.
Ca.30. Ignitus clypeus eſt &c. 128.
Non accuſes ſeruum ad dominum ſuum. 353.
Ca.31. Non timebit domui ſuæ a frigoribus niuis. 385.

EX ECCLESIASTES.

ca.1. Terra in æternum ſtat. 90.
Cap. 2. Magnificaui opera mea? 744.

Riſum reputaui errorem. 245.
ca.4. De carcere quis egreditur. 150.
ca.5. Dulcis ſomnus operanti. 205.
ca.6. Initium omnis peccati apoſtatare a Deo. 345.
cap.7. Ne impie agas multum &c. 112.
ca.8. Quia nõ profertur cito cõtra malos ſentẽtia. 26.
Cap.9. Neſcit homo finem ſuum. 198.
Nec opus, nec ratio eſt apud inferos. 330.
ca.10. Si mordeat ſerpens in ſilentio. 288.
ca.11. Vbicunq; ceciderit lignum &c. 319.
cap.12. Memento creatoris tui. 112.

## EX CANTICIS.

Ca.1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum. 149.
Pone me vt ſignaculũ ſupra cor tuum. 268.
ca.2. Ficus protulit groſſos ſuos. 31.
Iam enim hyems tranſijt. 35.
ca.3. En lectulum Salomonis. 137.
ca.4. Sicut vitta coccinea labia tua. 128.
Sicut turris Dauid collum tuum. 137.
ca.5. Oculi tui ſicut columbæ. 124.
Dilectus meus cãdidus &c. 193.
Anima mea liqueſacta &c. 243.
ca.7. Quid videbis in Sunnamite. 72.
Cap. 8. Vinea fuit pacifico. 102.
Fortis eſt vt mors dilectio 193.

## EX LI. SAPIEN.

ca. 1. Sentite de domino in bonitate. 221. & 339.
ca.2. Reddidit Deus mercedem. 108.
Morte turpiſsima condemnemus eum. 134.
Hæc eſt ſors noſtra. 354.
ca.3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. 141.
Sapientiam & diſciplinam qui abijcit &c. 33.
cap.4. Conſummatus in breui. 108.
ca.5. Laſſati ſumus in via iniquitatis &c. 290.
Quoniam dignos ſe ipſa circuit quęrens. 292.
ca.17. Vna cathena tenebrarum omnes &c. 80.
Vinculis tenebrarum & lõgę noctis. &c. 387.

## EX ECCLESIASTICO.

ca.1. Ne fueris Hypochrita. 171.
Cap.2. Coniungere Deo & ſuſtine. 107.
cap.3. Qui honorat patrem &c. 174.
ca.4. Firmauit illum & iter faciet &c. 56.
Modicum tanquam nihil in requie. 241.
ca.6. Nõ te extollas in cogitatione tua ſicut &c. 66. & 316. & 352.
Cap.7. Fili ne ſemines mala. 128.
Noli quęrere ab homine ducatum. 278.
Non te iuſtifices ante Deũ &c. 352.
Ne irrideas hominem in amaritudine animæ. 353.
ca.8. Ne deſpicias hominem auertentem ſe. 353.
ca.10. ſecundum iudicem populi. 232.
Bona in mala conuertentes inſidiantur. 362.
ca.11. Attende tibi a peſtifero &c. 310.
ca.13. Humiliare Deo & expecta. &c. 372.
ca. 14. In diuiſione fortis da & accipe. 304.
ca.15. In medio Eccleſiæ aperoit os eius. 281.
ca.17. Priuſquam interroges ne vituperes. 365.
ca.18. Senſati in verbis ipſi ſapienter egerunt. 4.
Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. 108.
ca.19. Eſt qui nequiter ſe humiliat. 370.
ca.22. Pungens oculum deducit lacrymas. 357.
Qui timet Deum conuertetur ad cor. 357.
ca.25. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillã &c. 327.
c.26. Propter fratrẽ perde pecuniam. 365.

ca.27. Eleemoſina viri quaſi ſacculus cum ipſo. 333.
Si ſequeris iuſtitiam aprehendes illam. 385.
Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum. 363.
ca.28. Memento nouiſsimorum 67.
Relinque proximo nocenti te. 301.
ca.30. Splendidum cor in epulis eſt. 275.
ca.32. Qui querit legem replebitur ab ea. 366.
ca.33. Ego nouiſsimus vigilaui. 107.
ca.37. O præſumptio nequiſſima &c. 143.
ca.39. Occulta prouerbiorũ exquiret ſapiens. 1.
In mandatis eius epulabuntur. 275. & 380.
ca.50. Lux Dei veſtigiũ eſt. 210.
ca.51. Operamini opus veſtrum &c. 108.
Appropriate ad me indocti &c. 227.
c.18. Numerus annorũ hominis vt, multum centum anni. 397.
c.24. Vnus ædificãs & alter deſtruens

EX ESAIA.

ca.1. Ve genti peccatrici populo graui &c. 75.
Sicut Sodoma fuiſſemus & quaſi &c. 68.
Erubeſcetis ſuper hortis quos &c. 139.
Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. 290.
ca.2. Quieſcite agere peruerſe &c. 138.
Dicite iuſto quoniam bene 274.
ca.3. Dabo pueros principes eorum. 145.
Auferet dominus ornamentum tuum. 387.
ca.4. Si lauerit dominus ſordes filiarum Sion. 329.
Quid clamabo? omnis caro fænum. 63.
Erit germẽ domini in magnificencia. 74.
ca.5. Vinea fuit dilecto in cornu. 131.
Decem iugera vinearum, facient lagũculam. 121.
Et fremet & tenebit prædam. 153.
ca.6. Nunquid ſuper his continebis te? 240.
Vir pollutus labijs ego ſum 356.
ca.8. Expectabo dominum qui auertit. 741.
Confortamini & vincemini. 217.
ca.9. Lætabuntur coram te ſicut qui &c? 102.
Veſtimentum mixtum ſanguine erit. 386.
cap.10. Aſſur virga furoris mei. 382.
Ab anima vſq. ad carnẽ conſumetur. 149.
Plaga tumens non eſt alligata. 346.
Dominus exercituum confringet lagunculam. 371.
Ad cuius confugietis auxilium? 387.
ca.12. Haurietis aquas in gaudio defontibus Saluatoris. 225.
ca.13. Torſiones & dolores tenebunt eos. 247.
ca.14. Dedi te in lucem gentium 206.
Quaſi ſtirps inutilis & ſanie pollutus 167.
Cap.16. Et præparabitur in miſericordia ſolium eius. 297.
Ca.19. Exaudient ſurdi in die illa 160.
cap.21. Cum panibus occurrite fugienti 256.
Si quæritis quærite conuertimini 221.
Cap.22. Coronans coronabit te tribulatione. 147.
Ca.23. Si poſuerit pro peccato animam ſuam 138.
Cap.24. Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum. 80.
Cap.25. Faciet dominus conuiuium pingium 378.
ca.26. Anima mea deſiderauit te in nocte 253.
Miſereamur impio & non diſcet &c. 398.
Sicut quæ concepit cum appropinquat 748.
Cap.27. In menſura contra menſuram 306.
Cap.28. Ponam in pondere iudicium 306.
Pepigimus fædus cũ morte 198.
Capi.29. Claudet oculos veſtros Prophetas, &c. 123.
Aures tuæ audient vocem poſt

post tergum monentis hęc eſt 53.
Filij mendaces filij nolentes audire 45.
Expectat vos Deus vt miſe reatur veſtri 397.
Et dabitur pluuia ſemini tuo. 119.
Comminuentur ſicut lagena figuli. 136.
c.31 Dicite puſillanimes cō fortamini. 64.
ca.33. Ve qui ſpernis nonne ipſe ſperueris? 349.
Qui obturat aures ſuas ne audiat &c 256.
ca. 34. Inebriatus eſt in cælo gladius meus 25.
ca.36. Omnem tenenten ſab batum ne polluat 365.
ca.38. Quid dicam aut quid reſpondebo. 387.
ca. 40. Deus principes terrę quaſi inanes 370.
Omnes gentes ſic ſunt quaſi non ſint 51.
Ca.43. Dic tu primus iniqui tates tuas 160.
Capi. 45. Ego dominus loquens iuſtitiam 287.
ca. 46. Reddite preuaricatores ad cor 250.
Ego feci, ego ferā, ego portabo 292.
Capi. 48. Omnia opera noſtra operatus es &c. 348.
Cap. 49. Nunquid tolletur a forti prædæ? 167.
Eos qui iudicauerunt te ego iudicabo 300.
ca. 50. Iuxta eſt qui iuſtificat me. 202.
in peccatis veſtris venundati eſtis. 185.
cap. 51. Audite me qui ſcitis iuſtum. 88.
Qui redempti ſunt a domino. 250.
ca.53. Emitte agnum domine dominatorem 226.
Domine quis credidit audi tui noſtro? 85.
Capi. 54. Abſcondi faciem meam parumper a te 140.199.
ca.55. Omnes ſitientes venite ad aquas. 226.
Nō enim cogitationes meę 110.
Feriam vobiſcum pactum ſempiternum 103.
Audite audientes me & comedite bonum 276.





cap. 56. Omnes beſtiæ agri venite 180.
cap. 54. Montes commouebuntur 35.
cap.57. A facie malicię collectus eſt iuſtus 80.
ca.58. Si auerteris a ſabbato pedem tuum 164.
Diſſolue colligationes impietatis 66.
Cum non facis vias tuas & non inuenitur 174.
ca.59. Vidit quia non eſt vir 189.
Ecce non eſt abreuiata manus domini 257.
Oua aſpidum ruperunt & telas aranearum 196.
ca 61. Omnes qui viderint eos cognoſcent 75.
cap. 62. Super muros tuos Hyeruſalem 136.
ca 63. Attende de cælo & vide de habitaculo 188.
Quare rubrum eſt indumētum tuum? 137.
ca. 64. Quieſcat vox tua a ploratu 246.
cap.65. Puer centum annorum morietur. 44.
Et vos qui dereliquiſtis dominum. 124.
Capi. 66. Remetiar opus eorum in ſinu eorum 360.
Quomodo ſi mater blandiatur 240.

## EX HIEREMIA.

ca.1. Inuenti fuerunt in populo meo 32.
ca.2. Onager aſſuetus in ſolitudine attraxit. 145.
Tenentes legem neſcierunt me 80.
Quid habes in via AEgipti vt bibas. 22.244.
Fruſtra percuſsi filios veſtros 38.
Ollam ſuccenſam ego video 67.
Quid inuenerunt in me patres veſtri 132.
Ego te plantaui. 103.
Nunquid auis diſcolor hęreditas mea. 310.
Me dereliquerunt fontem. 224.
ca. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor. 230.
Amodo voca me pater meus. 151.

ca.4. Laua a malitia cor tuum. 62.
Nouate vobis noualia &c. 119.
ca.5. Ibo ad optimates & 282.
Percuſsiſti eos & non doluerunt. 38.
ca.6. Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum. 174.
Tribulatio apprehēdit nos 247
State in via & quærite vias &c. 55.
ca.7. Ego ſum ego vidi dicit dominus. 395.
Locutus ſum ad vos mane conſurgens. 103.
Poſuerunt offendicula in domo in qua &c. 184.
Miſi ad vos omnes ſeruos meos Prophetas. 106.
Non audierunt me. 14.
ca.8. Attendi & auſcultaui nemo &c. 366.189.
ca.10. Vana ſunt & opus riſu dignum. 387.
ca.12. Reliqui hæreditatem meam. 233.
Si cum peditibus currens laboraſti. 232.
ca.13. Diſſeminabo eos quaſi &c. 354 306
Vbi eſt grex qui datus eſt tibi pecus inclytum? 232.
Conuertam luctum eorum 246.
ca.16. Seruietis dijs alienis 149.
Ca.17. Ego ſum iudex & teſtis 395.
ca.19. Ponam eos velut ficus malas 319.
ca.22. tunc confunde & erubeſces 356.
Terra Terra Terra 127.
ca.23. Ego congregabo reliquias gregis 238.
ca.29. Sic conteram populum iſtum 136.
ca.31. Dabo legem meam &c. 88.
Statue tibi ſpeculam pone amaritudines 544
Seminabo Iſrael & Iuda 73.
ca.33. Si irritum poteſt fieri pactum 102.
ca.46. Fruſtra multiplicaſti medicamina 355.
Fortis impegit in fortem. 167.
ca.48. Maledictus qui prohibet gladium 60.
ca.49. Auditum audiui a domino 59.
ca.50. Grex perditus factus eſt populus 290.

EX THRENIS

ca.1. Conſurge in nocte & lauda 253.
Facti ſunt filij mei perditi &c. 290.
Manum ſuam miſit hoſtis &c 346.
ca.4 Quomodo obſcuratū eſt aurum &c 92.
Non crediderunt reges terræ &c 120.

EX BARVCH.

ca.3 Hic eſt liber mandatorum &c 52.
O Iſrael quam magna eſt domus &c 278.
ca.4 Sicut fuit ſenſus veſter vt &c 107.

EX EZECHIELE.

ca.3 Fili hominis venter tuus &c. 60.
Fili hominis ecce data ſunt ſuper te &c. 159.
Comede volumen &c. 303.
ca.5 Nolunt audire te quia nolunt audire me. 237.
Summe tibi gladium acutum &c. 325.
ca.12 perfode tibi parietem &c. 293.
ca.13 Ve qui conſuunt puluillos &c. 44.
Violabant me ad populum meum &c. 277.
ca.14 Vir de domo Iſrael. 126
ca.16 Requieſcet indignatio mea &c. 187.
Perfecta eras in decore tuo &c. 370.
ca.17 In monte ſublimi Iſrael &c. 91.
ca.19 Ecce ego ad te draco magne &c. 65.
ca.22. Omnes iſti facti ſunt &c. etc. 37.
Principes eius quaſi lupi etc. 174.
Sacerdotes eius contempſerunt etc. 184.
ca.24 Non plangetis neq; flebitis &c. 27.
ca.28 In iniquitate tua &c. 164.

Cap 32. Ibi Aſſur & omnis multitudo eius &c. 108.
Omnia luminaria cæli &c. 27.
Quo pulchrior es deſcende &c. 372.
Ca.34. Cum limpidiſsimam aquam &c. 183.
Educam eos de populis &c. 236.
Ca 36. Confundimini & erubeſcite &c. 354.
Ca.39. Conuenite et properate &c. 281.
Ca.45. Facti ſunt domui Iſrael etc. 184.
Ca.47. Super torrétem orietur in ripis etc. 312.

EX DANIELE.

Ca.4 Rex Nabucodonoſor vidit arborem etc. 86.
Tibi dicitur Nabucodonoſor etc. 318.
ca.5. Appenſus es in ſtatera etc. 306.
Ca.7. Vidit quartam beſtiã etc. 58.

EX OSEA.

Ca. 2. Seminabo eam mihi etc. 74.
Deſponſabo te mihi in fide etc. 258.
Ca.4 Sicut vacca laſciuiens declinauit etc. 54.
Quia repuliſti ſciétiam etc. 230.
Fornicatio, ebrietas et vinũ afferunt cor. 209.
Viſitabo ſuper eum vias eius. 306.
Ca.8. Regnauerunt et non ex me etc. 229.
Ca.9 Facti ſunt abominabiles ſicut ea etc. 167.
Ca. 11. Ego quaſi nutritius Efraim etc. 292.

EX IOELE.

Ca. 1. Audite ſenes auribus percipite etc. 245.
Ca.2. Comedetis veſcentes et ſaturabimini 283.
Ca.3 Mittite falces quoniã maturæ ſunt ſegetes 27[illegible]

EX AMOS.

Ca 1. Super tribus ſceleribus etc. 132.
Ca.6. Nunquid currere poſſunt in petris equi? 314
Ca.9.



Ca.9. Nũquid non filij Ethiopum vos? 105.

EX ABDIA.

Superbia cordis tui extulit te 371.

EX MICHEA.

Ca.3. Sacerdotes eius in mercede docebant. 190.
Ca. 4. Dole et ſatage filia Sion. 247.
Ca.6. Calcabis oliuam et nõ vngeris oleo 355.
Ca. 7. Ponent manus ſuper eos etc. 160.
Non immittet vltra furorem etc. 200.

EX NAVM.

Ca.1. Sicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur etc. 362.

EX ABACHVC.

Ca.1. Lacerata eſt lex et nõ peruenit etc. 173.
Quare reſpicis contemptores etc. 350.
Mutabitur ſpiritus etc. 393.
ca. 2. Ve qui congregat auaritiam malam etc. 328.
Lapis de pariete clamabit 368.

EX SOPHONIA.

ca. Silere a facie domini 368.

EX ZACHARIA.

ca.7. Miſericordiam et miſerationes facite 298.
ca.8. Zelatus ſum Hieruſalem etc. 200.
ca. 9. Quid bonum eſt eius &c. 75.
ca.11. Non paſcam vos &c. 146.
O paſtor & Idolũ &c. 235.

EX MALACHIA.

ca.1. Rex magnus ego ſum &c. 377.
ca. 3. Ecce ego accedam ad vos in iudicio. 215.
ca.4 Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſciétiam &c. 183.

EX I. MACHABEORVM.

ca.1 Conſtituit prælia multa &c. 166.

EX MATTHAEO.

c.3. Ego a te debeo baptizari &c. 316.
c.5. Beati mundo corde etc. 68.
Sic perſecuti ſunt Prophetas &c. 748.
Omnis qui audit verba &c. 351.
ca.13.

Ca.11. Si vultis recipere ipſe eſt &c. 51.
Iuſtificata eſt ſapientia &c. 130.
Fulgebunt iuſti ſicut Sol. 212.
Cap.12. Implete menſuram &c. 79.
Qui habet dabitur ei &c. 15.
Ca.16. Attendite a fermẽto &c. 83.
Cap. 20. Tertia die reſurget 303.
Cap. 21. Vade laborare in vineam meam 311.
Ca.23. Mitto ad vos ſapientes 133.
Hieruſalẽ quæ occidis Prophetas &c. 381.
cap.24 Sicut fulgur exit ab &c. 30.
Vbi fuerit corpus ibi cõgregabuntur & aquilę 30.
Quiſputas eſt fidelis ſeruus &c. 231.

EX MARCO.

Cap. 4 Sic eſt regnum Dei &c. 90.

EX LVCA.

Cap. 1. Viſitauit nos oriens ex alto 207
Ca.5 Exi a me domine quia homo &c. 356.
cap.7 Similes pueris ludentibus &c. 162.
Cap. 12. Ignem veni mittere in terram &c. 210.
Babtiſmo habeo babtizari &c. 219.
cap. 13. Ite dicite uulpi illi ecce &c. 218.
Arborem ficci habebat homo &c. 318
Facite vobis ſacculos qui non &c. 333.
ca.15. Lazarus cupiebat ſaturari de micis &c. 368.
ca.16. Mitte Lazarũ &c. 303.
Cap.17 Quis habet ſeruum arantem &c. 372.
Cap. 18. Iudex erat in quadam ciuitate &c. 258.
c.19. Si cognouiſſes & tu 160.
Vidẽs ciuitatẽ fleuit &c. 295.
ca.22. Auulſus eſt quantum iactus lapidis &c. 196.
Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit &c. 274.
Cap. 24. Non ne cor noſtrum ardens erat? &c. 128.

EX IOANNE.

ca. 2. Filii vinũ nõ habẽt 366.
ca. 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt &c. 377.
ca. 4. Meus cibus eſt vt faciã voluntatem &c. 289.
ca. 5. Nemo venit ad patrem niſi &c. 263.
ca. 6. Hęc eſt volũtas patris mei &c. 290.
ca. 9. Ego in iudicium veni in mundum &c. 123.
ca. 10 Non rapiet eas quiſquam de manu mea. 153. & 236.
Loquor vobis & non creditis &c. 379.
ca. 13. Omnia dedit ei pater &c. 108.
Paraclytus autem ſpiritus ſanctus &c. 265.
Si hæc ſcitis beati eritis &c. 346.
ca. 14. Ego ſum via, veritas & vita. 225.
ca. 18. Non perdidi ex eis &c. 291.

EX ACTIBVS.

ca. 3. Vos Prophetarum filij &c. 379.
ca. 10. Adhuc loquente Petro. 128.
ca. 13. Primogenitus ex mortuis &c. 217.
Vobis oportebat primo prędicare &c. 87. & 382.
cap. 20. Non ſubterfugi &c. 60.
Vos ſcitis a primo dię &c. 61.
Attendite vobis & vniuerſo gregi &c. 234.
Ego ſcio quod poſt diſceſſionem meam &c. 235.
ca. 26. Vt acciperent remiſſionem peccatorum &c. 354.

AD ROMANOS.

ca. 1. Sæpe propoſui venire ad vos &c. 138.
ca. 2. Teſtimonium reddente illis &c. 134.
Confidis te eſſe ducem cæcorum &c. 180. & 307.
ca. 4. Ei qui bene operatur &c. 109.
Per ipſum habemus acceſſum ad &c. 263.
ca. 6. Habetis fructum veſtrum &c. 141.
ca. 7. Scimus quod lex ſpiritualis eſt &c. 397.
cap. 8. Expectatio creaturę reuelatione &c. 32.

Ipſe ſpiritus dat teſtimoniũ &c. 152.
Quod oremus ſicut oportet &c. 196.
Spiritus poſtulat pronobis &c. 270.
ca.9. Neque exhibeatis mẽbra veſtra &c. 167.
Triſtitia mihi maxima eſt &c. 243.
Tu fide eſtas noli altum ſapere ſed time. 350.
ca.12. Reformamini ſpiritu mentis &c. 167.
ca.13. Induamur arma lucis &c. 294.
ca.15. Non audeo loqui aliquid &c. 60.

EX PRIMA AD CORINTH.

ca.1. Qui factus eſt nobis ſapientia &c. 211.
Fidelis eſt Deus per quem vocati &c. 276.
ca.2. Loquimur Dei ſapientiam &c. 87.
Seminatur in infirmitate &c. 203.
Nos ſpiritum accepimus a Deo vt ſciamus &c. 338.
ca.3. Dei adiutores ſumus &c. 73.
Vnuſquiſq. propriam mercedem &c. 109.
ca.5. Modicum fermentum etc. 88.
Id quod in pręſenti eſt momentaneum &c. 248.
ca.6. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat 148.
ca.9. Si Euangelizauero non eſt mihi &c. 60.
Non ſum Apoſtolus? &c. 214.
ca.12. Itaque fratres mei dilecti &c. 43.
ca.14. Nolite pueri effici ſenſibus &c. 144.
Orabo ſpiritu orabo & mẽte &c. 254.
ca.15. Abundantius omnibus laboraui &c. 107.

EX SECVNDA AD CORINTH.

ca.1. Supra modum grauati ſumus &c. 242.
Gloria noſtra hęc eſt. 385.
ca.2. Gratias ago Deo qui ſemper triũphat &c. 161.
ca.5. Si tamen veſtiti & non nudi &c. 153.
Nam & in hoc ingemiſcimus &c. 384.
cap.6. Sicut egentes, multos autem locupletantes &c. 303.
ca.7. Cum veniſſemus in Macedoniam &c. 248.
ca.8. Notam facimus vobis fratres gratiã Dei&c. 249.
In pręſenti tempore &c. 331.
cap.9. Multiplicauit ſemen veſtrum &c. 74.
Potẽs eſt Deus omnem gratiam &c. 271.
cap. 11. Huiuſmodi Pſeudo Apoſtoli &c. 316.
ca.12. Loquimur non indoctis &c. 265.
ca. 13. Charitas non cogitat malum &c. 299.

AD GALAT.

ca.1. Miror quia ſic transferimini &c. 42.
ca. 2. Viuo ego ſed non ego &c. 158.
ca. 5. Fructus autem ſpiritus ſunt charitas &c. 318.

AD EPHESIOS.

In quem credentes ſignati eſtis &c. 153.
Cap. 2. Gratia eſtis ſaluati. 92, & 222.
Non ceſſo gratias agens &c.
ca.3. Ei autem qui potens eſt &c. 259.
Vnus Deus, vna fides &c. 91.
Nolite locum dare diabolo. 166.
ca.5. Nolite communicare operibus &c. 78.
Teſtificor vt iam non ambuletis &c. 160.
Nolite fieri imprudẽtes quaſi &c. 320.
Viri diligite vxores veſtras &c. 377.
cap. 6. Induite vos armaturam Dei &c. 294.
Non ad oculum ſeruientes &c. 320.

AD PHILIPENSES.

ca. 1. Et hoc oro vt charitas veſtra magis &c. 139. & 267.
Fructus autem lucis ſunt in omni bonitate &c. 313.
ca.3. Sequor ſi quomodo cõprehendam &c. 217.
cap. 4. Non quęro datum &c. 138.

Omnia poſſum in eo qui me confortat &c. 270.

AD COLOSSENSES.

Ca. 1. Qui eripuit nos de poteſtate &c. 35.
Non ceſſamus pro vobis orantes &c. 79.
Vt ſit ipſe primatum tenẽs &c. 192.
Dignos nos fecit in partem ſortis &c. 354.
ca. 2. Videte ne quis vos ſeducat &c. 191.
In ipſo ſunt omnes Theſauri &c. 192.
cap. 3. Mortificate membra veſtra 280.
Induite vos ſicut Dei electi &c. 298.

EX PRIMA AD THESALON.

Ca. 2. Dominum occiderunt Ieſum &c. 154.
ca. 4. Rogamus vos & obſecramus in Domino &c. 271.

EX SECVNDA AD THESALON.

ca. 1. Iuſtum eſt apud Deum retribuere &c. 381.
ca. 2. Gratias agimus &c. 59.
ca. 3. Audimus quoſdam ambulantes &c. 104.

EX PRIMA AD TIMOT.

Ca. 2. Solicite cura teipſum probabilem exhibere 32.
Mulieres in habitu ornato &c. 44.
cap. 3. Pietas ad omnia vtilis eſt &c. 270.
Corporalis exercitatio ad modicum vtilis &c. 33.
Exemplum eſto fidelium &c. 232.
ca. 5. Teſtor coram Deo &c. 54.
Mutaui vicem reddere parentibus &c. 174.
ca. 6. Vocat ea quæ non ſunt tanquam &c. 205.
Diuitibus huius ſeculi præcipe &c. 333.

EX SECVNDA AD TIMOT.

ca. 1. Manifeſtata eſt per illuminationem &c. 209.
ca. 2. Seruum Dei non oportet &c. 62.
ca. 6. Eſt autem quæſtus magnus pietas &c. 270.

AD

INDEX.

AD TITVM.

ca. 1. Increpa illos dure &c. 176.
Saluos nos fecit per lauacrũ &c. 263.
cap. 2. In omnibus teipſum præbe exemplum 180.
Apparuit gratia Saluatoris &c. 210.
ca. 3. Diſcant veſtri bonis operibus præeſſe &c. 312.

AD HAEBREOS.

ca. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ &c. 207.
ca. 2. Propterea abũdantius &c. 117.
ca. 3. Adhortamini vos metipſos &c. 125.
Videte fratres ſancti vocationis cæleſtis &c. 379.
cap. 4. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione &c. 276.
Feſtinemus ergo ingredi in illam &c. 283.
Adeamus ergo cum fiducia ad Thronum &c. 295.
Quoniam ſupereſt iuuare quoſdam &c. 380.
ca. 5. Nullus aſſumat ſibi honorem &c. 231.
Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt &c. 221.
ca. 10. Irritam quis faciens legem Moyſi &c. 140.
Habemus fiduciam in introitu ſanctorum &c. 263.
Patientia vobis neceſſaria eſt &c. 320.
ca. 11. Fructum paccatiſsimum exercitatis in ea &c. 314.
ca. 12. Remiſſas man⁹ &c. 68.
ca. 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor &c. 24.
Obedite præpoſitis veſtris &c. 237.
Deus autem pacis qui eduxit &c. 238. & 289.

EX EPISTOLA IACOBI.

cap. 1. Voluntarie genuit nos &c. 73.
Omne gaudium exiſtimate &c. 248.
ca. 3. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia &c. 139.
ca. 4. Reſiſtite Diabolo &c. 166.
Qui detrahit fratri aut iudicat



dicat

dicat fratrem &c. 299.
cap. 5. Ecce agricola expectat &c. 77.
Agite nunc diuites &c. 244.
Theſaurizaſtis vobis iram &c. 327.

## EX PRIMA PETRI.

Cap. 1. Modicum ſi oportet contriſtari &c 92. & 241.
Renati non ex ſemine corruptibili &c. 118.
Regenerauit nos in ſpem viuam &c. 263.
cap. 2. Quaſi modo geniti infantes etc. 29.
Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ &c. 145.
Eratis ſicut oues errantes etc. 229.
Quis eſt qui vobis noceat etc. 386.
Capi. 3. Conſcientiam habentes bonam etc. 171.
Propter quod chariſsimi expectantes &c. 181.
ca. 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Chriſti 236.
Deus autem omnis gratiæ qui vocauit etc. 241.

## EX SECVNDA PETRI.

Capi. 1. Satagite vt per bona veſtra opera &c. 388.
Capi. 2. Per quem maxima nobis & prætioſa donauit 222.
Multi ſequentur illorum luxurias &c. 53.
Capi. 3. Erunt in nouiſſimis diebus &c. 26.

## EX PRIMA IOANNIS.

Cap. 1. Eſt propitiatio pro peccatis etc. 192.
Cap. 3. Omnis qui natus eſt ex Deo etc. 76.
Chariſsimi ſi cor noſtrum non etc. 257.
Diligamus non verbo neque lingua &c. 298. & 344.
Maior eſt Deus corde veſtro etc. 359.

EX



## EX TERTIA IOANNIS.

Capi. 1. Videte vos metipſos ne perdatis &c. 148.

## EX EPISTOLA IVDAE.

Hi ſunt murmuratores querulosi 177.

## EX APOCALIPSI.

Capi. 2. Scio opera tua 77.
cap. 3. Dicis quia diues ſum &c. 104.
Collirio inunge oculos etc. 261.
Faciam illos vt veniant etc. 400.
cap. 5. Agnum tanquam occiſum etc. 222.
cap. 6. Sol factus eſt niger ſicut etc. 29.
Capi. 10. Vidit Angelum fortem amictum nube 209.
Mulier cruciabatur vt pareret etc. 247.
capi. 13. Hic eſt fides & paciencia Sanctorum etc. 368.
ca. 14. Mitte falcem & mete 79.
Capi. 16. Vidi Angelum in Sole qui clamauit voce etc. 280.
ca. 19. Comprehenſa eſt beſtia etc. 317.
Ecce æqus albus etc. 29.
Venerunt nuptiæ agni etc. 378.
Laus et gloria Deo noſtro quia vera ſunt etc. 381.

FINIS.

# INDEX EORVM OMNIVM QVAE IN hoc volumine conti- nentur.


A

ADulatores deſcribun- tur. Fol. 44.
Ager in quo doctrina euan gelica ſeminatur. 83.
Ambicio. 279.
Ambicioſus ſitit. 367.
Amare Deum quantum a- mabilis eſt nullus poteſt niſi ipſe ſolus. 341.
Amare Deum ex toto cor- de anima & viribus 342. 341.
Amor Chriſti erga nos e- xaggeratur. 233.
Amicitia qua corpus & a- nima colligantur. 294.
Amici falſi magis nocent quam inimici. 361.
Angelorum intellectus, na- tura, & vires. 209.
Anima verbo Dei fermen- tatur. 94.
Anima ſuum etiam calo- rem habet. 255.
Anima hominis dragmæ cō paratur. 294.
Antiqui patres quare tan- tam ſepulturæ ſolicitudi- nem habuerunt. 338.
Antydotum dat Chriſtus vt amaritudinem eorum quæ precipit feramus. 303.
Aliqui ad ſeculi negocia ſo lertes ſunt & ad ſpiritua- lia hæbetes. 331.
Aliqui maiorem animalium curam gerunt quam ho- minum. 367.
Aliqui fero cōuerſi magno conatu pænitentiæ labo res aſſumunt. 107.
Apopthegma quid ſit. 7.
Apoſtoli fermentum. 9.
Apoſtolos mundum cōuer- tiſſe mirabile. 94.
Arbor bona quæ ſit & quæ mala. 312. 313. 314.
Arbores malas iuſtitia Dei vellet ſucidere ſed miſeri cordia defendit expec- tans. 318.





Arbores malæ ſuccidentur ad ignem. 316.
Arma diaboli quæ. 167.
Arrogans depingitur. 156. 357.
Auarus ſitit. 367.
Arrogantes quomodo ſuper fragiles domos innitun- tur. 351.
Audiunt aliqui verbum dei cum ſuis idolis. 126.
Aures aliqui non habent ad audiendum verbum Dei. 114.

B.

BAPTISMVS re- generatio ad nouam vitam. 263.
Baptiſmus Ioannis. 55.
Beatus depingitur. 212.
Beati illi qui Chriſtum corporaliter viderunt. 336.
Boni ſuis ſe operibus oſten dunt. 74.
Bonum maius eſt quam ma- lum. 128.
Bona in malum fidem ordi- nata non ſunt bona. 315.
Boni homines quiete moriū tur. 203.

C.

CAEcus non poteſt cæ- cum ducere. 306.
Cæleſtis palma nos ad la- borem incitare deberet. 101.
Charitas per parabolas ac- cenditur. 10.
Charitas quibus compara- tur. 340.
Charitas complexus eſt quo cum Chriſto colligamur. 340.
Charitas eſt margarita & alia multa. 340.
Charitatis præceptum quo- modo impleatur. 341.
Charitas veſtimentum eſt. 385.
Charitas veſtis nuptialis eſt. 385.
Chriſtiani operibus Chri- ſtum oſtendere debent. 52.
Chriſtiani viuum Chriſti Euangelium eſſe debent. 52.

Chriſtiani aliqui in cauſa ſunt quod infideles noſtram religionem deteſtētur. 53.
Chriſtiani nihil habere deberent, quod infideles iuſte reprehendere poſſent. 171.
Chriſtiani vident quæ antiqui patres videre deſiderarunt. 338.
Chriſtus frequenter parabolis vtebatur. 2.
Chriſti benignitas in vſu parabolarum. 2.
Chriſtus diſcipulis parabolas explicabat. 3.
Chriſtus quare diuerſis parabolis vtebatur. 3.
Chriſtus fulguri comparatur. 30.
Chriſti benignitas & ſapientia. 41.
Chriſtus propter nos vitam communem aſſumpſit. 48.
Chriſtus regnat in ſuis fidelibus. 73.
Chriſtus minimus apparebat. 85.
Chriſtus arbor magna. 86.
Chriſtus regnum cęlorum. 85.
Chriſtus debilibus armis mundum expugnauit. 93.
Chriſtus quare clamabat. 121.
Chriſtus medicus. 183.
Chriſtus quare feſtiuitatibus intererat. 183.
Chriſtus templum. 19.
Chriſtus non longe eſt a nobis. 196.
Chriſti præſentia eſt cauſa vitæ. 205.
Chriſtus infremuit contra peccatum. 205.
Chriſtus lacrymatur. 205.
Chriſtus lux quadruplicis mundi. 206.
Chriſtus lux, humanitate quaſi nube coopertus. 209.
Chriſtus lux, lumen, ſplendor, radius, calor. 209.
Chriſtum pauci ſincere ſequuntur. 201.
Chriſto præſente non eſt quod homines timeant. 201.
Chriſtus a multis teſtimonium



nium accepit. 213.
Chriſtus in cruce quaſi in lecto obdormiuit. 215.
Chriſtus ſemper ambulabat pergens ad mortem. 219.
Chriſtus eſt Agnus ſtans quia ſine peccato. 223.
Chriſtus paſtor bonus. 233.
Chriſti amor erga ſuas oues. 233.
Chriſtus quaſi per quendam vterum reſurgens egreſſus eſt. 247.
Chriſtus comparatur matri. 240.
Chriſtus dat vitam & Spiritus Sanctus abundantiam & quomodo. 271.
Chriſtus veluti pro inſigni habuit peccatores recipere. 286.
Chriſtus cum peccatoribus conuerſans non inquinabatur. 289.
Chriſtus non perdere dicitur cum noſtrum ſit damnum potius. 296.
Chriſti mirus amor ouium depingitur, quia aliasrelinquit vt perditas quęrat diligenter. 291.
Chriſtus qualiter ſe cum oue inuenta gerat. 292.
Chriſtus ſibi gratulari vult ſuper oue inuenta. 293.
Chriſti vultus etiam mortalis diuinum quid intuentibus oſtendebat. 336.
Chriſtus ad benefaciēdum promptiſsimus erat. 363.
Chriſtus naturam humanā aſſumpſit vt ſibi Eccleſiā copularet. 377.
Chriſtus non recuſauit Eccleſiam ſeruam in matrimonium accipere. 377.
Chriſtus relictus Iudæis ad gentes tranſijt. 383.
Chriſtus per ſeipſum rationem exigit. 391.
Cogitatio praua depingitur. 181.
Comprehendere Chriſtum non poſſumus niſi nos ipſe comprehendat prius. 217.
Confeſsio. 225.
Confidunt homines parum in Chriſto & multum in mundo. 59.

Conſcientia certiſsimus cõporum liber pro ipſo deo contra nos. 134.
Conſciencia ſeruus eſt fidelisſimus. 330.
Conſtantia per parabolas docetur. 10.
Conuiuium Eccleſiæ & beatitudinis ſimul cæna eſt. 274.
Conuiuium cæleſte multi contemnunt. 276.
Conuiuium Chriſti cõtemnere procedit ex deffectu fidei. 277.
Conuiuium Chriſti Ambitioſi, Auari, & Libidinoſi contemnunt. 278.
Cor aliquorum eſt quaſi via. 124.
Cor aliquorum petris aſsimilatur. 125.
Creaturæ hominum vicem dolent. 25.
Credere debemus ſicut dicit ſcriptura fide viua 276.
Crudelitas Iudæorum 344.

D.

DELICIAE domus dei. 151.
Deliciæ carnales & auaricia. 279.
Detractores ſerpentes. 288.
Deum aliqui vellent quales ipſi ſunt. 50.
Deus trium familiarum pater. 102.
Deus ſibi potius quam nobis aſtrictus eſt. 105.
Deus noſtri ſolicitus. 105.
Deus nobis multis modis loquitur. 106.
Dei æſtimatio diuerſa a mũdi æſtimatione. 110.
Deus cum hominibus paciſcitur. 137.
Deum ad peccatorem currere quid ſit. 153.
Deus non minus placatus quam iratus timendus eſt. 187.
Deus iram ſuam oſtendit cum non flagellat. 187.
Deus venatori comparatur & quare. 193.
Deus amicus noſter. 252.
Deus concedit iratus quæ negat propitius. 261.
Dei bonitas cum his qui iniurias remittunt. 301.
Deus ad ſua bona coactos ſed vocatos introducit. 316.
Deus non vult nos ſcire eſſe in gratia & quare. 349.
Dei proprium eſt ſuperbos deijcere. 371.
Deus hominibus prauis vtitur ad alios puniendum. 381.
Deus ſolus perdere totaliter poteſt. 382.
Deus peccatorem in fine irridere videtur. 386.
Deſperare nullus debet quãtumuis nequam. 397.
Diabolus crudelis Tyrannus. 157.
Diabolus à peccatoribus delectationes ſubtrahit. 150.
Diabolus adeo ſuperbus eſt vt deum imitari ſtudeat 158.
Diabolus quot incõmodis animam afficit. 158.
Diabolus vitu.ario comparatur. 158.
Diaboli fortitudo. 167.
Diabolus Alexandro magno comparatur. 167.
Diabolus immundus propter culpam. 168.
Dirigere viam deo quomodo debeamus. 33.
Diſcipulus nõ eſt ſuper magiſtrum. 307.
Diuitiæ ſpinæ 116.
Diuitiæ quare mammonæ iniquitatis. 332.
Diuitias deus cõcedit vt ipſis maiora lucremur. 323.
Diuites dei diſpenſatores. 324.
Diuites quomodo dei bona diſsipant. 325. 326.
Diuites quomodo diffamantur apud deum. 327.
Diuites quidam huius ſeculi, quidam alterius ſeculi. 333.
Diuitibus huius ſeculi quid præcipiendum. 333.
Doctrinæ Euangelicæ varius effectus. 88.
Doctores cuſtodes Eccleſię dicuntur. 237.
Debitor eſt peccator deo grauiſsime ſummę. 393.
Debitum peccator deo non poteſt reddere. 393.
Debemus Chriſto totam vitam & quare. 393.
Domine domine clamare non ſufficit. 319.
Donum intellectus. 265.

Donum ſapientiæ. 266.
Donum ſcientiæ. 266.
Donum conſilij. 267.
Donum pietatis. 269.
Donum timoris. 269.
Donum fortitudinis. 270.
Doctores cæci. 179.
Duo motores homines ad bonum impellunt. 264.

E.

ECCLESIA explicatur parabolis. 10.
Eccleſia vinea. 103.136.
Eccleſia ab Angelis Cuſtoditur, a doctoribus. 137.
Eccleſia cõtinet non ſolum bonos ſed malos. 377.
Eccleſiam bonos & malos continere probatur contra hæreticos. 384.
Eleemoſynæ concedende. 305.
Eleemoſynæ vtilitas. 333.
Electi cum Chriſto iudicabunt. 32.
Electi videbunt impios pænas dantes. 32.
Electos ad tempus Deus dereliquit. 199.
Electi aliorũ opera minime conſiderant ad iudicandum. 300.
Epiparabola quid. 18.
Euangelicæ doctrinę progreſſus. 90.
Euangelica doctrina in immenſum creuit. 90.
Expectat Deus peccatoré. 396.
Expectantis Dei bonitas. 396.
Expectare peccatorem nos debemus ſicut medici expectant infirmos vſq. ad ſeptimum diem &c. 400.

F.

FALSA æſtimatio importunæ interrogationis cauſa ſolet eſſe. 46.
Fælicitas ſupræma parabolis aperitur. 10.
Fælicitas imperfecta huius vitæ eſt forma ſupræmæ & diſpoſitio ad illam conſequendam. 336.
Feſta quomodo aliqui violant. 364.
Feſta quomodo colenda. 365.
Feſta violare impium eſt & ingratiſsimum. 365.
Fides per parabolas explicatur. 10.
Fides vna oſtenditur. 91.
Fides Dei donum. 92.
Fides collum Eccleſiæ. 137.
Fideles agricultura Dei. 73.
Filij huius ſeculi quomodo prudentiores. 331.
Flagellum Dei in hac vita deſcribitur. 186.
Flagella huius vitę quandoq. pænæ inferni coniunguntur. 187.
Fructus triceſsimus ſexageſsimus & centeſsimus. 127.
Fructus Deo concedere debemus non folia. 338.

G.

GAVDIVM ex preſentia Chriſti. 250.
Gaudium ſecularium hominum deſcribitur. 143.
Genaratio æterna per ſimilitudinem explicatur. 8.

H.

HAEretici inconſtantes ſunt. 42.
Hæretici talẽ Chriſtum ſibi fingunt quales ipſi ſunt & talem Eccleſiam. 49.
Hæretici fugiendi ſunt ſicut illi qui a locis in feſtis veniunt. 110.
Herodes erat vulpis. 218.
Hidropiſis ſpiritualis. 367.
Hieronymus a Publicano edoctus pectus percutiebat aſsidue. 357.
Hipocrytæ falſi prophetę dicuntur. 310.
Homo rerum mundi dominus. 74.
Homines mutantur ad horam. 210.
Homines quales a Dei conſpectu egrediuntur. 366.
Homines ſine Deo nihil efficere poſſunt. 348.
Homines in ſe confidentes ſtulti ſunt. 348.
Homines alios contemnentes odioſi ſunt. 349.
Homines arbores. 179.
Humilis depingitur. 371.
Humiliari oportet prius ad ſurgendum. 372.

Feſta

Humi-

Humilis exaltatur & ſuperbus humiliatur. 369.

I

IEiunia quadrageſsimalia ſeruanda. 176.
Impedimenta peccatorũ tollenda ad viam Deo parandam. 68.
Impij in bonis eminentiam quandam cognoſcunt. 37.
Infirmitas eſt velut obſidio quædam. 154.
Ingrati tantũ in inferno cruciantur. 391.
Ingratitudo vitium valde deteſtandum. 391.
Ingrati comparantur. 391.
Incarnatio per ſimilitudinẽ explicatur. 8.
Incarnatio verbi parabolis explicatur. 9.
Incarnatio opus brachij dei dici poteſt. 85.
Incarnatus fuit Chriſtus eo tempore quo homines ipſum magis offendebãt. 133.
Iniurias remittere, & abſolui a peccatis ſunt veluti duo pignora ſecuritatis. 302.
Intellectus vellit nolit veritate conuincitur. 161.
Interrogatio Ioannis, tu es qui venturus es, fuit magnæ confidentiæ & deuotionis & charitatis. 39. 40.
Interrogant aliqui quæ ſciũt tentantes. 339.
Intrare per oſtium paſtores debent. 229.
Inuidus aliorum infortunijs lætatur. 361.
Inuidus fugiendus. 361.
In vinea Eccleſiæ varia plantata ſunt. 103.
Ioannes diuinitatem & humanitatem Chriſti confeſſus eſt. 45.
Ioannes vitam auſteram propter Chriſtum aſſumpſit. 47.
Ioannes negando confeſſus eſt Chriſtum. 50.
Ioannes vox. 52. 55.
Ioannes totus prędicabat Chriſtum. 52.
Iudæi de Chriſto & Ioanne falſiſsime ſentiebant. 47.
Iudæi ſanguinem prophetarum bibebant. 132.
Iudæi æbrij non cognouerunt Dei filium. 134.
Iudæi Chriſtum reprobauerunt quaſi lapidem. 135.





Iudęi ad nuptias Chriſti primo vocati ſunt. 379.
Iudicium per parabolas proponitur. 10.
Iudicij examẽ ante tribunal Chriſti ardua res eſt. 24.
Iudicium Dei aliqui non timent quia differtur. 26.
Iudiciorum Dei ſecreta in hac vita cognoſcere non poſſumus. 31.
In iudicio non erit tempus pęnitendi 34.
Iudicare alios nõ licet. 299.
Iudicia hominum contemnenda ſunt. 161.
Iudicium non eſt pręcipitãdum. 328.
Iudiciũ ſibi quiſq; ob oculos ponat iudicãs ſe ipſũ. 329.
Iudicia hominum falluntur 354.
Iuſti vellent impios eradicare. 77.
Iuſtitię Dei fines nonnulli coarctant. 24.
Iuſtitia Deo ſemper curæ fuit. 25.
Iuſtitia Dei magnitudini cõparatur. 25.
Iuſtitia vera habet compaſſionem. 287.
Iuſtitia falſa habet indignationem. 287.
Iuuentus peccatum ſignificat & quare. 144.
Iracundi deſcribuntur. 67.
Iratus Deus Iudæis gentes vocauit. 289.

L.

LABORATORES in vinea Dei. 103.
Lacrymarum ſcala. 242.
Lazarus pauperem fecit diuitem. 303.
Lex optimus Chriſti vicarius. 339.
Leges humanæ ſi iuſtæ ſunt a Deo ſunt. 271.
Libertate aliqui vitia cooperiunt. 146.
Libertatem Deus omnibus dedit. 146.
Lucis proprietates Chriſto conueniunt. 212.
Luxurioſus ſitit. 367.
Luxurioſi perditiſsime omnia conſumunt. 148.

M.

MAius bonum in cælo quã malum in inferno. 148.
Mali non poſſunt aperte veritatem videre. 130.

Mali contrà ſe ſententiam proferunt. 134.
Mali expellentur ſicut peſſimi humores. 19.
Mali ſuis ſe operibus produnt. 74.
Malorum ſocietas nocet. 78.
Matrimonium Chriſti cum Eccleſia. 377.
Menſura bona &c. 305.
Mercenarius depingitur. 235.
Merces operibus debita. 109.
Miſericordia Dei. 143. 152. 297. 359.
Miſericordiæ Dei finis aliqui dilatant. 24.
Miſericordiam habeamus. 298.
Miſericordia Dei ad bene operandum prouocat non ad præſumendum. 144.
Modeſtia ſeruanda. 369.
Mores aliqui Paleſtine. 12.
Mors Criſti explicatur parabolis. 10.
Mors Chriſti baptiſmus dicitur. 219.
Mors incerta parabolis explicatur. 10.
Mors vitam ſequitur. 111.
Mors Api comparatur. 203.
Mors omnes æquat. 79.
Mors ſomnus. 202.
Mors incerto & cæca. 198.
Mors vulnus peccati. 205.
Moriuntur aliqui tempore non ſuo. 112.
Mulieres aliquæ cum viris vendi deberent. 394.
Mundi ſtatus tẽpore Chriſti. 57.
Murmuratores contemnendi ſunt. 177.

N.

NODVS duplex in Chriſto fuit. 193.
Nodus diuinitatis cum humanitate non fuit ſolutus. 193.
Nodus animę & corporis ſolutus per mortem. 192.

O.

OBEDIENTIA ſubditorum alleuat onus prelatorum. 237.
Omnia ſi ad Deũ referantur quaſi nihil ſunt. 51.
Opera praua mali occaſionem dant. 285.
Opera bona boni occaſionem dant. 285.
Oopera



Opera mala ſi occaſionẽbo ni dãt eſt per accidẽs. 285.
Opera bona ſi mali occaſionem dant eſt per accidens. 285.
Orandi officium nobiliſsimum. 252.
Orationis nuntio Chriſtum conuenire poſſumus. 196.
Orare debemus ſeparati a tumultibus mundi. 253.
Oraturi ſenſus cohibeamus quaſi eos occidendo. 253.
Orantes petamus a Deo mutuum. 254.
Orantes cur non exaudiantur. 256.
Orantes in peccatis quare non exaudiantur. 257.
Orantes iuſti quandoq. non exaudiuntur. 257.
Oratio cum perſeuerantia fiat. 257.
Orationes Eccleſiæ exaudiuntur. 158.
Orantibus Deus plus cõcedit quam petunt. 259.
Orare Deus quare præcipit. 259.
Orantibus Deus non quod petunt ſed quod expedit concedit. 260.
Ordo Eccleſiæ militãtis eſt norma triumphantis. 335.
Ordo Eccleſiæ eſt veluti ſtudium ad legitime pręliandum. 335.
Oues paſtorem audire ſequi & cognoſcere debẽt. 237.
Ouile vnum & vnus paſtor. 238.

P.

PACTVM Dei cum laborantibus. 104.
Parentes honorandi. 174.
Paſtor verus vnum cũ Chriſto cenſetur. 236.
Paſtores oues præcedant & eas cognoſcant. 229.
Paſtoris nomen iocundiſsimus. 228.
Paſtorem oues paſcere quid ſit. 230.
Paradyſus anteà cum gladio cuſtodiebatur nunc homines compelluntur intrare. 368.
Pauperes, que modo recipiunt in æterna tabernacula. 332.
Pauperes beneficios homines ditant. 303.
Pauperes viſis diuitum ſuperfluitatibus mirum

 quod

quód non deſperant. 368.
Parabolis intellectus adiuuatur & delectatur. 1.
Parabola multis modis ſumitur. 1.
Para bola quomodo differat ab alijs. 6.
Parabola proprie quid ſit. 6.
Parabolę voluntatem alliciunt. 8.
Parabolæ memoriam ditant. 8.
Parabolæ difficiles. 11.
Parabolis continentur quæ nobis ad credęndum proponuntur. 9.
Parabolarum difficultas ex multis. 11.& 12.
Parabolas exponendi modus triplex. 20.
Parabola non oportet vt ſecundum omnes ſuas partes applicetur. 20.
Proparabola quid. 18.
Parabolæ ſeries minime trũca remaneat. 19.
Peccata hominum accẽdũt infernum. 158.
Peccator cõuerſus videt quę ante non videbat. 161.
Peccator in comparabiles diuitias perdit. 183.
Peccati principijs obſtandum eſt. 196.
Peccator coram Deo obmuteſcit. 387.
Peccator ad cor quaſi ad radicẽ peccati cõuertatur. 357.
Peccatis aſſueti pęnitent difficile. 221.
Peccator oculos leuare non audet. 356.
Peccatis homines nomina virtutum imponunt. 352.
Peccator non eſt deſpiciendus aut ante Deum accuſandus. 357.
Peccator ligatur in fine. 189.
Perſeuerantia commendatur. 43.
Phariſæi Chriſto tricas nectebant. 362.
Pharisęorum ſcandalum cõtemnendum. 169.
Phariſei progenies viperarum. 170.
Phariſæi cum ſe inuidia diſcerperent, cõtra Chriſtũ vnanimes erant. 362.
Pænaculpam ſequitur. 185.
Pænitentia falſa. 220.
Pęnitentiam ad ſenium procraſtinare ſtultũ eſt. 106.

praua



Praua voluntas eſt pæna ſui ipſius. 283.
Praui homines cum violentia moriuntur. 203.
Praui homines bonorum opera attente reſpiciunt ad iudicandum. 300.
Prędicatores otio vacare non debent. 6.
Prędicatores Dei legati. 59.
Prædicatores reprehendere peccantes debent. 175.
Prædicatores qui dicunt & non faciant. 120.
Prædicator quando ſpargit ſemen ſuum. 119.
Prædicatores exẽplo Chriſti patienter ferant quod non audiantur. 122.
Præſumptio dãnabilis. 143.
Prælatorum inordinata vita ſubditis nocet. 233.
Prælati ignorantes ſubditis nocent. 230.
Prælati reſidere debẽt. 232.
Pręlat⁹ fidelis & prudẽs. 131.
Prophetæ falſi homines a via Dei auertunt. 309.
Prouerbium quid. 7.
Proximi dilectio. 343.
Proximus verus deſcribitur. 344.
Proximus reprehenſione leni quaſi vino & oleo curandus. 346.
Publicanus nos docuit quomodo ad Deum accedamus. 358.

Q.

QVI plus laborauerunt ſuauius moriuntur. 205.
Qui ſine Deo ad Deũ accedũt magis elõgãtur & qui ex humilitate elongãtur magis accedunt. 345.
Qui figurã Chriſti geſſerũt in veteri teſtamẽto minime ipſum in omnibus ſuis actibus figurarunt. 19.

R.

Ratio ſit iudex vt homo ſe ipſum iudicet. 370.
Recedentes a Deo. 147.& 148.
Recedunt aliqui a Deo minime reuerſuri. 147.
Recidiuantes maioribus incõmodis afficiuntur. 168.
Religionis virtus homini valde coniũcta eſt. 253.
Reſpublica tribus ex cauſis collabitur. 164.
Retributio Dei certa. 108.

Sacer

S.
SAcerdotes auari. 124.
Sacerdotes ſtomacho comparantur. 183.
Semen verbi Dei quod pereat pæna eſt. 121.
Senectutis labores. 112.
Senes aliqui pueri moribus. 145.
Sententia quid ſit. 7.
Serui ſuis moribus quales dominos habeant oſtendunt. 47.
Simoniaci veluti ſolem vendunt. 170.
Simile eſt regnum Cælorum quomodo intelligatur. 69.
Sortes bonorum & malorum. 354.
Spiritus Sãctus digitus Dei eſt. 165.
Spiritus Sanctus oſtiarius. 264.
Subditi prælatos cæcucientes quandoque ſequuntur. 180.
Superbus depingitur. 370.
Superbus humiliatur. 369.
Superbos deus elidit. 66.
Superbia nihil inſanius. 65.
Superbos Phariſæos Chriſtus excęcabat. 122.

T.
TEMPLI prophanatores. 184.
Teſtimonij boni conditiones. 214.
Tentantes qui interrogant quibus aſsimilantur. 339.
Tribulatio ſignum amoris Dei. 197.
Tribulationes comparãtur doloribus partus. 248.
Tribulationes breues ideo ferendæ. 241.
Tribulatis Deus adeſt. 241.
Tribulationibus aliqui deteriores euadunt. 37.
Tribulatio oſtendit conſtãtiam. 197.
Triſtitia electorum in gaudium conuertitur. 245.
Tropice locutiones multę in ſcriptura. 6.

V.
VENDITVR peccator. 395.
Vinea Synagoga. 131.



Vineam Chriſti aliqui in hortum deliciarum conuertunt. 138.
Verbum Dei fuit initium coniunctionis noſtrę cum Chriſto. 126.
Verbi Dei effectus. 128.
Verbum Dei quomodo debet audiri. 124.
Verbum Dei ſemen. 118.
Verbum Dei patienter audiri debet. 127.
Veritas impijs æclipſari debet vt eam audiant. 131.
Veſtimentis ouium indui quid ſit. 309.
Viri Belial qui. 145.
Virtutes cardinales in Ioanne fuerunt. 46.
Virtutes aſſuefactis in eis faciliores ſunt. 65.
Virtus ſtudioſum hominem verendum facit. 36.
Virtutes per parabolas explicantur. 10.
Voluntas noſtra Dei voluntati cõformari debet. 197.
Vſurarij peiores prædonibus. 66. & 67.
Vitia veſtes ſunt peccatricis animæ. 386.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

## ERRATA.

FO.2.in margine 1.Re.19.dele.fo.4.li.10. axterius le. exterius. fo. 5.li.9.aput le.apud,&li.16.ſicud le.ſicut.fo.11 .li.12.ſolunt le.ſolũ. fo.13.li.9.egræ le.ægre.fo.15.li.12.breuitat ; le.breuitate.fo.19.li. 1.ſunt le.ſint.fo.26.li.26.pluxie le.pluuiæ.fo.27.li.5.deſcedite le.deſcẽdite.fo.29.li.3.ſidelis le.fidelis,Ibidem li.30.faciem le.faciam.fo. 33.li. 22.expoſita.le.expoſita.ibi.li.31.cauean.le.caueant.ibi.li.8.imperfectum.le.imperfectam.fo.44 li.9.indulgeat.le.indulgeant.fo.46.li.21. dicen.le.dicens.fo.49.li.11.ſius.le.ſuis.ibi.li.14.petrum.le.patrum.fo. 50.li.12.erai.le.erat.fo.52.li.32.ſolem.le.ſolum.fo.54.li.29.contemplaciones.le.contemplacionis.fo.58.li.19.iudæum.le.iudeam.fo.62.li.26. po.le.potius.f.64.li.7.quomadmodum.le.quemadmodum.ibi. li.28. vi.le.vt.fo.65.li.26.voxo.le.vero.fo.70.li.29.eſte.le.eſſe.fo. 73.li. 5. delectionis.le.dilectionis,fo.81.hic in margine ca.6.le.60.ibi.caput .le. capite.fo.84.li.32.quod.le.quæ.ibi.li.9.abectis.le.abiectis.fo. 86.li.14. exit.le.erit.fo.107.li.21.ſtudioſius.le.ſtudioſis.fo.110.in fine labore. le. labo-

# ERRATA:

laborem.fo.118.li.10.ſmeles,le.ſimiles fo.115.li.9.cali,le.caci.fo.117.
li.20.debentur,le.debeamus.fo.126.li.14.rapiti,le.rapiet, hic fo.127.li.
17.inſi,le.niſi,fo,114.li.3.exulta,le.exultæ,ibi.li.2.equaliter,le. quali-
ter,fo.153.li.10.quem,le.quod,fo.17?.in margine,minos, le. Amos,fo.
177.li.23.lurum,le.lucrum,fo.18?.li.21.ipſi,le.ipſe,fo.196.li.1.aſpidem,
le.aſpidum,fo,197.li.9.velue,le.veſtræ,fo.196.peccatores,le.peccato
res,fo.205.li.27.petrandum,le.patrandum ibi.li.30.quem vocat chri
ſtus,le.cum interrogatione,fo.206.li. 19.attreſturie, le.attrectari,fo.
22a.li.16.obſimato,le.abſirmato,f.221.li.8.& amore,le.amore,f. 228.
li.19.grecis,le.gregis,fo.248.li.8.parturientes,le.parturientis,fo.250.
in fine neceſſarie,le.neceſſaria,fo.297.li.7.querum,le.quarum ibi li.
24.certum,le.certum,fo.317.li.16.ſi qua,le.ſi quę, fo.325.li.20.alendas
ſcortos alenda ſcorta,fo. 356.in margine accidebat,le.audebat, fo.
373.li.12,le.vacandi.vocandi,& li.18.hec,le.hac,fo.366.li.13.tolle inter
rogationem,fo.371.ca.4.le.40.fo.401.li.32.excruciandas,le.excruciã-
dos,li.25.facimus,le.facinus,ibi li.23.bibens bibent,fo.402.li.15.obie
ctionibus,le.obiectionibus.

B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.
Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg.Hh.Ii.Kk.Ll.Mm.Nn.Oo.Pp.
Qq.Rr.Sſ.Tt.Vu.Xx.Yy.Zz.
Aaa.Bbb.Ccc.Ddd.Eee.Fff.Ggg.Hhh.Iii.Kkk.Lll.
Todos ſon de a pliego ſino la C. que ſe a de partir y en
quadernar cada vno de por ſi.

CAESARAVGVSTAE.
Apud Sanctum Dominicum
Excudebant Laurentius, & Didacus
de Robles Fratres Anno
1585.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA